
13
6 1
42



MONARCHIA REGVM,

SIVE ACCVRATA IMPERII SYNOPSIS.

In qua

CVM DE SVMMA DOMINANDI MAIESTATE, & primæua illius origine, ab antiquioribus scriptorum monumentis elucubratè admodum indagata, disseritur.

TVM DE IVRE IN IMPERIO SVCCEDENDI, TAM SANGVINIS IVRE, quàm per electionem, diffusa legalis sapientiæ, & politicæ disciplinæ doctrina disputatur.

Successionem in omni benè constituta Repub. potiorem semper fuisse, & præponendam esse infinitis Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, & Angliæ Regni, aliorumq; siue Christianorum, siue Barbarorum, & infidelium Imperiorum exemplis demonstratur.

Electio verò quando nam locum vendicare sibi valeat, variis rationibus, locis legalibus; politicisque præceptis proponitur.

AVCTORE

D. FRANCISCO DE BALBOA, Y PAZ.

OPVS

Cunctis Iurisprudentiæ alumnis, Chronologicæ artis studiosis, Ethicæque disciplinæ sectatoribus perutile, iucundum, & necessarium.

COPIOSISSIMO RERVM, ET VERBORVM INDICE ILLVSTRATVM.



AVGVSTAE TAVRINORVM,

Apud hæredes Ioannis Dominici Tarini. M. DC. XXX.

Submiſsio Authoris Diuinæ Eccleſiæ
Catholicæquè Romanæ.

Et antequàm propoſitam aggrediar materiam, conſultè vt Catholicus Chriſtianus confiteor, proteſtorq;, me tenere, & credere Fidem Catholicam, quam docet, tenet, & prædicat Sancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia Romana.

Proteſtorquè etiam, quod ſi quid in præſenti Commentario, ſeù in alijs ſcribendis, à me dictum fuerit, quod ſacris ſcripturis, aut Apoſtolicis traditionibus, aut ipſius Eccleſiæ Catholicæ decretis aduerſetur, id pro irrito, & non dicto velle haberi.

Imprimatur.

Iacob. Terrag. Vicar. General.

Io. Vinc. Ioue. Canon. Deput. vidit.

EXCELLENTISS. PRINCEPS.

MAndatis mihi iniunctis, vt par est obediens, perlegi volumen, cui titulus DE MONARCHIA REGVM Auctore Vtriusque Iuris Doctiss. viro D. Francisco de Balboa Mag. Cur. in Criminalibus Iudice meritiss. nec quicquam inuenio, quod illum ne typis tradatur impediat, imò non sine magna eruditione multa scitu digna, quæ non passim cognita sunt diligenter, & exactissimè declarantur. Vale quarto Idus Septembris *1629*.


Excellentiæ suæ — Seruus deditissimus

Scipio Theodorus.

Imprimatur. — Lopez Reg.

Erratas sic. corrigito.

Fol. 2. col. 2. lin. 15. raput, corrige caput. fol. 9. col. 1. l. 14. lege, populus, & omne imperium. fol. 10. col. 2. lin. vlt. Principium, lege Principum, fol. 11. col. 2. lin. 4. contiqui, lege, contingit, fol. 13. col. 1. lin. 2. gubernator, lege, gubernabatur, fol. 15. col. 2. lin. 18. broui, lege, breui, fol. 21. col. 2. lin. 11. renet, lege, tenet, fol. 22. col. 2. lin. 22. impetium, lege, imperium, fol. 28. col. 1. lin. ultim. transibulum, lege, trasibulum. fol. 30. col. 1. lin. 26. dominetur, lege, dominentur. fol. 32. col. 2. lin. 13. in tertia parte, lege, in secunda. fol. 72. col. 2. lin. 36. Ponitur, lege, penitus. fol. 75. col. 2. lin. 7. dum, lege, diem. f 76. col. 2. l. 2. ei successione, lege, ex successione. fol. 78. col. 1. lin. 21. connitem, lege, comitem. fol. 89. col. 1. lin. 2. partem, lege, patrem. fol. 102. col. 2. lin. 14. pro dolore, lege, prou dolor, idem lin. 29. fol. 129. col. 2. lin. 29. dncis, lege, ducis. fol. 193. col. 2. lin. 26. orane, lege, oratione. fol. 211. col. 1. lin. 5. Cocacij, lege, Bocacij. fol. 226. col. 1. lin. 8. Hiereusalem, adde octabum. fol. 246. col. 2. lin. 9. calias, lege, alias. fol. 287. col. 2. lin. 31. præperam, lege, perperam.


MONARCHIA
REGUM.
AUCTORE
D. FRANCISCO DE BALBOA
ET PAZ PHINTIANO I.C. IN PARTHE=
NOPEI REGNO MAGNÆ CURIÆ
VICARIÆ MALEFICIORUM
IUDICE, ET IN HISPANIA
SANCTÆ ET ILLIBATÆ
INQUISIT.[nis] CONSULTORE.
ET FUTURA

Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Principi

D. EMANVELI A STVNICA, ET FONSECA.

MONTIS REGIS, AC FONTIVM COMITI,

Inuictisſimi Hiſpaniarum Regis

PHILIPPI QVARTI CVBICVLARIO.

A CONSILIIS STATVS, ET BELLI SVPREMI ITALIAE SENATVS Digniſſimo Præſidi.

Atque apud Summum Pontificem VRBANVM VIII. Regio Legato.

D. Franciſcus de Balboa, & Paz.

S. F. P.



A eſt ſublimis ſiderum vis, Excellentisſime Princeps, quæ orbi eminent vniuerſo, nitore, virtute, vt in quaſcunque aſpectu, ſeu hilari, ſeu triſti priuatas ſubiectaſque rerum cauſas dominentur, ad earundem quoque effectus ſuo iure protendant imperium ſic Vrbium, Regnorum, gentium, nedum cuiuſque ciuis geniale aſtrum, varios in dies iiſdem paraſse cenſetur euentus. Hæc cęleſtum luminum vis ſtruendæ ſub Romulo olim vrbi dum imminet, ſubinde tantum eidem imperium excitauit, propugnauit, tot Heroum gloria cumulauit. Sic Nino apud Aſſyrios, apud Perſas Cyro, & magno apud Macedonas Alexandro præſtiterunt felices Horoſcopi, quos

† ingen-

ingentium etiam quæ condiderunt Regnorum, & strenuorum in ijs Ducem gloria sequeretur. Idem Hispanis nostris contigisse necesse est, quos tandem post compressos Barbaros rerum in occidente magna ex parte potitos experimur. Felici ergo surgentis Hispaniæ Horoscopo, vt cæteram gloriam, & aliorum eius Heroum inclyta gesta sub numinis summi prouidentia, ita in primis tuã in administranda publica re, ac promouenda singularem virtutem, atquè industriam tribuere fas est gloriosissime Princeps. En ergo, quia tuus ego qualis qualis sum, & tuo obsequio iam olim mancipatus tuæ beneficio benignitatis immẽsæ ad fori in Neapolitano Regno administrationem crimina animaduertendo in facinorosos euentus, iure optimo me, meaque omnia tibi, tuoquè, hoc est felicitatis Hispaniæ tam glorioso Horoscopo dicare, ac veluti consecrare compellor. In quibus opportunè ad rem, de qua differo hæc mea de iure Monarchiæ fortè haud inanis lucubratio primum tui Illustrissimi nominis luce profusa prodit, vt cui me totum debeo, ingenij etiam mei partus perpetuo subijciantur obsequio. Excipe igitur, & vt inclytum decet Heroem auctorem, atquè opus tua gloria, ac felicitate illustra. Vale: Tequè Deus ad suam gloriam, Hispaniæque in columen statum felicissime sospitet.




D. EMANVEL ASTVNICA ET FONSECA VI. COMES MONTIS REGIS III. FONTIVM. ANNO ÆTATIS SVÆ. XXX VI.
Ars utinam mores animumque effingere posset
Pulchrior in terris nulla tabella foret.
Mart. Epig. XXX. lib. X.
Nic. Perrey f

SVMMIS REGI A LATERE CONSILIARIIS, Carolo Tapiæ, Belmontis, D. Ioan. Henriquez, Campi Marchionibus, & Didaco Lopez, Tergemino huius Regni Cardini, Summam Felicitatem.

Vobis meæ huius de Monarchiæ lucubrationis multis nominibus iudicium vna, ac patrocinium deberi intelligo, nempè summis in hoc Neapolitano Regno administrando Regi à latere Trium viris. Primum, quia post Regem ciuium ornamenta, Reipublicæ tranquillus status, & virtutum omnium incrementa vestro prudentisimo, & æquisimo regimini merito tribuuntur. Nàm quale sub Numine cælum orbi præest, sub Rege consessus vester prudentię composito aptoq; motu, & virtutum omnium astris huic Regno felicisimè amplissimèque præfulget. Vt ergò veris suauitas, vernantiũ agrorum amænitas, vbertas frugum, florum hilaritas, aeris pelagiq; trãquillitas, & inferi huius Mũdi gubernatio cæli luminibus sub Numine tamẽ summo accepta dona referũtur, ita quęcũq; ciuiũ ornamenta, Reipublicæ salus omnis, virtutũ omniũ incrementa, nec non literarũ, & ingenij lucubrationũ, quæq; laus tanquã vestri præclarissimi regiminis ditisima, & pulcherrima proles agnoscenda videtur, deinde res ipsa, quã tacto vestrũ exposcit pertinax iudiciũ, & potẽtissimũ propugnaculum. De sceptri enim altissimo iure, iura vnde proferuntur omnia, acris mihi est disputatio. Quibus verò munienda est præsidijs nisi eorum, qui sceptro adsideant propugnatores strenuisimi? Et sanè si luce sapientiæ in his disserendis mihi opus est, cęcis mentis meæ alioquin auris solis iubar à Regio finitore oriatur Iuris Monarchę Caroli Tapiæ, qui radiantibus typis Neapolitani Iuris tenebras præfulgente sui ingenij sole detersit. Si prudentiæ ex ordine composito motu, Iuppiter mihi affulgeat pacatissimus D. Ioannes Henriquez gentis meæ Hispaniæq; decus eximium, si denique opus est mihi peruigili industria Didacus Lopez, alterũ Hispaniæ in hoc moderãdo Regno sidus Mercurij nitore pręniteat, quanquã vna luce, sol vnus, vnus Iuppiter, Mercurius vnus, vno omnes absoluto regimine pari virtute, ac gloria præsidetis. Demum amor me deuincit, & plura in me collata à vobis beneficio prorsus cogunt, vt venerationis, & grati animi ergà hunc meum laborem, qualisqualis est, vestræ eruditisimæ censuræ, firmisimoque patrocinio studio obsequẽte subijciam, ita pro viribus vestram in me beneuolentiam, & eximia merita contestatus. Me itaque, & hunc meum laborem nitidissimis vestris radijs fouete, illustrate.

OPERIS ARGVMENTVM
AD LECTOREM.



N tibi, benigne Lector, otij mei, non desidis, sed industrij olim paratos fructus, cum in Pintiano meo rure in Hispania, à negotijs procul, humili quanquam presßus fortuna, ingenuis tamen studijs, literisque haud ignauiter otiarer. Eo me recipiens difficili, tunc quidem ex Aula ablegante fortuna, mentis, & librorum pegaso, nihilominus orbem, & Regum aulas solers lustraui, vt Regnorum omnium Monarchiæ iura describerem. Opus, ni fallor, hoc præsertim æuo vtilissimum, & propè dixerim necessarium. Neque verò hoc iter alij, quod sciam, hucusque diligente saltem indagine tritum. Cum enim hac tempestate valida nostra Europa ad boream præcipuè axem tot Regnis, & Imperio dissita certet, nihil opportunius vestigandum accurrebat Regnorum iure, ac Monarchia. Nam & ad rebelles compescendos, ad sedanda bella, ad pacem firmandam, ad pacandos Populos, ad componendam, atque exhilarandam Rempublicam, ad Maiorum instituta, & antiqua monumenta illustranda, ad Superiorum temporum lucem, & publicæ administrationis etiam iuxtà diuina, & naturæ iura tranquillitatem nihil hoc suscepto labore videtur esse salubrius. Hic Regna ritè auspicandi, hic propugnandi, atque administrandi iura velut orbis reserato theatro enucleatè exponuntur. Argumentum scriptis legibus, & earum interpretibus perpetim suppressum: apud quos vix legis Regiæ exiguum deprehenditur vestigium. Sed res ipsa arcano, altoque silentio premitur. Quod si priuati iuris tàm curiosa est disquisitio, vt innumera penè typis mandata volumina cunctis optatissima in dies prodeant, non video cur de summo, & publico Monarchiæ iure negligenda sit disputatio. Imò merò vt Reges populis longè præstant honore, ità Regum iura regnandi maiore sunt explicanda solertia, ac populis item maiore studio expetenda. Ea re nunc aspirante iam non nihil fortuna, Neapoli ad fori administrationem euectus hoc opus vulgare constitui, vt mecum in lucem prodeat, quod mecum olim ruri sub obscura fortuna delituit. Fruere itaque, candide Lector nostro qualiquali labore, quo primum pro summa argumenti dignitati tantum apicem scandere nixi sumus. Icari ne, an Dedali alis? aliorum esto iudicium. Tu interim, si minus auctorem, argumentum certè suscipe, & complectere.



SVMMARIVM QVAESTIONIS PRIMAE.

1 *Adae nostro communi parenti datum est à Deo priuilegium regendi, ac dominãdi.*
2 *Caim filius Adae fuit constitutus monarcha illius temporis. Et tempore diluuij, & post diluuium generale Dominus Deus noster dedit Noae praeheminentiam regendi, & gubernandi omnia quae sub Caelo erant ibidem.*
3 *Regem habent omnes nationes per circuitum Orbis.*
4 *Populus transtulit omnem potestatem in regem. Nec populus poterit talem potestatem reuocare, & sibi eam auocare, etiam vacante sede regali. num. 5. Talisque cessio, & potestas censetur perpetua. num. 7.*
6 *Lex regia quae dicatur, & à quo fuit condita.*
8 *Gubernatio populi per regem est optima, & res necessarijssima, & multis sequentibus.*
9 *Regna gubernari non possunt sine rege, lege, vel iustitia.*
10 *Regimen vt sit iustum, & fortius, expedit, quòd sit vnius tantùm, & non multorum, & per totam hanc quaestionem.*
11 *Rex debet esse perpetuus, & num. 48.*
12 *Reges postquàm à populo Romano fuerunt expulsi, & eius gubernatio redacta per Consules, Republica ipsa Romana valdè annihilata fuit: licet ante talem expulsionem fuerit laudabilis Respublica.*
13 *Romanae Ciuitatis laudes.*
14 *Constantinus Magnus Imperator suum imperium transtulit ad partes Orientales,*

licet à principio fuerit constitutum in Romana Ciuitate.

15 Constantinus Magnus Imperator Romæ fecit edificari tēplum in honorem Beati Petri Apostoli.

16 Romani quàm plurimi fuerunt occisi iussu diuersorum Regum

17 Romani antiquitus duos Imperatores fecerunt, existimantes, militiæ quàm per vnum gubernari: sed in breui reuocauerunt.

18 Mediolanenses omissis Consulibus, non potuerunt esse sine Rege, vel Imperatore.

19 Venetiana Ciuitas qualiter, & qua tempore fuerit edificata: & qualiter se gubernauerit: & à quo tempore sibi ducem elegerit.

20 Longobardorum gentes qualiter anno Domini 585. & sequentibus in regnis Italiæ se gubernauerint.

21 Regum Christianorum potestas neque facta fuit à republica, neque per rempublicam est deriuata, sed à solo per se Christo.

22 Reges habent sua Regna ex institutione Diuina, & sequentibus pluribus.

23 Imperator est diuinitus consequutus imperium.

24 Regna ideo à Domino sunt instituta, vt subditi regantur, & gubernantur.

25 Deus per suam legem naturalem potestatem Ciuilem Regibus dedit, & nu. 44.

26 Reges orti sunt de iure gentium.

27 Rex repræsentat ordinationem naturæ, & sequen.

28 Resistens potestati Dei ordinationi resistit.

29 Reges sua regna, & Imperia habent prouidentia inscrutabili Diuinæ Altitudinis.

30 Homo est animal sociale, & pollitticum in multitudine viuens, ideò conuenit, quòd omnes homines per vnum raput regantur, & sequen.

31 Omne naturale regimen ab uno est. Quia Principū pluralitas est odiosa. Vnus ergo Princeps, & num. 37.

32 Monstruum est, vbi sunt duo capita.

33 Regna, vel Ciuitates, quæ non reguntur ab vno, dissensionibus laborant, & absquè pace fluctuant: & è contrario si ab vno rege regantur, Pace gaudent, iustitia florent, & affluentia rerum lætantur, & nu. 34. & seq.

35 Reges creati sunt ex necessitate.

36 Ciuitas in seditione non potest esse beata.

38 Regale regimen melius an sit, quàm pollitieum, & quando, & nu. 43. 45. 48. sequentibus pluribus.

39 Romani magis sollliciti fuerunt,

ad benè

ad benè regendum, quàm omnes Reges, ac Principes Mundi: ideo dignè meruerunt Imperium totius Mundi.

40 *Romani fuerunt pleni singulari pietate beneuolentia, & iustitia.*

41 *Romani inter omnes consequuti sunt magnam gloriam, causa perpetuæ memoriæ conseruandæ.*

42 *Romanorum Monarchia incepit à Iulio Cæsare.*

44 *Reges ideò Deus constituit, vt facerent iuditium, & iustitiam.*

46 *Regna remota iustitia, nihil aliud sunt, nisi magna latrocinia.*

47 Regna *gubernari non possunt, sine* Rege, *vel iustitia, ac lege.*

49 *Intellectus cap.* 12. *lib.* 1. *Reg. sequentibus, vbi plura tractantur de Regum exclusione.*

50 Regnum *gubernari per Regem, est optima pollitia.*

51 *Deus Populum Israel sibi elegit spetialem, & peculiarem præcæteris Populis: Quare ipse Deus voluit esse eius immediatus* Rex. *nu.* 52. *& num.* 54. *& sequentibus.*

53 *Iudei suis Iudicibus fuerunt priuati cùm* Romani *Imperium terrarum obtinuerunt, & etiam suis* Regibus *fuerunt priuati, & quare id fuerit. n.* 55.

56 *Iudeorum in opprobium multa annotantur, ac referuntur.*

57 *Iudei extra nos sunt: ideò nobiscum communicare non debent.*

58 *Deus non solum fuit iratus contra Israelitas, quia sibi ipsis* Reges *petierunt, sed etiam ex alijs vt ibidem.*



QVAESTIO PRIMA.

Vtrum Rege alicuius Regni mortuo sine descendentibus,& consanguineis, Magnates, & Populi talis Regni possint in futurum prætendere,liberos esse, & sine Rege.



VIDI non semel disputari? Possintne? Magnates,& Populi Regnorum prætendere,si eorum vltimis Rex sine descendentibus, & consanguineis moriatur, deinceps contra eorum voluntatem non debere, esse subiectos, sed liberos, & absque Rege? Et licet res hæc in dubium ventilari non deberet, propter eius paruam dubitationem, tamen vt votis amicorum complaceam, (à quibus hæc quęstio mihi proposita fuit) non verebor, sententiam, ac iuditium meum in lucem edere aduersus prędictos Magnates, & Populos. Ex sequentibus.

Primò,quia à principio,& creatione Mundi,Deus Opt. Maximus creauit primum hominem ad imaginem, & similitudinem suam,Genesis cap.1.& 5.& etiam 9.Sapien. cap. 2. Ecclesiastic. cap. 17. habetur transumptiuè in. c. hæc imago.33.quęst.5.diuus Paul. ad Colossen. cap. 3. ad Ephesi.cap.2. Postea eadem Diuina Maiestas ei dedit Æuam primam mulierem in vxorem,& sociam.Genesis.2. cap nec illud, 33.quæst.5. Et tunc ipsi nostro,& communi
1 parenti † tanquàm prædominâti toti humanæ naturæ,datum est priuilegium regendi, & dominandi,vt scribitur Genesis.1.Crescite(inquit)& multiplicamini, & replete terram, & dominamini pisci bus Maris,& volatilibus Cæli, & cunctis animantibus, quæ mouentur super terram. Vbi Sanctus Thom. fol. paruo.12.col.1.versi. requiritur etiam.notat, quòd Dominus Deus noster non tantum primò nostro parenti dedit fœ-

cundi-

cunditatem, sed dignitatem, & præsidentiam, quod etiam affirmat idem Diuus Thom. lib.2. de regimine principis. cap.6. in princip. Quare cùm à principio Mundi hoc fuerit statutum, non potest, nunc alterari. ff. de pact. l. ius agnationis. ff. de reg. iur. l. iura sanguinis. tex. in §. sed naturalia. institu. de iur. natu. & similibus. Immò idem ordo debet nunc seruari. Quia vt ait tex. in l. minimè. ff. de legib. Minime mutanda sunt, quę certam habuerunt determinationem. Præterea, in omnibus debet initium considerari. ff. quod vi aut clam. l. nam origo. ff. de acquir. possess. l. clam. possidere in principio. Euentusquè posterior firmatur à primordio tituli. C. de imponen. lucra. descript. lib.10. l. vnica. Vndè ait Hect. Pinto in Esaiam. cap.19. pagin.182 quòd cùm in Mundi principio Deus crearet multa animantia (Genesis. cap.1.) noluit multos homines simul creare, creauit vnum, de quo multitudo propagaretur, vt admonitione hac, huius rei memoria etiam in multis cōcordem vnitatem seruaremus, & vt intelligeremus esse nos omnes vnius hominis filios, & videremus, quod esset Deus vnitate delectatus, & quod secundum Diuum Augustinum hæc est causa, quare Deus voluerit, vt omnes ab vno, & ab ipso creato originem duceremus, & Diuum Augustin. sequitur etiam Paul. Emilius in cronica generali ætatum Mundi. 1. ætate. fol.9. dicens ex eodem Augustino, quòd humanum genus ideo ex vno homine Deus instituit, vt commendaret, quàm ei grata sit in pluribus vnitas, & constat in d. cap.1. Genesis, & in cap. hæc imago, & in cap. nec illud. 33. quæst. 5. quæ & suadentur ex traditis per Anto. Gometi. in. l. 40. Tau. nu. 3.

2 Quia & post Adam fuit cōstitutus Caim Monarcha Gentium illius temporis ex eodem Diuo Augusti. lib.15. cap. 20. de Ciuitate Dei. Sequitur Dominic. à Soto. lib. 4. de iusti. & iur. quæst. 4. art. 1. in responsione ad argumenta contraria. col. 1. vers. & quàmuis. Hieronym. Rom. in republicis. lib.1. de Republica Æbrea c.2. col.1. fol. 4. Proindè, & tempore Diluuij Generalis, & post eius consumationem Dominus Deus noster dedit præhæminentiam Noæ, regendi, & gubernandi omnia, quæ sub Cœlo erant. Genesis. cap.7. & 8. refert Al-

fon.

fon.Guerrero in thefau.Christianæ Religionis. cap.54. de Regibus num.5. pagin. 702. Noe enim inuenit gratiam coram Domino, fuit quia iustus, & perfectus, & ambulauit cum Deo. Genesis. cap.6.

Secundò, hæc pars suade-
3 tur.Quia † ferè omnes nationes per circuitum Orbis habent Regem, semperque illum habuerunt.Deutero.cap. 17.lib.1.Reg.cap.10.cap. in apibus vnus est Rex.7.quæst. 1. notat Beatus Isidor. lib. 9. Ethimologia. cap. 3. fol. 48. Anton. Gometi. in d. l. 40. Tauri. num. 3. Ideo Prouerb. cap.11.dicitur,quòd vbi non est Gubernator,Populus corruet. & ibi Beatus Hierony. verb.vbi non est.notat Anto. Corset. de potestate Regia. 5. part. quæst.74. num.2. Hect. Pinto in Esaiam. cap.3. pagi. 38.Hinc dicit Beatus Augustin.lib.4. de Ciuitate Dei. c. 6. in princip. quòd à principio rerum gentium nationũ Imperium penès Reges erat. probatur in. l. ex hoc iure. & in l.manumissiones. ff. de iusti.& iur.Rode.Suar.in.l. quoniam in prioribus.C.de inoffic.testam.11.limita.in.2.dubio Comitatus Valentiæ.còl. 20.vers.est verum. Quod Couar.cap.1. pract.quæst. num. 5.vers. Ægyptij,exemplificat in Ægyptijs,dicens,quòd Ægyptij(qui fuerunt primi omnium)Regium Principatum habuerunt, & quòd nullo tẽporis momento poterant sine Rege viuere, idem tenet Gerard. de Mercatore in demonstratione temporum.pagin. 5. tit. de Ægyptij Regni antiquitate,in principio.

Tertio fulcitur nostra sententia.Quia cùm merum Imperium postea esset penès Populum,necessitas ipsa coegit, vt ad Senatum transuolaret, eidemquè Reipublicæ cura omnium incumberet.Quia non facilè Populus in vnum conuenire poterat, vel longè frequentius de rebus publicis consultari, necesse erat, quàm Populus vniuersus conuocari posset. l. 2. §. deinde quia non facilè. ff. de origin. iur. Quinimmò ipsa necessitas seditionis, factionumquè vitandarum causa impedit, vt Reipublicæ cura ab ipso Senatu ad vnum Principem
4 transferretur, † & tunc Populus transtulit omnem potestatem in Regem, & homines eius promisserunt, ei seruire,& obedire. d. l. 2. §. nouissimè ff.de origin.iur. & ff. de constit.Princip.l. 1.& l. 1.

in princip.& l.2.verſ. Camaguerunt. 1.par.2.& vtrobiquè Greg.Lup.Mencha.lib. 1.con trouerſ. qq. cap. 1.nu. 1.& 2. fuitquè hæc trãſlatio facta in Regem à Populo Dei permiſſione. Maranta in Speculo. 3. part. num. 25. poſt princip. Quæ omnia in tantùm proce
5. dunt, † quòd Populus Imperij non poſſet reuocare huiuſmodi poteſtatem, etiam vacante Sede Regali, & eam ſibi auocare, tenent Iſernia Bald. & Angel. quos ſequitur Maranta in.d.ſpeculo. 3. par. num. 25. dicit communem Greg.Lup.in.d.l.2.verb.Otor gaſſen.col. 1.& 2. (ex traditis ibi per eum), idem tenet Nauarrus in.cap.nouit. de iudi. Couarru.in d.cap. 1.pratica. qq.num.6.verſ.qua ratione. Iul.Clar.dicens, hanc eſſe cõmunem ſententiam lib. 5.ſen tent.§.pract.crim.q. 35.nu.7.

Quartò, & magis in terminis facit,quia poſtquàm concordatum fuit inter Populum Iſraeliticum, & Regem Saulem,de modo regendi Populum, & de quibuſdam alijs concernentibus ſtatum Re-
6. gis,& Regni, † quod vocatur lex Regia(habetur lib. 1.Reg. cap. 10. ad finem,vbi etiam dicitur,quòd loquutus eſt Samuel ad Populũ Legẽ Regni & ſcripſit in libro, & ſcripſit corã Domino,ideſt Sãctuario q̃ verba refert Abulẽſis ſuper Matthe.cap. 1.quæſt. 16. verſ. ſicut fuit Sanctus Thom. lib. 2.de regimin. principis. cap. 9.& lib. 3.cap. 11.poſt Ioſeph. 6.de antiq.Iudaic. cap. 4. in fine. Cuius legis Regiæ meminit Iuſtin.in.§. ſed & quod princip. Inſtitu. de iur. natu. Quam legem Regiam, nec ſcriptam,nec in foro poſitam referunt authores,ſed per manus traditam.ex gloſ. in d. §. ſed & quod princip. verb. lege Regia. Alij extimant,Romuli Principatu traditam à Populo, quaſi Populus omnem poteſtatem in Populum traſtulerit, vt hoc modo meliùs Reſpublica per vnum gubernaretur, vt nunc diximus. num. 4. Appellata fuit autem lex Regia,non alia ratione,quàm quæ de Regno,& Imperio conſtituendo fuerit lata. Alij cenſent, C.Iulij Cæſaris dictatoris inſtitutũ hoc fuiſſe.Sed mirum eſt, cùm id deteſtabile eſſet apud Romanos Regum nomẽ eiecto Tarquinio Superbo,vt in præſenti quæſtione deducemus. Ideò veriorem cenſeo priorem ſententiã,& circa dictã legẽ Regiã curioſus Lector plura videbit apud Paulum Manutiũ

de le-

de legibus Romanis, & Hotomanum in Indice legum Romanorum, Brisonum, & Berutium. de verb. significa. verb. lex Regia. Francisc. Pollectum in historia fori Romani. lib. 3. & omnes fere, qui ad Institutiones scripsere. in d. §. sed & quod Principi. præcipuè Hotomanum, Minsingerium, & Aldobrandinum, & etiam Gregor. Lup. in d. l. 2. verb. otorgassen. col. 5. tit. 1. parti. 2. Ego verò censeo, legem illam Regiam latam fuisse (permissione diuina) tempore quo Gentes Populi Israelitici petierunt instãter à Propheta Samuele Regem, vt eos iudicaret, quia ipse Samuel erat Senex (lib. 1. Reg. cap. 8.) ipseque Samuel illis Saulem in Regem constituit & vnxit eum (eod. lib. 1. Reg. cap. 9 & 10.) Regeque ipso sic constituto & recepto, Populoque ipso adunato in vnũ præsente ipso Rege Saule, idem Samuel mandato Domini Dei nostri loquutus est ad ipsum Populum legem Regiam (quam scripsit in libro, & reposuit in templo coram Domino (de modo regendi Populum, & de quibusdam alijs concernentibus statum Regis, & Regni, vt expressè dicitur in d. lib. 1. Reg. cap. 10. prope finem, iuncto cap. 8. eiusdem lib. Quam legem Regiam promulgauit Propheta Samuel in principio Regni ipsius Regis Saul, qui incepit regnare anno Creationis Mundi. 4098. & ante Aduentum Domini nostri Iesu Christi. 1101. habetur lib. 3. supplementi Chronicarum fol. 71. col. 2. Popu-
7 lus fuit † in perpetuum Regibus subiectus, taliter quòd per ipsos Reges Regi deberet: nec amplius Populo eiusque gentibus fuit permissum Regem suo arbitrio mutare, aut repudiare; quia postquàm à se hanc potestatem abdicauerunt, & in Principem transtulerunt, nudi & spoliati omni Imperio remanserunt, vt expressè constat in d. cap. 8. lib. 1. Reg. in fine, vbi Samuel prædicens Populo ius Regis, qui erat super eis imperaturus, sic ait, & clamabitis in die illa (idest, quando durum seruitutis iugum à vobis reijcere volueritis) à facie Regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis Regem. Hactenus verba Samuelis. Subijcit autem diuina Scriptura, quo pacto non auditis verbis Samuelis, ipsi Regem postularunt, &

confir-

confirmarunt his verbis, Noluit autem Populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, nequaquàm, Rex enim erit super nos, & erimus nos quoquè sicut omnes gentes, & indicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Hanc enim potestatem, quam Israeliticus Populus in Regem Saulem transtulit, cótulit Regibus Romanis Populus omnem Imperium, quod penès se habebat, vt meliùs ab vno regeretur. Hæc est vis atque potestas legis Regiæ, de qua vltra ea, quæ nunc diximus num.6. videndus est Couarru.cap. 1. pratica.qq.num.2.& 3. Goueanu. lib. 2. variar. lectio. cap. 3.& Menchа.lib. 1.controuer. vsu frequen.c.6.nu.fin.

8 Quintò, quia † gubernatio Populi per Regem est optima, & res necessarijssima, ex Philosopho lib. 3. Politico, sequitur Beatus Thom.lib.1. de regimi. princip.cap. 3.& 1.2. quæst. 105.artic.1.col.2.& 3. Nicol.de Lyra in cap.8.lib.1. lib. 1.Reg. verb.vadat. Couar. in d.cap. 1.pratic. qq. num. 5. Dominic.Soto lib. 4. de iusti. & iur.quæst.4. col. 5. in fine. Quod confirmatur ex sententia Platonis, dicentis, Regiam dignitatem gubernationum omnium optimam esse, pessimam verò tyrannidem, quę neque lege, neque mente legitima imperat, sed impetu potius atque libidine imperat, quem inibi sequitur eius additionator Marsil. Ficinus lib. 15. tit. de regno. colu. 3. vers. proinde, idem, & notat Beatus Antonius Florentin. 4 par.summæ tit. 5. cap.4. §. 4. vbi & ait, quòd ex hoc regimine regali facilius iustitia legis implenda mandatur. Quin, & idem Platon.eod.tit. de regno. col. 25. vers. quòd nulla.ait, quòd nulla vnquàm multitudo potest ea disciplina præcellere, qua secundum mentem Ciuitas regatur, & quòd melius est, quòd Ciuitatis administratio fit apud vnum. Vnde Plutarc. in moralib. tit. de doctrina Principis. inquit, quòd sine lege,

9 † vel iustitia, aut Rege gubernari non possunt, quod etiam tenet Sanctus Thom. lib. 2. de regimin.princip. cap. 9. alios etiam refert Couar. in d. c. 1.pratic. qq. nu. 5.

10 Sextò superiora confirmátur. Quia † vt regimen sit iustum, expedit, quòd sit vnius tantum, adhoc vt sit fortius, ex Sancto Thom.lib. 1.de regim.princip.cap. 3.col. 2 vbi

& ait, quòd si regimen declinat in iniustitiam, expedit magis, quòd sit multorum, vt sit debilius, & se adinuicem impediat, quod etiam tenet Beatus Anton. Florent. in d. tit. 5. cap. 4. §. 4. col. 1. Magna enim vis, & potentia est eorum, qui reguntur. à Rege q̃ si ab alio nō Rege regātur ex Socra. in Oratione, q̃ fecit in persona Regis Cypri cognomento Nicoclitis, post medium. Quod confirmatur, quia defensio quæ sequitur ex plurium regimine, contrariatur bono pacis, quod est præcipuum in multitudine sociali, ex Diuo Thom. lib. 1. de regim. princip. cap. 5. & Beato Anto. Florentino in d. tit. 5. cap. 3. §. 5. col. 1. vers. sic etiam, & sequentib. & idem Thom. in d. loco, ex hoc ait, præoptandum esse vnius regimen, quàm multorum: quia maxima pericula multitudinis frequentius sequuntur ex multorum regimine, quàm ex regimine vnius. Quia secundum eum ibi, dissentientibus principibus, qui aliquam rem publicam regunt, sequitur maxima dissensio: si verò vnus præsit, plerumque quidem ad bonum commune respicit, idem tenet Couarr. in d. cap. 1. pract. qq. num. 5 & Ioan. Bodinus in Republicis. lib. 6. cap. 4. Nam vt ait Beatus Thom. in d. cap. 5. ferè omnium multorum regimen est in tyrannidem terminatum, dicens, hoc olim continguisse in Romana Republica, quod etiam tenet Beatus Anto. Florent. in 4. par. summæ tit. 5. cap. 4. §. 4. col. 1. & author supplementi chronicarum lib. 7. fol. 163. col. 2. Ex hoc etiam censet Beatus Anton. Florent. in d. loco vers. tertius principatus, quòd licet principatus populi ad tempus possit esse secundum virtutem, deficit tamen multum à perfectione regiminis, eo quòd populus communiter parum prudentiæ participat, quæ maximè ad regimen requiritur, & quòd ideò non potest in rectitudinem sustineri. Ex quibus omnibus Angelicus Doctor Sanctus Thom. in d. cap. 5. lib. 1. de regimi. princip. concludit, expediens esse, sub vno Rege viuere, quàm sub regimine plurium: quia humana vita multis variationibus subijcitur, quod etiam tenet idem Beatus Thom. eod. lib. 1. cap. 15. col. fin. vers. sunt autem tria. Hinc etiam dicit Aristotil. lib. 2. Metaph. quòd pluralitas principium est ma

la, quia melius est ab vno, quàm à pluribus gubernari, & regi, id quod gubernatione indiget. sequitur Francisc. Valeriola in commentatione Galeni Medici. lib. de Constitutione artis medicæ pagi. 27. vers. ergo vt à primò. Vnde Quintus Curtius lib. 10. de rebus gestis Alexandri. pagi. 321. dicit, quòd Imperium sub vno stare debet, & quòd ruit, cũ à pluribus sustinetur

Septimò superiora manifestissima redduntur ex sententia Beati Thom. lib. 4 de regimi. princip. cap. 16. col. 1. vers. & aduertendum, & sequentib. quòd quamuis Consules annales in Vrbe essent,
11 tamen, † quòd non sic erat faciendum de Rege, immò quòd si Rex non sit perpetuus, valdè periculosum est Ciuibus. Quia secundum eũ ibi, hæc est differentia inter Regem, & Rectorem politicum, quod alter (videlicet politicus) solis legibus suæ Ciuitatis Populum iudicat, Regalis verò Princeps, vltra leges quas inuenit, vel ante statuit, oportunis temporibus legibus quas in pectore defert (cap. 1. de constit. lib. 6.) vtitur, pro meliori exitu sui regiminis, ac suæ gentis salute. Et quia si tales Principes ad tempus regnent contingit, ipsos ad iudicandum esse præcipites, siuè contra Ciues, ad tempus regnent, consinqui de ipso amouendo fuerint solliciti, siue alicuius rei adipiscendæ cupidine, vel vt amicis præstent gratiam, quam si regnassent, non fuissent facturi, ex Beato Thom. in d. loco, qui hoc pluribus confirmat exemplis, & alia in proposito refert Hect. Pinto in Dialogo iustitiæ cap. 8. fol. 156. col. 1. & 2. & sat probatur in cap. quicunque 11. q. 3. Atque etiam Sanctus Thom. in d. loco maximum esse periculum alicui temporali rectori conferre, regendi arbitrium in faciendo iustitiam; & quòd si dominium est perpetuum, rector curabit de subditis, sicut de re propria, ad quam quotidie & continuò sollicitatur, quasi àd suas diuitias naturales, & ad id efficientem thesaurum. Iudicesquè raro debent etiã mutari, prout dicebat, & faciebat. Tiberius Cæsar. vt inquit Iacob. de Voragine (adducens in proposito certum simile) in sermone primo Dominicæ 21. post festum Trinitatis, col. 2. ad finem. Reges enim de antiquissima, & approbata consuetudine sunt

perpetui,ex Alfon. Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis cap. 54. de Regibus nu 8.pag.704.

12 Octauo hæc nostra senten tia verissima est ex tali exem plo, & experientia. Regibus enim † à Populo Romano expulsis (refert Diuus Augustin. lib. 18.de Ciuitate Dei. cap. 26. & copiose Beatus Thom. lib. 1. de regim.princip.cap.6. col.2. Valer. Max. lib.4.historiæ.cap.de Valerio Publio.fol, 102.col. 1.author supplement. chronica. lib. 5. fol. 104.col.2.Gerard.de Mercatore alios referens in demostrat.tempo.pag.72.Francisc. Vicent. de Tornamira in cosmographia. pag. 250.) Romani instituerunt sibi Cõsules, & alios Magistratus, nempè decem vires,per quos Regi cæperunt, volentes Regnum suum in aristocratiam commutare,refert idem Beatus Thom. eod. lib. 1. cap.4. post Beatum August.lib.5.de Ciuitate Dei.cap.12.col.1.in fine, & Beatum Isidor. lib. 9. Ethimologia. cap. 3. col. 1. fol.48.Gerard.de Mercato.in d.pag.72.& 80. prope finem cum sequen.idem traditur in Chronica Generali ætatum Mundi.6.ætate.foi.69. col.2. & lib.5.supplement. Chronica.fol.105. col. 1.& sequent. Hæc enim mutatio Regum in Consules contingit anno. 223. fundationis ipsius sanctissimæ Ciuitatis Romanæ. ex Alfonso Venero in Enchiridion temporum.fol.69.col. 2.vers. el Reyno de los Romanos.Et tunc nominabatur annis Creationis Mũdi 4688 & ante Aduentum Domini Nostri Iesu Christi. 511. traditur in d. lib.5. supplement. Chronica fol.105.col.1.Prout à principio fundationis ipsius Ciuitatis Romanæ Consules creati fuerunt à Romulo primo fundatore:Romanaque Ciuitas post expulsionem d.Tarquinij sui vltimi Regis, se administrauit, & gubernauit per dictos Consules,vsque ad Iulium Cæsarem primum eorum Imperatorem per annos. 464, ex Beato Hieronymo in prologo ad Aggeam Prophetam.idem habetur lib. 7. supplement. Chronica.fol. 169.col.1. Licet Beatus Isidorus, & Tornam. in prædictis locis. dicant,quòd dicti Consules regnauerunt annis.467 Sicut à principio suæ fundationis ipsa Romana Republica fuit gubernata per similes ministros. Nam Romulus, (qui fuit eius primus Populator) instituit. 100. Senatores

res, eosque Patres appellauit. Volate.lib.29. comment. Vrbano.cap.de Romanis Magistratibus fol. 349. col.1. post Paul. Oros. in principio suæ historiæ. Et licet post expulsionem dicti Tarquinij Regis Romana Respublica creuerit, quia Gubernator per Consules,ex post facto tamen ad nihilum redacta fuit. ex Diuo August. lib.5. de Ciuitate Dei.cap.22.in princip.& Diuo Thom.lib.1. de regim. princip.cap.4 prope finem. Grego.Lup.in l.7.verb.ouiessen. in medio. tit. 1. part. 2. Cum & idem Beatus August. lib. 3. de Ciuitate Dei. cap. 16. in fine, inquit, quod tempore quo Roma erat sub Regibus, vsque ad expulsionem Tarquinij Regis, erat laudabilis Respublica,& quòd post Regum expulsionem,cõpatata est territorio particularis Ciuitatis. Cuius dictum suadetur ex glos. Daniel.cap. 3. quæ dicit, quòd sicut in principio nihil fuit fortius atque durius Romano Imperio,ita in fine nihil erit debilius.sequitur Ioan. Dayma in prohæmio pragmaticæ sanctionis.fol.1.col.3.Greg.Lup. in l.1.verb.gran dignidad.tit. 1.part.2.Carol. de Grassalia in libris fiscalium Franciæ. lib.1.cap.6. pag.61. vbi & alios refert. Et licet de Sancta Ciuitate Romana hæc in diuersis locis perlegi, libet duo in eius laudem inter alia proponere.Primum,quòd de ipsa Ciuitate dixit Arias Montanus in Micheam Prophetam. cap. 2. pag.541. in me-
13 dio. hæc formalia verba, ; quòd ipsa Romana Ciuitas paruis initijs (hoc est) ab ouium pascuis,& caueis,& pastorum casulis ad totius Orbis Imperium in gentilitate excreuit,deinde vero primis, & firmissimis apud gentes fundamentis in ea Vrbe iactis, Christiana pietas totum fere Orbem in Euangelij ditionem redegit, atque exiguis initijs ad innumeram multitudinem propagata est: in ea enim primis huius Gregis Pastor Petrus Christi Domini vice functus est, succedentibusque lõga temporum serie Pastoribus Christianæ disciplinæ ratio,ita aucta, & illius tracta est,vt prima omnium Mater Ecclesia merito appellatur:ad quam totius,& gentium omnium Catholica referenda sit, & Christianæ omnium gẽtium pietatis arx constructa sit, & plurima ex his verbis refert Paul. Orosi. in principio suæ historiæ (dũ

agit

agit de fundatione, & alijs memorabilibus Vrbis Romę) & author supplemen.chronica.lib.4 fol.87. col. 2. & seq. & Alfonsus Guerrero in thesauro Christianæ Religionis cap. 1. de Ecclesiastica Diuina Potestate. num. 1. & 39. pag. 1. & 23. & & per totum illud Capitulum. Secundum sciendum est, quòd Magnus ille Constantinus Imperator
14 † tempore quo Beatissimo Siluestro Maximo Summoquè Pontifici donauit ipsam Sanctissimam Ciuitatem Romanam, suo generali ædicto concessit, quòd deinceps suũ Imperium Regniquè potestatem in Orientalibus transferri, & transmitti regionibus, & in Bizantiæ Prouintiæ optimo loco nomini suo Ciuitatem edificari, & suum illic constitui Imperium: licet à principio constitutum fuerit in ipsa Romana Ciuitate. Quoniam vbi Principatus Sacerdotum, & Christianę Religionis caput ab Imperatore Cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperatus terrenus habeat potestatem, nec habitet. Quæ verba continentur in prædicto ædicto generali dicti Imperatoris Constantini Maximi, & habetur transumptiuè in. cap. Constantinus in 2. in fine. 96 dist. quod ad literam refert Ioan. Baptista Ficklerus in theologia iuridica. pag. 142. & est in pag. 155. in princip. & sat probatur in cap. fundamenta. vers. ne autem. de elect. in 6. Vbi ponitur Baptismum dicti Imperatoris Constantini, & alia in proposito referenda inscribuntur, idem traditur lib 8. supplement. chronica. fol. 234. col. 2. Prætereа, & de eodem Imperato-
15 re Cõstantino legitur † quòd templum Romę in honorem Beati Petri Apostoli à fundamentis excitauit, & pulcherrimis, ac prætiosissimis ornamentis muniuit, & quòd ipse suis manibus iecit fundamenta, ex quibus suis proprijs humeris duodecim corbulas terræ in honorem duodecim Apostolorũ asportauit: & quòd tunc quieuerunt Christiani, & cessarunt eorum afflictiones, & cruciatus, quibus ab infidelibus torquebantur, ꝙ refert Hect. Pinto in Esaiam. cap. 60. pag. 425. post princip. De Rege Mitridate legi-
16 tur † magna crudelitas contra Romanos, qui imo die occidi iussit omnes Ciues Romanos, peregrinantes in Asia, & quòd sic factum fuit. & vno die perijt innumerabilis

copia

copia eorum, ſecundum Beatum Auguſt. lib. 3. de Ciuitate Dei. cap. 22. habetur lib. 7. ſupplemen. chronica. fol. 162 col. 2. Valerius Maximus lib. 9. ſuæ hiſtoriæ. cap. 2. de credulitate. §. de Rege Mitridate fol. 224. col. 2. ait, tales Ciues Romanos ſic occiſos fuiſſe octuaginta millia, quod etiã refert Ioan. Rauiſi. in textoris officina. pag. 1189. Similis etiam crudelitas contra Romanos (ſecundum Paul. Oroſi. lib. 5. hiſtoriæ. cap. 19.) contingit anno Creationis Mundi. 5110. & ante Aduentum Domini Noſtri Ieſu Chriſti 89. quod etiam refert author ſupplement. chronic. lib. 7. fol. 160. col. 2. Præterea, & de Petro Luſignano Rege Cypri legitur, quòd anno Domini. 1369. fecit interficere omnes Ianuenſes exiſtentes in toto ſuo Regno, taliter, quòd nullus remanſerit viuus, qui poſſit nunciare Ianuenſibus tale factum; & poſt aliquot annos Dominicus Dux Ianuæ, cùm hoc ſciret, taliter ſe habuit cum gentibus Cypri, quòd eos ſuperauit, & iuſſit occidere multos ex eis, Regeſque ſuos in Ianuam captos tranſtulit, quos poſt aliquod tempus piè liberauit, eiſque Regnum Cypri reſtituit, refert author ſupplement. chron. lib. 14. fol. 386. col. 1.

Nono (& vt ad inſtitutum noſtrum accedamus, à quo paululper digreſſi fuimus) in confirmationem ſupradictorum facit, quòd legitur in Cathalinario Saluſtrij, poſt prin
17 cip. quòd Romani † binos Imperatores fecerũt, hoc modo exiſtimantes, melius quàm per vnum Reipublicæ Conſuli: ſed poſtea oppoſitum euenit, dum eorum quiſque magis ſe extollere, & amicitia quęrerę cogitabat: & quòd ideò in breui reuocauerunt, quòd & alia plura refert Ioa. Leziri. de primogenitura. lib. 2. quæſt. 14. col. 3. verſ. vnde legitur. Didac. Caſtel. in l. 40. Tau. verb. del hijo mayor. col. 2. verſ. vnde. Feder. Schenck. in interpretat. feudo. in cap. 1. de feud. March. pag. 2. verſ. Roma autem, & in cap. 1. §. præterea ducatus pag. 1. verſ. id Roma. tit. de prohib. feud. alien. per Feder. Ludou. à Peguera in rep. cap. 5. Conſtitut. Cathalog. verſ. 6. num. 83. verſ. hinc eſt, & in verſ. & ſic fol. 79. col. 3, & 4. (dicens, quòd ideo prouerbio fertur, quòd Roma duos ferre non potuit, cuius prouerbij meminit tex. in cap. in apibus, in

princ.7.quæst.1.) quod prius dixit Anto.Corset. de potesta te Regia.5.par.quæst.74.nu. 1. Francisc.de Tornamira in sua Cosmographia pag 251. & sequent. idem habetur in chronica generali ætatum Mundi.6.ætate. fol. 178. col. 1.in medio. Et sic ipsi Romani decreuerunt, per vnum tantùm Regi dominari, ac gubernari, habetur lib. 1.Machabeo. cap. 8. in verbis, & committunt vni homini magistratum suum, per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est inuidia, nequè zelus inter eos, idem habetur in chronica generali ætatum Mundi 6.ætate fol. 178. col. 1.in medio. Vltra hoc, quòd paucis vicibus visi fuerunt plures Imperatores simul Imperium regere, solum enim de Imperatoribus Diocletiano Maximiano Galerio, & Constantino legitur, quòd imo tempore ij quatuor Principes Imperium voluntariè gubernauerint, & maxime Reipublicæ vtiles fuere, ex Volatera.lib.23. commenta. Vrbano cap.Neruam.fol.269 col.2.post principium. Prætea, & postquàm Romani decreuerunt, Regi per Imperatores, tamen post mortem Gaij Imperatoris, voluerunt penitus extirpare Imperium Imperatoris ab Vrbe, & illud redigere ad pristinum statum in quo erat ante Iulium Cæsarem, vt esset regimen Ciuitatis in arbitrio Consulum, & Senatorum. Quod milites cõtradixerunt. Et tandem post multa peracta decreuerunt, vtilius esse, Regi per vnum Imperatorem, & ita eligerunt in Imperatorem auunculum ipsius Gaij vltimi Imperatoris refert Petr. Comestor in historia Scholastica.tit.historiæ Actuum Apostolorum.c. 64. de morte Gaij Imperatoris in fine fol. 242. De Ciuitate Millan. (quæ est vna de prouintijs Italiæ principalio-
18 ribus) legitur, † quòd sicut Roma omisit Consules, & non potuit esse sine Rege, vel Imperatore, quòd eius Ciues idem decreuerunt, traditur lib. 12.supplement.chronica.
19 fol.333.col.1.Similiter † Ciuitas Venetiana quæ à sua primeua fundatione fuit fundata anno Domini. 449. de Ciuibus ditioribus, & principalioribus Ciuitatum Aquileyæ, Veronæ, Vicentiæ, Paduæ, & aliarum Ciuitatum Italiæ, qui de eis fugerunt, tempore quo Attila Rex Hunnorum eas debellabat (Illesc.

1.part.

1. part. historiæ Pontificalis. lib. 2. c. 14. de vita Leonis. 1. Papæ. 47. fol. 78. col. 3.) semper se gubernauit per certum numerum Tribunorum: & cùm postea anno Domini. 700. Ciues eius considerassent, non esse bonum regimen Tribunorum, decreuerunt, deinceps regi, & gubernari per vnum dominum tantùm, ac Ducem (& non per tribunos,) qui eos benè gubernaret, regeret, ac defenderet: & tunc eligerunt in suum primum Ducem Paulum Heracliensem, cui omnes in futurum obedirent, & deinceps semper fuerunt gubernati per vnum Ducem vsque in hodiernum diem, refert Illesc. in d. 1. part. histo. Pontif. lib. 4 cap. 21. de vita Ioannis 6. Papæ. 87. fol. 151. col. 4. & sequent. & nos in præsenti commentario quæst. 2. part. 8. num. 6. & sequent. Verum, & de Gentibus Longobardorum etiam, legitur,

20 † quòd cùm maiorem partem Italiæ possiderent, & eorum Rex Clesis decessisset ab humanis anno Domini Nostri Iesu Christi. 585. qui toto tempore sui Regni fuerat suis gentibus nimis crudelis, eosquè malè gubernaret, & regimen Regum eis non conuenisset, quia experientia eos docuit, tale regimen in tyrannidem potius esse conuersum decreuerunt similiter deinceps Regem sibi non eligere, sed tantùm se gubernare per Capitaneos, & alios ministros qui in executionem huiusmodi decreti inter se elegerunt 30. Capitaneos (qui potius fuerunt veri tyranni) & quilibet eorum accepit in se vnã Ciuitatem Italiæ in gubernationem, & defensam, & omnes ipsi. 30 Capitanei gubernauerunt etiam res bellicas, quilibetquè eorum defendebat suam Ciuitatem, & aliquando omnes simul. Et cùm gentes ipsæ Longobardorum essent iam fatiati tali modo gubernationis, nouiter decreuerunt, & statuerunt, non amplius esse gubernandos per illos. 30. ministros, & in suum Regem elegerunt Antharim filium maiorem prædicti Clesis sui vltimi Regis, vt ipse solus eos defenderet, & gubernaret, existimantes regimen Regale melius esse, quàm plurimorum regimen, quod apud eos tantum per decennium durauerat, refert Illesc. 1. part. Pontificalis. lib. 4. cap. 16. de vita Pelagij. 2. Papæ 65. fol. 114. col. 3. in fine, & fol. 115. col. 3. post princ.

Prætereà, & decimò ſuperiora ſuadentur ex alio. Quia
21 & non deſunt, qui tenent, † Regiam poteſtatem, quam Reges Chriſtiani habent, ac exercent, illa neque facta eſt à Republica, nec per Rempublicam eſt deriuata, ſed à Deo non immediatè, ſed per Regem naturalem, vt tradit in terminis Domin. à Soto lib. 4 de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 1. col. 5. verſ. hic autem. Cuius ſententia ſequentibus authoritatibus Diuinæ Scripturæ vltra eum probatur. Reges enim habent gladij poteſtatem à Cæleſti Maieſtate, iuxta illud Sapient. 6. in princ. Quoniam (inquit) à Domino data eſt poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, & habetur tranſumptiuè in cap. quæſitum. 23. quæſt. 4. & iuxta explicationem Soti ſupra allegati intelligenda ſunt ſimilia in his in ſequentibus dicenda, & quamuis in Populo Hæbreorum fuerint Duces, ſeu Principes à Deo Electi, non ſic autem fuit in alijs Populis, & ita explicanda erunt omnia in ſequent. adducta circa hęc dicta, quod etiam benè explicat Theodor. in eius allegat. 10. num. 20. cum ſequent. & proinde poſtquàm Ioſue Propheta (qui fuit miniſter Moyſi. Ioſuæ. cap. 1. in princ.) Princeps Iſrael fuit mortuus, omnes ex Populo Iſraelitico in vnum coadunati, eum conſuluerũt, quis eſſet futurus Princeps eorum, ac Dux belli contra Cananeum? & reſponſum habuerunt à Domino, quòd Iudas eſſet, habetur lib. Iudicum. cap. 1. in princ. Simile etiam reſponſum habuerunt. eod. lib. cap. 20. verſ. qui ſurgentes, & verſ. ſequen. quod etiam probatur, eod. lib. cap. 2. in verbis, ſuſcitauitquè Dominus Iudices, qui liberarent eos de baſtantium manibus.
22 Verùm, & idem contingit in Rege Saule eligendo, habetur lib. 1. Reg. cap. 9. vbi cum loqueretur Dominus ad Samuelem, ac præciperet, vt vngeret in Regem, quem ei demonſtrauerit, hæc dixit Verba, Cras mittam virum ad te de Terra Beniamin, & vnges eum ducem ſuper Populum meum Iſrael. Et ſtatim inibi hæc verba dicuntur. Ecce vir quem dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo, idem habetùr eod. lib. 1. Reg. cap. 10. quod etiam adnotat Domin. à Soto in d. lib. 4. q. 4. artic. 2. col. 2. verſ. primum. Idem legitur de Rege Dauid lib. 1. Reg. cap. 15. in fine, & 16. & lib. 3. cap. 8. verſ. & ait

Salo-

Salomon.& lib. 2.Reg. cap. 5. in medio, & lib. 1. Paralipo. cap.28. in prin. transumptiuè in cap. plerumquè, vers. Dauid erat. 2. quæst. 7. Idque affirmat Serenissimus Rex Dauid Psalm. 2. ibi, Ego autem constitutus sum Rex ab eo, notat Soto in d. 2. art. col. 2. vers. primum. In Rege etiam Salomone idem fuit. lib. 3. Reg cap. 3. lib. 1. Paralipo. cap. 28. vers. sed. & de filijs. Et in Rege Roboam. lib. 3. Reg. cap. 11. post med. Olim enim Dei Optim. Maxim. mandato Reges vngebátur. 2. lib. Reg. cap. 12. & lib. 3. cap. 3. & lib. 1. cap. 10. in prine. & in vers. ecce vngit. Nominabatquè olim Deus Reges, vt constat in prædictis locis, & Numero. cap. 3. in medio. Sapie. 9. sic dicitur, Tu elegisti me Regem Populo tuo, & Iudicem Filiorum tuorum, & filiarum. Ecclesiast. 7. sic dicitur, In vnam quanquè Gentem præposuit rectorem. Apud Hieremiam Propheram 7. Dominus sic inquit, Et nûc itaquè ei dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babilonis serui mei Idem habetur. 3. lib. Reg. cap. 15. Aliorum hominum causas Deus voluit, per homines terminare, verba sunt tex. in cap. aliorum. 9. quæst. 3. & similibus forte à me alibi adnotandis. Habentquè † Reges sua Regna ex naturali à Deo l. 1. ibi, regimentis. ff. de offic. præf. præto. l. 2. in princ. ff. de orig. iur. & in Epistol. inter claras. ibi, per me Reges regnant, & Potentes decernunt iustitiam. C. de summ. Trin. quod refert Diuus Paulus ad Roman. cap. 13. & Beatus Petrus in 1. Epistol. cap. 2 probatur lib. 3. Reg. cap. 2. vers. à Domino enim, & vers. & nunc viuit, notat Sanctus Thom. lib. 1. de regim. princ. cap. 16. & lib. 3. cap. 1. 2. & 5. & in tractat. de regimine Iudeorum ad Ducissam Brauantiæ. col. 2. vers. sextò quærebatis, post Ioseph. lib. 8. de antiq. Iodaic. cap. 1. in medio, & ex nostratibus hoc idem tenet Paris de Puteo de Sindicatu. verb. post Imperatorum. nu. 71. & 82. fol. paruo. 8. col. 1. Couarru. cap. 1. pract. qq. nu. 6 vbi concludit, quòd Regna à Diuina Maiestate processerunt, vt supra Marc. Mantua in Enchiridion rerum singularium. cap. 4. Carol. de Grassalio. lib. 1. de Fiscalibus Franciæ. cap. 9. pag. 93. & sequent. Anton. Corset. de potestate regia. 1. part. quæst. 1. num. 3. in fine. (vbi, & refert Ancha-

tan.consl.341.dicentem, Reges in Regnis habere vetustissimum titulum à iure quodammodo naturali, & diuina quadam prouidentia.) author Chronicæ Generalis ætatum Mundi.6.ętate.fol.183 col.1.Chassan.consuetud.Burgund.in prohæm.rubr.1. in tex.ibi,du Sainct.empire.nu.3.(dicens, quod regna sunt de iure Diuino, scilicet & quæ ceperunt originem à Iure Diuino.)& Domin. Soto lib. 4.de iust.& iur.quæst.4.art.1. col.5.vers.hic autem,& art.2 col.1. vers. est ergo,& col.2. vers.confirmatur,& art.1.col. 5. vers. aliorum præterea, & sequent. plurib. Anto.Gomez. in l.40. Taur. num.3. copiosè Dominus meus Burgos de Paz (hoc multis authoritatibus Diuinæ Scripturæ suadens)in prohæm.ll. Taur. num.29.tradit copiose Auendan.cap. 1.prætor. per totum. Azeuedo in l.1.tit.1.lib.4. recopil.Opus enim Diuinæ Sapientiæ est,potestates, & Reges aliosque dominos supremos constituisse, ne confusè omnia d fferantur, ex Theophilato in Epistol. ad Romanos.cap.13.fol.13.col.1.vers. non enim idem notat Alfonsus Guerrero in thesauro Christianæ Religionis cap.54. de Regibus, & Principibus nu. 6.pag.703.dicens, quòd Reges sunt de iure Diuino idest naturali lumine, & quod procedunt à Deo, cùm sit Rex Regum, Regnorum, & omnium Imperiorum rationes non humana fœlicitate,virtute,facultate, & opera, sed Diuino Consilio, & voluntate constare,affirmat Arias Montanus in Zachariam Prophetam cap. 8. pag.779. prope finem. Vnde Beatus Gregor. lib.1.Epistolarum,in Epistol. 36. sic ait, Gloria in Excelsis Deo,qui iuxta quod scriptum est,mutat tempora, & transfert regna, quia dominatur Excelsus in regno hominum & cui voluerit, ipse dat illud, Hinc dixit Frater Iacob. Veldia in Paraphrastica enarratione Euangeliorum in sermo.feriæ.6. Habdomadæ.2. Quadragesimę pag.100.post medium, hæc verba, Diuina quadam prouidentia voluit Deus suæ vineæ Israeliticæ prospicere, non tantum de religione, ac legibus, sed & de idoneis etiam ministris, qui spe,ac metu legum authoritatem conseruarent, ac religionem tuerentur(ex lib. 1. Reg. cap.1.) quàmquàm autem principio Regni Israelitici Sacrorum præfecti etiam

essent

essent ministri, vt Heli & Sa-
muel, tamen hoc perpetuum
esse noluit, sed Duces, Princi-
pes, ac Reges instituit, qui vi-
ribus, & armis externam pol
litiam administrarent, hostes
propellerent, religionem tue-
rentur, Idolomaniā prohibe-
rent: ac solos Pontifices Sacer
dotes Leuites, & Prophetas
voluit rebus sacris operam
dare. Et supra dicta suaden-
tur ex tex. notab. in. l. 3. tit. 5.
part. 2. in verbis, El que Dios
honrrara, e escojera, para
seruirse del. Facit singul. glo.
in cap. duo. sunt. verb. autho-
23 ritas. 93. dist. quæ dicit, † q
Imperator est Diuinitus con-
secutus Imperium. Similis
glos. in cap. si Imperator. verb.
Diuinitus. 96. dist. pro quibus
est tex. in authent. de fid. in-
strum, §. quia igitur. collat. 6.
vbi dicitur, quòd Deus Impe
rium de Cœlo constituit. no-
tat Chassan. Consuetud. Bur-
gund. in tex. ibi, por la grace
de Dios. Ibiquè etiam refert
Bald. in cap. 1. tit. quis dica.
dux. dicentem, quòd omne
Imperium à Deo est, permis-
siuè formalitèr, & idem Chas
sa. in eod prohæm. in tex. ibi,
dum sainct. empire. in prin-
cip. & author Chronicæ Ge-
neralis ætatum Mundi. 6. æta
te. fol. 183. col. 1. Omnia e-
nim in sapientia fecit Deus.
24 Psalm. 101. Ideò enim † Re-
gna à Domino Deo nostro in
stituta sunt, vt subditi regan-
tur, & gubernentur, & vnum
quemquè in suo iure conser-
uentur: & hic est finis regimi
nis, ex Diuo Thom. lib. 3. de
regim. princip. cap. 11. col. 1.
quod prius dixit Diu. Paul.
ad Roman. cap. 13. idem te-
net Alfonsus Guerrero in the
sauro Christianæ Religionis
cap. 54. de Regibus, & Prin-
cipibus. num. 1. pag. 700. vbi
& inquit, quòd Reges creati
sunt ex necessitate, quia om-
nia indigebant capite, ex quo
homines faciles sunt ad dis-
sentiendum. Inibiquè etiam
ait Guerrero num. 2. ex dicto
Paulo in d. loco, quod Reges
sunt dati à Deo ad vindictam
malefactorum, & ad laudem
bonorum, ex tex. in cap. ma-
gnum. 11. quæst. 1. & in cap.
Rex debet cap. non frustra
cap. regum. 23. quæst. 5. Vndè
Seneca ait, quòd finis propter
quem sunt Principes consti-
tuti est, vt scilicet, medeantur
generi humano, sequitur Bea
tus Anto. Florent. 4. part. sum-
mæ tit. 4. cap. 9. §. 1. col. 2. ver-
sic. sextum est. Cùm & pote-
statem ipsam Ciuilem, Deus
25 Dominus noster † per legem
naturalem, (quæ suæ sempi-

ternæ participans est, & ad eius similitudinem)dedit, ac ordinauit, si quidem & Deus vnus Mundi totius sit rector, Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 105.art.1.col.2.tex.in l.inter claras.vers.neque enim C.de summ. Trinit. tradit author Chronicæ Generalis ætatum Mundi.6.ætate. fol. 183. col. 1. Ioann. Baptista Ficklero in Theologia iuridica. pag. 76.in fin. Alfonsus Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis cap.54. de Regibus, & Principibus. num. 5. pag. 762. Quod sic constat Deus per naturam dedit rebus singulis facultatem se conseruandi, suisquè resistendi contrarijs, adiecitquè eis instinctum gregatim viuendi, vt adunati alijs sufficerent, (vt explicat Hect. Pinto in Esaiam cap. 19.pag. 182. in medio.)Respublica verò congregata, nequè se poterat gubernare, hostesquè propulsare, malefactorumquè audaciam cohibere,nisi magistratus deligeret, quibus suam tribueret facultatem(vt diximus in præsenti quęstio.num.4.versic.tertio, probatnr Exodi. c. 18.post medium.) nam alias tota congregatio sine ordine & capite, nequè vnum corpus repræsentaret,nequè ea prouidere posset, quæ expedirent: ergo eadem ratione doctè Diuinitusquè instructę respublicæ,aliæ annales Consules, aliæ alias publicarum administrationū formas sibi
26 instituerunt etiam ita † Reges orti sunt de iure gentium ex l. 1.ff. de iurisdict.omn.iudic.& multis similibus traditis per Alfonsum Guerrero in d.Thesauro Christianæ religionis. cap.54.de Regibus, & Principibus, num. 1. & sequent.Atquè eodem iure naturali quęlibet Ciuitas potuit ac debuit, vbi expedire cognoscet,totam suam potestatem, & Imperium in vnum Regem transferre ex tex. in l. 1.ff.de constitut. Princip.& similibus nunc citatis, num. 4.& 5.Quæ omnia refert Dominicus à Soto lib.4.de iust. & iur. quæst.4. artic.2.col.2. versic. confirmatur, & prius ead.4.quæst.art.1.col.5.vers. hæc autem, & ea probat. tex. in l.7.vbi Lup.verb.ouiessen: tit. 1. parti. 2. refert Petr.Iacob.in pract.tit. de successione Regni Franciæ fol.80.col. 3.vers.& est notandum,& iterum in tit. de positione actoris fol. 47. col. 4. vers. item alias Rex Franciæ, & Alfonsus Guerrero in d. cap. 54. num. 1.& sequent.Ex quibus

27 benè sequitur, † quòd Rex repræsentat ordinationem naturæ, per quam omnis multitudo, & difformitas ad aliquód vnum gubernans reducitur, sicut omnia mobilia ad vnum primum mobile Cælum, ex Beato Anto. Florent. 4. part. summæ. tit. 5. cap. 4. col. 1. post princip. & col. 2. post medium. Vndè in nostris proprijs terminis Domi nic. à Soto in. d. art. 1. col. 6. versi. ecce quemadmodum. ex supradictis resoluit, quòd publica Ciuilis potestas est Dei ordinatio, & non quòd respublica creauerit Principes, & Reges, sed quòd id fecerit Diuinitùs erudita, quòd ibi suadet ex Sapient. dicto cap. 4. dum ibi dicitur, Tua Pater prouidentia ab initio cuncta gubernas. Et vltra Dominic. à Soto facit, nam Sapientis etiam cap. 1. dicitur, Quoniam Spiritus Domini repleuit Orbem Terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, & Psalm. 103. sic dicitur, Quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Quamobrem Beatus Augustin. lib. 3. de Trinitate, sic inquit, Nihil fit, neque visibile, nec intelligibile in Mundo, quod non de Aula Summi Imperatoris (scilicet Dei) aut iubeatur, aut permittatur, cuius dictum probatur in cap. nec mirum 26. q. 1. glos. in c. sciscitaris, verb. Diuinitus 7. q. 1. Diuus August. lib. 9. de Ciuitate Dei, sic ait Prouidentia Dei summi, & non fortuita temeritate regitur Mundus, etiam ait Diuus August. lib. 10. de Ciuitate Dei. referens Platonem, sic dixisse, Omnia etiam terrena pertingit Dei prouidentia. Soto etiam in d. loco refert ad hoc Diuum Paul. in Epistol. ad Roman. cap. 13. vbi sic dicit, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordi-
28 nata sunt, † itaquè, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, idquè Soto alijs authoritatibus Diuinæ Scripturæ comprobat, quod etiam tenet Beatus Anto. Florent. 4. part. summæ tit. 10. cap. 3. §. 1. ad finem, & Couarru. cap. 1. pra. cticar. qq. num. 6. Alfonsus Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis cap. 54. de Regibus, & Principibus, nu. 3. vbi & adhoc refert tex. in cap. quid culpatur 23. quæst. 1. & in cap. regum. 23. quæst. 5. Voluntas enim Dei est, vt

Regi homines sint subiecti, & propter ipsum Deum Reges honorificare debemus, & reliqua, ex Beato Petro in Epistol. 1. cap. 2. post medium, & Paul. ad Roman. in d. cap. 13. Hinc dixit Bald. in cap. 1. tit. quis dicatur Dux, vel Mar
29 ch. quòd habentes † Imperiũ regnant prouidentia inscrutabili diuinæ Altitudinis, sequitur Chassan. in prohæm. Consuetud. Burgund. verb. du sainct. empir. in princip. Omnis enim potestas à Deo est, ex diuino Paul. ad Roman. d. cap. 13. & habetur transumptiuè in cap. 1. §. & cùm humanæ, de elect. & in extrauagan. Bonifatij 8. incipiente, vnam Sanctam. ibi, siue te, siue iubente, & in d. cap. quid culpatur 23. quæst. 1. & in cap. quæsitum 23. quæst. 4. cap. nec mirum, vers. nec ideo 26. quæst. 5. cap. audactèr. 8. quæst. 1. cap. 1. & cap. ex merito. 6. quæst. 1. cap. pro humani. de homicid. lib. 6. Vndè in Euangelio Diuini Ioannis. cap. 19. hæc Dominica verba dicuntur, Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper, notat Archidiac. in d. c. pro humani.

Deniquè etiam dicta ex alio, vt meridies manifesta sunt. Quia naturale est homi-
30 ni, † vt sit animal sociale, & polliticum in multitudine viuens, magis quàm omnia animalia, ex Beato Thom. lib. 1. de regim. princip. cap. 1. & 2. Si ergo naturale est homini, quòd in societate multorum viuat, necesse est, in hominibus esse, per quod multitudo regatur, ex eod. Diuo Thom. in d. cap. 1. col. 2. in princ. Quia (vt inibi ait) multis hominibus existentibus, & vnoquoquè id quod est sibi congruum prouidente, multitudo in diuersa dispergeretur: nisi etiam esset aliquis, de eo quod ad bonum multitudinis pertinet, curam habens: sicut & corpus hominis, & cuiuslibet animalis deflueret: nisi esset aliqua vis regitiua communis in corpore, quę ad bonum commune omnium membrorum intenderet Quod ibi Sanctus Thom. ex pluribus confirmat, maximè ex dicto Salomonis dicentis, quòd vbi non est gubernator, dissipabitur Populus. Prouer. cap. 11. vers. vbi non est, cum similibus nunc à nobis traditis num. 3. Quæ & suadentur ex sententia eiusdem Diui Thom. lib. 1. de regim. princip. cap. 2. post medium, dicentis, quòd requi-

ritur quædam vnio in pluribus, adhoc quòd quoquo modo regere possint; quia nec multi nauem in vnam partem traherent, nisi aliquo modo coniuncti. Quia vt inibi asserit ipse Angelicus Doctor † omne naturale regimen ab vno est: & quia in membrorum multitudine vnum est, quod omnia mouet (scilicet) cor, & in partibus animæ vna vis principalitèr possidet, (scilicet) ratio. Quia etiam in apibus vnus est Rex cap. in apibus 7. quæst. 1. l. 2. §. deindè, quia difficilè, vers. nouissimè ff. de orig. iur. cap. solitè. de maior. & obedient. cap. nostris 21. dist. Ex quo in hoc bonum publicum versatur, vt probatur in dictis iuribus, & late per Theodor. in allegat. 10. nu. 18. eum multis sequent. Omnisquè multitudo diribatur ab vno, & in toto vniuerso vnus Deus factor omnium, & rector, ex his quæ diximus in præsenti quæstione num. 1. & 10. Et ita Beatus Thom. concludit in d. loco, quòd necesse est, quòd in humana multitudine optimum sit, quòd per vnum regatur. Quia vt ipse inquit in d. cap. 2. in fine, prouintiæ, vel Ciuitates, quę non reguntur ab vno, dissentionibus laborant, & absquè pace fluctuant: & quòd è contrario Prouintiæ, & Ciuitates, quæ sub vno Rege reguntur, pace gaudent, iustitia florent & affluentia rerum lætantur: & quòd ideo Dominus Deus noster pro magno munere per Prophetas Populo suo promisit, ponere sibi caput vnum, & quòd Princeps vnus erit in medio eorum, vt dixit Dominus per Ezechiel. cap. 37. dū sic dicit, Seruus meus Dauid Rex super eos erit, & pastor vnus erit omnium illorum. Vnde Aristot. lib. 3. Pollithico. col. 11. ait, quòd vnus omnium habebit potestatem. Oportet enim Reipublicæ per vnum Consuli, secundum Philosoph. cap. 12. Methaph. Et Cornelius Tacitus lib. 1. annalium, ait, Non alitèr constare potest ratio Reipublicæ, quàm si vni reda tur, idest, non alitèr regi, aut gubernari potest Respublica, ita vt certum quid statuatur, quod firmum perseueret, si à pluribus administratio exerceatur. Similitèr Aristot. Pollithico. lib. 2. sic ait, Entia nollunt, malè disponi, pluralitas Principum odiosa, vnus ergo Princeps, sequitur (& si corruptè) Iason. in l. licet Imperator. in princip. num. 3. ff.

de leg. 1. tradit plura in proposito Petr. Rebuf. in declaratione arboris feudorum. pag.70.num.26.verſ. duodecima diuiſio. Ioan. Leziri. de primogenitur. lib. 1. quæſt.7. col.2.verſ.tamē hoc vltimum cum ſequent. & col. 4. verſ. nec ſatisfacit, cum ſequent. Did.Caſtel.in l.40.Tau.verb. del hijo mayor.col.2.verſ.vnde Hieronym.Rod. Suar. in l.quoniam in prioribus in 2. dubio Comitatus. Valentiæ. col.19.verſ.& vt refert Iuſtin. & ſequent.C.de inoffic.teſtamen. tradit plura Didac. Septimancen.lib.3.de republica.cap.3. pag.33. & ſequent. Marc. Mantua in Enchirid. rerum ſingularium cap. 11. col.1.& 2.& cap. 289.Grego. Lup. in l. 2. verb.otorgaſſen. col.1.in medio.tit.1. parti.2. Ludo.à Peguera in rep.cap.3 Conſtitutio. Cathalo. verſ. 6. num.83.Ioan. Matienzo in l. 1.gloſ.1.num.9.tit.7.lib.5. recopil. quod prius tenuit Beatus Thom. lib. 1. de regim. princip. cap. 1. 2. & ſequent. plurib.Dominic.à Soto lib.4. de iuſt. & iur. quæſt.4.art. 2. verſ.confirmatur,idem tenet Alexan.ab Alexandro I. Conſultus Neapolitanus cap. 4. dierum Genialium. cap. 23. fol. 239. hiſce verbis, Et tametſi democratiam, hoc eſt, popularem potentiam aliqui præcipuè commendarint, & alij ariſtocratiam, ideſt, optimatium regimen, tamen vnius Imperium pietate,& religione inclitum, ſub quo non grauis dominatus, ſed iuſtum, & legitimum imperium eſſet, omnium conſenſu præfertur cæteris.

Vti eiuſquæ eſt regna per vnum tantum Regem gubernari, docet Pinel. in l. 1. C.de bon.mat. 3.part.nu.16. & 17.

Cum, & inter Poetas ſunt, qui & hoc cenſent, præſertim Lucan. lib. 1. his duobus verſibus.

Nulla fides Regnj ſotijs, omniſquè poteſtas
Impaciens conſortis erit.

Statius lib. 1. Theb. alijs duobus verſibus ſequentibus.

Non bepè cum ſotijs Regna Venuſquè manent
Sotijſquè comes diſcordia regnis.

Cum, & Seneca hoc idem firmauit in tragedia 2. Vnitas enim in Principatu deſideratur, prout etiam in apibus Princeps eſt vnus, & grues vnam ſequuntur, vt in d. cap. in apibus 7. quæſt. 1.

Quarè

Quarè Beatus Paul. ad Epheſi.cap.4. ſic ait, vnum caput, vnus Spiritus, vnus Dominus. Ab ipſaquè natura nullus in dominio, ſeu Regno deſiderat, habere conſortem. cap. quod autem. 33. quæſt. 7. l. 1. in medio. tit. 1. parti. 2. Hinc etiam dixit Beatus Paul. in Epiſtol. 1. ad Corinth. cap. 9. Bonum eſt mihi, magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Virtus enim vnita fortior eſt ipſa diſperſa. ex Philoſopho. quem ſequitur Socc. conſil. 165. col. 7. verſic. hæc concluſio. lib. 2. Qua propter Ieſus Chriſtus Dominus, ac Deus noſter in ſua vnica Eccleſia, & vniuerſali, vnicum tantùm inſtituit Paſtorem, ac eius Vicarium (quod maximum argumentum eſt) dum ſic dixit in perſona Diui Petri. Tu es Petus, & ſuper hanc Petram edificabo Eccleſiam meam. Matth. cap. 16. & Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. 3. part. nu. 16. verſ. ad ſummum autem, & ſequ.

32 Cùm † & monſtruum eſt, vbi ſunt duo capita. cap. non autem. iuncta glo. fin. 7. quæſt. 1. l. non ſunt liberi, vbi gloſ. verb. prodigioſum. ff. de ſta. hom. l. 3. ff. de offic. Præfect. Vigil. cap. ſicut in vnaquaquè 21. quæſt. 2. cap. quoniam. §. 1 verſ. prohibemus de offic. ordin. in verbis, Prohibemus autem omninò, nè vna eademquè Ciuitas ſiuè Dioceſis diuerſos Pontifices habeat, tanquàm vnum corpus, diuerſa capita tanquàm monſtruum. Regna enim, vel Ciuitates

33 quæ non reguntur ab vno † diſſenſionibus laborant, & abſquè pace fluctant: & e contrario, ſi ſub vno rege regantur, pace gaudent, iuſtitia florent, & affluentia rerum lætantur, traditur lib. 7. ſupplement. Chronica. fol. 162. col. 2. & ſimilibus in præſenti quæſtione traditis. nu. 17. & ſequent. Quæ eſſe vera, exempli gratia ad oculum demonſtrantur. Quia in illo tempore antiquiſſimo Natiuitatis, & Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Gentilitas rectius gubernabatur, quàm Synagoga: ex quo Gentilis Populus (cùm adeò copioſus exiſteret,) ab vno tantum capite regebatur nempè, ab vno Imperatore. Populus autem Hæbreus anguſtus, & paruus multa capita, & moderatores habebat, vt conſtat ex ipſo contextu Euangelij Luc. cap. 3. ibi, ſub principibus Sacerdotum Anna, & Caipha, & hoc etiam melius probatur Ioann. 11. verſ. quid autem, & ſequent.

& idem constat Act. Apostol. cap. 4. habetur in lib. intitulato Passio duorum cap. 35. fol. 111. & cap. 43. fol. 133. cap. 48. fol. 153. & cap. 52. fol. 161 Et quòd hoc erat inditium perditionis illius Sanctissimæ Ciuitatis Hierusalem, atquè
34 eius ruinæ † cùm subiecta sit omnis Respublica à varijs capitibus gubernatá, secundum illud Luc. cap. 1. Omne (inquit) regnum in se diuisum desolabitur, quod aduertit Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 105. art. 1. col. 2. post princip. Couarru. in cap. 1. practic. qq. num. 5. Thom. Truxillo in Thesauro concionatorum. lib. 6. sermone Dominicæ 4. in Aduentu Domini pagin. 256. post princip. ad quod ibi refert Beatum Gregor. super Euangelio, in homil. 20. Et statim ait ibi Truxillo, quòd Respublica varijs capitibus constans, non potest rectè gubernari, neque ipsi gubernatores diutius conseruari possunt, prout contingit in illis 30. Senatoribus, qui tyrannicè occupauerunt Rempublicam Attheniensem, & ita perperè eam gubernabantur, vt breui ferè tota fuerit prostrata, & ipsi Gubernatores intra breue tempus fuerint per Transibulum impugnati, & omninò deuicti, atque suis hominibus spoliati, authore Iustino lib. 5. historiæ, & Paulo Orosio discipulo Beati August. lib. 2. suæ historiæ cap. 14. & sequent. Hinc dixit Paris de Puteo de sindicatu, verb. rex autem num.
35 16. fol. paruo. 9. † quòd Reges creati sunt ex necessitate, ex quo omnia indigent capite, & homines faciles sunt ad dissentiendum, & suadetur ex his quæ in præsenti capite diximus, num. 24. & sequent. Neque Ciuitas in sedi-
36 tione † beata esse potest, neque in discordia dominorum domus, ex Marc. Tullio lib. 5. de finibus sequitur Hect. Pinto in Esaiam cap. 19. pag. 189 ante medium. Refertque etiã ibi Hect. Pinto Platonem dicentem in dialogo de Republica. Nihil perniciosius esse in republica, quàm discordiam, nihil vtilius, quàm vnionem, & amicitiam. Similitèr, & Valer. Maximus lib. 7 historiæ cap. 2. §. de Senatu. fol. 170. col. 2. dixit, Rempublicam propter priuatas dissensiones, parum vtilitèr gubernari: quia vbi in Imperio concordia non inest; corruit gubernatio. Ioan. de Neuiza. silua nuptiali. tit. quomodo iudicandum. num. 59. Hect.

Pinto in dialogo iuſtitię cap 6. in fine. Platon in dialogo. 9 de republica, ait, nullam Ciuitatem tyrannidè preſſam, eſſe miſeriorem, nullamquè Rege gubernatam, beatiorem eſſe ſequitur Arias. Pinell. in rubr. C. de reſcind. vend. 1. part. num. 25. ad finem. Ibiquè Pinel. refert etiam Diuum Ambroſium dicentem, quòd boni Principes libertatem amant, improbi verò ſeruitutem. Vnde Carolus 4. Imperator, & Rex Bohæmiæ, in ſua aurea Bulla ædita anno Domini 1356. ad vnionem electorum Imperatoris hiſce verbis incepit, Omne Regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur. Nam Principes eius facti ſunt ſocij furum, ob quòd Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, vt palpent in meridie ſicut in tenebris: & candelabra eorum mouit de loco ſuo, vt ceci ſint, & duces ceco rum, & qui ambulant in tenebris, offendunt: & ceci mente ſcelera perpetrant, quę in diuiſionem contingunt. Dic ſuperbia, quomodo in Lucifero regnaſſes, ſi diuiſionem auxiliatricem non habuiſſes? Dic Satam inuide, quomodo Adam de Paradiſo eieciſſes, niſi eum ab obedientia diuiſiſſes? Dic Luxuria, quomodo Troyam deſtruxiſſes, niſi Helenam à viro ſuo diuiſiſſes? Dic ira, quomodo Romanam Rempublicam deſtruxiſſes, niſi in diuiſione Pompeyum, & Iulium ſeuientibus gladijs ad inteſtina pręlia concitaſſes? Tu quidem inuidia, Chriſtianum Imperiũ à Deo Fide, Spe, & Charitate, virtutibus Theologicis roboratum cuius fundamentum ſuper Chriſtianiſſimo Regno fæliliciter ſtabilitur, antiquo veneno quod velut ſerpens in palmites Imperiales, & membra eius propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, vt concuſis columnis totum edificium ruinæ ſubijceres: diuiſionem inter ſeptem Electores Sacri Imperij, per quos (velut ſeptem candelabra lucentia Sacrum illuminari debet Impe rium, multoties poſuiſti. Sane cùm ex officio quo Cæſarea dignitate potimur, futuris diuiſionum, & diſſenſionum periculis inter electores ipſos, de quorum numero (vt Rex Bohæmiæ) eſſe dignoſcimur, duplici ratione, tàm ex Imperio, quàm electionis iure, quo fungimur, occurrere teneamur, infraſcriptas leges ad vnitatem inter electores fouendam, & electionem v-

nanimem inducendam, ac deteſtandæ diuiſioni prædi-ctæ varijſquè periculis ex ea ſequentibus aditum præcludendum, quæ verba referuntur in d. Bulla aurea Imperatoris Caroli 4. quam ad literam ponit Cuiatius lib. 5. de feudis pag. 237. & ſequentibus pluribus. Et vt materia noſtra clarior efficiatur, allegamus in noſtro propoſito teſtimonium hoc ſacræ ſcripturæ, legiturquè in Diuina ſcri-
37 ptura, † quòd cùm Iodean filius Ioas, Dux Populi Iſraelitici fuit mortuus, abijt Abimalech filius minimus Ieroboal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & ad eos, ad omnemquè cognationem Patris, & Matris ſuæ ſic fuit loquutus; Loquimini ad omnes viros Sichem, quid vobis eſt melius, vt dominetur veſtri, ſeptuaginta viri omnes filij Ieroboal, an dominetur vobis vnus vir? Ipſi enim in vnum congregati cum vniuerſis familijs Vrbis Mello, ipſummet Abimelech tantùm in Principem eligerunt; etſi ipſe ſecretè conduxerit ſibi viros inopes, & facinoroſos, qui eum ſequuti ſunt, & venerunt in domum Patris ſui in Ephram, & occidit omnes ſeptuaginta fratres ſuos, vt plenius hæc habentur Iudicum cap. 8. in fine, & cap. 9. Et plura ſingularia de ſeditionibus Regnorum, & Ciuitatum refert Orati. agens de bello Troyano, & Greco. lib. 1. Epiſtolarum, in epiſtol. 5. quam miſit ad Lolium Romanum, incipienti. Troya in belli ſcriptorem, & Saluſtius in coniuratione Catilinæ, in princip. fol. 20. cum ſequentibus, & præcedentibus.

Nequè ſupra dictis obſtat, ſi dicatur, melius eſſe regi-
38 men polliticum † quam Regale: & ſic polliticum præponi regimento Regis. Illud enim in ſe verum eſt, ſi tale dominium referamus ad integrum ſtatum humanæ naturæ, qui ſtatus innocentiæ appellatur, in quo non fuiſſet Regale regimen neceſſarium ſed polliticum, eo quòd tunc non fuiſſet dominium, quod ſeruitutem haberet; l. ex hoc iure. l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iur.) ſed præheminentiam, & ſubiectionem in diſponendo, & gubernando multitudinem, ſecundum merita cuiuſcunquè. Vnde apud ſapientes, & homines virtuoſos, vt fuerunt antiqui Romani (de quibus dicit Beatus Auguſt. de Ciuitate Dei, quòd inter omnes Reges, &

39 Principes Mundi † Romani magis fuerunt solliciti de bona gubernatione, quia Dominus Deus noster illis inspirauit, ad benè regendum, & quòd ideò dignè meruerunt Imperium, & dominium totius Orbis. Sequitur Sanctus Thom. lib. 3. de regim. princ. cap. 4. in princ. Et licet ibi B. Thom. non referat locum Diu. Augustini, hoc tamen ipse dixit lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 12. col. 1. & lib. 3. eiusdem operis cap. 18. col. 1. Domin. Soto lib. 4. de iust. & iur. quæst. 4. articul. 2. col. 4. vers. ex istis autem, & Ioan. de Neuiza in sua silua. tit. quomodo iudicandum in dubio, nu. 74 col. 4. illius num. vers. & etiam, & lat hoc constat ex Salustio in coniuratione Catilinæ, in princ. fol. 3. & melius probatur lib. 1. Machabeo. cap. 8. Et quia etiam Romani optimas leges sanxerunt. Secundum Diuum Thom. lib. 3. de regim. princ. c. 5. Domin. Soto in d. quæst.

40 4. art. 2. col. 4. Romani † pleni singularique pietate beneuolentia, ac iustitia fueruntque vt ex pluribus docet Sanctus Thom. & Domin. Soto in prædictis locis, quòd prius dixit Titul. lib. 1. suæ historiæ dicens, quòd Romani Imperium suum propter clementiam, & misericordiã propagauerunt, probatur in d. cap. 8. & 14. lib. 1. Machabeo. Thom. Truxillo in thesauro conciouatorum lib. 6. in sermone Dominicæ. 21. post Pentecostem pag. 1827. Ipsique Romani inter omnes

41 nationes † consequenti sunt magnam gloriam, causa perpetuæ memoriæ conseruandæ d. lib. 1. Machabeo. cap. 8. & Hect. Pinto in dialogo iustitiæ cap. 2. in fine fol. 211. col. 2. Similiter Romani olim pugnabant pro gloria acquirenda, pro libertate consequenda, & pro Republica cõseruanda, & tunc semper vincebant, sed postquàm se ad auaritiam extenderuut, semper victi fuerunt, notat Iacob. de Voragine in sermo. 1. Dominicæ 21. post festum Trinitatis col. 1. in fine. Romanorum quidem Imperium omnia regna sibi ferro armo

42 rum subiecit † quorum monarchia incepit à Iulio Cæsare, qui prius sibi vsurpauit Imperium, sed perfecta est sub Octauiano Augusto, sub quo natus est Christus Dominus, ac Deus noster, refert Beatus Antou. Florent. 4. par. summæ tit. 13. cap. 4. §. 1. col. 2. post medium.) Secundum

imitationem, talis naturæ
42 † regimen politicum melius fuit. At verò postquã malitia hominum creuit, & repleta est terra malitijs hominum, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum, & peruersi difficillime corriguntur omni tempore, & omnis quippe caro corruperat viam suam super terram, & stultorum infinitus est numerus (vt dicitur per Moysem in cap. 6. Genesis, & idem habetur Ecclesiastes. cap. 1. in fine.) tunc in tali na
43 tura corrupta † regimen regale est fructuosius: quia oportet ipsam naturam humanam sic dispositam, quasi ad sui fluxum limitibus refrenare, hoc autem facit regale fastigium. (Quia vt habetur Prouerb. cap. 20. Rex qui sedet in solio iuditij, dissipat omne malum intuitu suo.
Deus Optimus Max. ideò Re
44 ges constituit, † vt faciant iudiciuum, & iustitiam. lib. 3. Reg. cap. 10. & faciunt quæ in præsenti quæstione diximus num. 24. vers. idcò enim regna, quod etiam expressè tenet Andr. de Isern. in peregrina super 1. part. constitut. Neapol. tit. de cultu pacis nu. 1. & 2. fol. 14. colum. 3. & 4. Matth. de Afflict. dec. 265. quoniam num. 79. in fine. Rex quidem semper habet prouidentiam iustitiæ. Deutero. cap. 17. notat Ioseph. lib. 4. de antiq. Iudai. cap. 6. col. 5. vers. si autem fuerit. Optimus enim Ciuitas status consistit in rege iusto. Seneca de beneficijs. lib. 2. Did. Septiman. lib. 3. de republi. cap. 2. in fine pag. 32. & suadetur ex his quæ annotauimus in 3. part. harum. qq. de Monarchia Regum q. 1. num. 53. & sequentibus pluribus. Manus enim regia destruit inimicos & delinquẽtes, ex Diuo Paul. ad Roman. cap. 13. cap. Rex debet 23. quæst. 5. Vt ita à grauioribus malis deterreantur atque compescant. cap. qui peccat. in fine. 23. quæst. 4. tradit plura Anto. Corset. de potestate regia. 3. part. quæst. 32. num. 59. Petri Rebuf. in concordata tit. de regia ad prælaturas nominatione facienda. pag. 126. Vnde ait notanter Aristot. lib. 5. Pollithico. cap. 10. in princ. hæc verba; Regia potestas pro tutela præstantium virorum, contra populum reperta est. Beatus Isidor. lib. 3. de summo bono. cap. 47. sic ait, Principes, Regesque electi sunt, vt terrore suo populos à malo coercerent, atq; ad rectè

viuen-

viuendū legibus suaderent.) & prædictam distinctionem,
45 † & resolutionem (etsi non in confirmatam) ponit singulariter in nostris terminis Diuus ille Thom. lib. 2. de regimin. princ. cap. 9. in medio (hoc suadens alijs authoritatibus Diuinæ scripturæ,) & idem Angelicus Doctor. 1. 2. quæst. 105. art. 1. col. 2. in medio. Domin. Soto lib. 4. de iust. & iur. quæst. 4. art. 2. col. 2. vers. secundo arguitur. Ioa. Boem. de moribus omnium gentium in præfact. pag. 7. facit quod tradit Lup. in. l. 7. verb. Ouiessen. tit. 1. parti. 2. & Couarru. cap. 1. pract. qq. num. 5. vers. quinta conclusio in fine. Quid enim sunt iam
46 regna † remota iustitia? nisi magna latrocinia? secundum Diuum August. lib. 4. de Ciuitate Dei. cap. 4. Diuus Tho. lib. 3. de regim. princ, cap. 5. Chass. Consuetud. Burgund. rubr. 1. in princ. nu. 11. Hyppol. de Marsil. in rubr. de fideiuss. in fine. Ioan. de Neuiza. in silua. tit. quomodo iudicandum in dubio. num. 77. Beatus Anton. Florent. 4. par. summæ. tit. 5. cap. 3. §. 5. col. 1 in medio, & cap. 4 col. 1. vers. & hæc Did. Septiman. lib. 3. de republ. cap. 9. in fine. pag. 42. Arias Pinel. in rubr. C. de rescind. vend. 1. par. num. 25. ad finem, Iacob. Veldia. in Paraphrastica enarratione Euangeliorum in sermo. feriæ. 3. Hædomadæ. 3. Quadragesimæ pag. 130. & Ioan. Acosta de guberno rectoris 1. tracta. in 7. dialogo iustitiæ. fol. 69. col. 1. Sine Rege, vel iusti-
47 tia, † ac lege regna gubernari non possunt Plutarc. in moralibus tit. de doctrina principis, quod etiam tenet Sanctus Thom. lib. 2. de regimine principis cap. 9. Et ex hac causa Sanctus Thom. in d. c. 9. post medium, sic ait, Virga ergo disciplinæ quàm quilibet timet, & rigor iustitiæ, sunt necessaria, in gubernatione Mundi, quia per ea populus, & indocta multitudo melius regitur: & quòd ideò quantum adhoc excellit Regale dominium regimento pollitico, quod etiam tenet Beatus Anto. Florent. 4. part. summæ tit. 5. cap. 3. § 1. col. 1. & 2. Pluraquè refert in fauorem regiminis regalis, & contra populare regimen Ioan. Bodinus in republicis, lib. 6. cap. 4.

Ex quibus Lucæ clarius constat quàm vtile, & neces-
48 sarium sit † regna gubernari per vnum Regem perpetuum gubernatorem, & non guber

natione libera, & pollitica Consulum annalium, vel alio rum Officialium temporaliũ.

Præterea nec aduersus Superiora refragatur, si dicatur, quòd immò prætensio eorũ,
49 † qui reges excludere volunt sit admittenda, & quòd dicere contrarium, est contra tex. diuinæ scripturæ lib. 1. Reg. cap. 12. vbi hæc formalia verba Prophetæ Samuelis referuntur, quæ ipse dixerat hominibus Israeliticis, tempore quo à Domino Deo nostro petierunt, Regem sibi dari. Scietis (inquit,) & videbitis, quia grande feceritis vobis malum in conspectu Domini, petẽtes super vos Regẽ. Quia respondetur ex sequen.

Primò secundum Nicol. de Lyra in cap. 8. eod. lib. 1. Reg. verb. vadat vnusquisquè, vbi notanter ait, quòd licet in d. cap. 12. lib. 1. Reg. dicta verba referantur, quòd tamen
50 † cum regnum gubernari per reges, sit optima pollitia cæteræ gentes à filijs Israel petendo, vel constituendo super se regem, non peccauerunt, sed magis bonũ egerũt: filij aũt Israel hoc faciẽdo peccauerũt, vt cõstat ex verbis Samuelis de quibus fit mentio in d. cap. 12. lib. 1. Reg. Cuius diuersitatis ratio est secundũ eundem Nicol. de Lyra in d.
51 loco. Quia † Deus Opt. Max. Populum Israel elegit sibi specialem, & peculiarem præ ceteris populis. Secundum, quod dicitur Deutero. cap. 7. Te (inquit) elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, idem dicitur Psal. 2. & habetur apud Zachar. Prophetam cap. 2. ibi, Ecce ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus Solis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Hierusalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate, & in iustitia. Et Hieremias Propheta cap. 31. sic ait, ero Deus vniuersis cogitationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. Et iterum ibi, Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Quæ verba passim repeririuntur in Diuina Scriptura. Vnde Diuus Paul. in epistol. 2. ad Corinth. cap. 6. in fine. hæc verba Domini refert, Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Deus, quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorũ Deus, & ipsi erũt mihi populus. Et iterum ibi, & ero vobis

in

in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias dicit Dominus omnipotens. Et in Psal. 46. sic dicitur, elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob, quam dilegit. Quare
52 Dominus Deus noster † voluit esse Rex immediatus illius sui populi, propter quod Dominus etiam dedit ei legem in Monte Sinay per se ipsum, idest per Angelum in persona illius loquentem, & non per hominem mediatorem, propter quod voluit homines gubernatores illius populi ab ipso immediatè institui, tanquàm eius Vicarij essent, & non Reges, vel Domini, vt patet in Moyse, & Iosue, & de Iudicibus sequentibus (qui gubernauerunt Regnum Dei per spatium. 366. annorum. secundum vnam opinionem, & secundum aliam, eorum gubernatio durauit. 436. annos. Quod constat à sua computatione, quæ est hæc. Nam Moyses qui fuit primus Dux, & Iudex Populi Israelitici (Exod. cap. 3.) incepit esse Dux, & Iudex ipsius Populi Dei eius mandato pro pe annum Creationis Mundi. 3594. traditur lib. 3. supplement. chronic. fol. 31. col. 2. & sequent. Et Sanson, qui fuit vltimus Iudex dicti Populi Israelitici. (Iudicum cap. 14. & sequent.) mortuus fuit anno Creationis Mundi. 4058. habetur eod. lib. 3. supplemen. chronica. fol. 66. col. 1. & sequent. De his enim Iudicibus sic dicitur lib. Iudicum. cap. 2. Suscitauitquè Dominus Iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus, refert Beatus Thom. 1. 2. q. 105. art. 1. col. 3. in princ. & Sanctus Anton. Floren. 4. par. summæ. tit. 5. cap. 4. §. 4. colu. fin. in fine, & multa alia refert in proposito Hieronym. Roman. in republicis. lib. 2. de republica Hæbrea. cap. 1. fol.
53 42. Iudei enim † suis Iudicibus fuerunt priuati, cùm Romani Imperium terrarum obtinuerunt, quibus ipsi Romani imponebant Reges, & Gubernatores. Esaiæ. cap. 3. vbi expressè notat Hect. Pinto. pag. 56. in medio, & probatur lib. 1. Machab c. 8. 14 & c. 15. Propter quod filij Israel
54 fecerunt † contra ordinationem Domini, petendo super se Regem hominem mortalem, cùm Dominus hoc sibi retinuisset, & ad bonum populi, quia semper gubernauit eos, & optimè, & protexit eos, quandiù fuerunt boni subditi, & semper sic fecisset, si populus ille in bona subiectio-

ne ſub Domino Deo noſtro extitiſſet, & eum ſuum Regem non reprobaſſent, prout reprobauerunt. legitur lib. 1. Reg. cap. 8. Quod conſtat Eſaiæ. cap. 1. in princ. vbi ipſe Propheta contra Iudeos. ſic exclamat, Audite Cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus loquutus eſt, filios enutriui, ipſi autem ſpreuerunt me: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus Pręſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellegit, & reliqua, probatur optimè Ioan. cap. 1. & in pluribus alijs locis Diuinæ ſcripturæ hoc idē traditur. Vnde Dominus per Hieremiam contra ſuum populum Iſraeliticum ſic inſurgit. cap. 2. Sanctus Iſrael Domino, primitiæ frugum eius, omnes qui deuorant eum, delinqunt, mala venient ſuper eo, dicit Dominus. Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael. hæc dicit Dominus, Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatē, & vani facti ſunt. Et non dixerunt, vbi eſt Dominus, qui aſcendere nos fecit de Terra Ægypti, & reliqua. Et iterum ibi, & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me, & Prophetæ propehetauerunt, in Baal, & Idola ſequuti ſunt. Propterea adhuc iuditio contendant vobiſcum, ait Dominus; & cum filijs veſtris diſceptabo. Tranſite ad Inſulas Cethim, & videte, & in Cædar mittite, & conſiderate vehementèr, & videte, ſi factum eſt huiuſcemodi. Si mutauit Gens Deos ſuos, & certè ipſi non ſunt Dij, populus verò meus mutauit gloriam ſuam in Idolum. Obtupeſcite Cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me derelinquerunt fontem aquæ viuæ, & reliqua Et iterum ibi, Nunquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deū tuum, eo tempore quo ducebat te per viam? Et ibi, Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum, & amarum eſt, reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te: & reliqua, quod & habetur in pluribus alijs capitulis ipſius Prophetæ. Et vltra Nicol. de Lyra eandem interpretationem tradit Ioſeph. lib. 6. de atiqu.

Iudaic.cap.4.col.fin.verſ. Samuel autem, & Carol. Sigonius in hiſtoria ſacra. lib. 1. pag. 142. Et quia ipſi Iudei noluerunt Dominum in ſuũ verum Regem cognoſcere,
55 † euerſum eſt Regnum Iudeorum, & ſublatum eſt ex Iudeis, & modo non habent regnum, refert Beda in epiſtol.ad Roman. fol. 14. col.2. & probatur Oſe.2. c.3.& 19. Vltimuſquè Rex eorum fuit Agripp.vt referunt idem Beda, & Euſeb. quos ſequitur Gerard. de Mercatore in demonſtratione temporum.pagin. 148. Hic enim Agrippa tempore ſuæ mortis, cùm eſſet in gratia Romanorum, in ſuo teſtamento eis reliquit regnum ſuum,traditur lib.8. ſupplemen.chronica.fol.201 col.1. & nos etiam circa hoc aliqua dicemus in ſequenti quæſtione huius commentarij. 5.part. num.68. & num. 69. verſ. quid plura, & poſt generalem deſtructionem, prope finem. Incepitquè hic Rex Agrippa regnare in Iudea, & Ieruſalem anno Creationis Mundi. 5249. & anno Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. 50. & tantum regnauit.25.annos,habetur lib. 8. ſupplement. chronica. fol. 182. Et ita conſtat, ſecundum prædictam computationem, quod ab anno Salutis noſtræ. 75. Iudei non habent Regem vt ex ſupradictis conſtat.Cô-
56 tra † huiuſmodi perfidos Iudeos plura refert videnda Ioan. Liecchtenbergers in lib.pronoſticorum.Vbi inter alia in hoc propoſito contra huiuſmodi Iudeos ſic inſurgit. Et extirpabitur radix Saturnina ex Alemania, dabitiſquè fugam,vt profugi ad trãſmarina, effudit Dominus miſericordias ſuas copiosè ſupra vos miſeros poſt placationem: ſed aiſtis, hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius & appræhenſum eum occidiſtis (habetur Luc.c.20.) propterea diſperdit Dominus vos obduratos in vniuerſum Mundum: & iam non habetis. Prophetas, Regem, Sacerdotes, altare, neque ſacrificium,neque vnctionem: ſed eſtis contemptibiles toti Mundo, & in deſolatione perpetua (Et vltra eum ſatis ſupradicta probantur Eſaiæ, cap. 1. & multis ſequentibus, & in Pſalm.77. 105. 135. & 144.) Contra quos ſic inſurgit etiam Daniel. cap. 9. Vſquè ad conſumationem (inquit) tribus ſceleribus Iſrael conuertam vel transferam,&

ſupra

ſupra quartum non conuertam eos, qui vendiderunt iuſtum pro argenteo, & reliqua multa habentur in d. cap. 27. de inuidis Iudeis. Suntquè Iu
57 dei † extra nos cap. infideles. 23. quæſt. 4. cap. diſplicet. in fine. ead. cau. & quæſtio. Et quia qui extra nos ſunt nobiſcum communicare non poſſunt. cap. illi qui in fine. 6. q. 1 notat Did. Septiman. lib. inſtitutio. Cathol. tit. 24. de Eccleſia. num. 41. & 42. & tit. 46. de pœnis. num. 65. Quarè iuſtiſſimè Reges noſtri Catholici Iudeos repellerunt ab his ſuis regnis.

Secundò reſpondetur vl-
58 tra iam dicta † Deum non ſolum fuiſſe iratum contra Iſraelitas Regem efflagitantes, ſed fuit etiam reprobatum Iſraelitarum conſilium, de Rege à Domino poſtulando, quòd Regem non vt rectè moderaretur rempublicam, peterent, aut ab eo iuſtitia in ſubditos optimè exerceretur. Sed vt ipſi prætextu Regiæ gubernationis protegerentur, vt in omnia vitia, & Idolatriam, vindictamque inimicorum prout ipſis liberet, prolaberentur. Hoc enim expræſſè colligitur ex verbis ſacræ ſcripturæ (ſi rectè conſiderentur) lib. 1. Reg. cap. 9. & in d. c. 12. eod. lib. & apud Diuum Ioannem c. 11. verſ. collegerunt, & idem conſtat Eſaiæ cap. 56. in fine, ibi, Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſquè ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum, quod & ſuadetur ex tradendis in quæſtione ſequenti huius commentarij. num. 17. verſ. præterea. Itaquè Deus Opt. Max. iure optimo de ipſis conquęrebatur (vt conſtat in dictis authoritatibus, & Pſalmis Diuinæ ſcripturæ) non ſolum quod Regem vellent eligere, ſed etiam quod omiſſa reipublicæ vtilitate, ad ſua tantum, & priuata commoda aſpirabant: cùm publica vtilitas, non ſit priuata: propriũ & præceptum munus iuſtitiæ, quod ſemper præoculis debent habere rerum publicarum gubernatores, vt omiſſa ſemper propria vtilitate, poſthabitoquè priuatorum commodo, vniuerſorum Ciuium vtilitas præferatur, habetur Ezechiel. cap. 34. Hieremiæ cap. 23. in princ. & alibi ſæpè. Melius enim eſt, vt vnus (nempè gubernator,) quàm omnes pereat, ex Diuo Bernardo, & habetur Ioan. cap. 11. propè finem, & cap. 18. poſt princ. Prędictum

què intellectum ponit Beatus Gregor. lib. 4. expositionum. cap. 1. lib. 4. Reg. colu. fin. ante finem. fol. 267. & Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 105. art. 1. colum. 3. prope finem. Hect. Pinto (plura in proposito conierens) in cap. 3. Esaiæ pagin. 38. in fine, & in dialogo iustitiæ cap. 8. fol. 157. col. 1. & 2.

Et cum his hæc nostra prima quæstio finem adinuenit, ad laudem, & gloriam Domini nostri Iesu Christi, eiusquè præclarissimæ Deiparæ Virginis Mariæ, omnium aduocatæ Gloriosissimæ, ac totius Curiæ Cælestis.

SVMMARIVM PRIMAE PARTIS

Huius Quæstionis Secundæ.

1 *Regem eligere non possint Magnates nec populi regni, quando adest consanguineus sanguinis Regij, qui regnum prætendit: etsi sit in Millesimo gradu, & sequen. plurib. & nu. 26. & 27.*

2 *Regni in successione succeditur iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis, & non per electionem, & multis sequentibus.*

3 *Regnorum successio quo iure fuerit adinuenta, & sequen.*

4 *Iurisdictio actiua nulla in populis remansit, postquàm populi in regem suam potestatem trãstulerunt.*

5 *Potestas à populis in regem translata, videtur per Christum Iesum tolerata, & seq.*

6 *Imperatoris Augusti Cæsaris edictum de vniuerso Orbe describendo, fuit factum Tarrochonæ Hispaniæ Ciuitatis 16. anno Imperij ipsius Cæsaris.*

7 *Potestatem à populis in primis regibus translatis, non possunt ipsi populi reuocare, etiam vacante regno, & sibi auocare.*

8 *Populorum, ac Magnatum assistentia in assumptione Regis, solum est ratione ei præstandi obedientiam.*

9 *Primogenitus solum succedit in regno paterno. Nec fratribus debet dare legitimam in bonis Regni. num. 10.*

11 *Regnum est indiuisibile, & sequent.*

12 *Regis primogenito durante vi-*

ta eius præstatur homagium, ac iuramentum fidelitatis, & à quo tempore hoc fuerit vsitatum, inibi: Et quid in filijs Imperatorum. nu.14.

13 *Reges possunt facere, quòd sui primogeniti quoad nomen Reges constituantur.*

15 *Homagium fidelitatis ligat futuros Ciues, & Regnicolas.*

16 *Rex vltimus durante eius vita potest renunciare Regnum in fauorem sui primogeniti, seu sequentis successoris.*

17 *Regis primogenitus durante vita patris Regis, dicitur Rex.*

18 *Rex vltimus qui filios non habet, an possit aliquem in filium adoptare, vt ei succedat in Regno.*

19 *Regi vltimo decedenti sine filijs, succedit cōsanguineus proximior, siue sit masculus, siue fœmina, & sequentibus pluribus. Etiam si talis consanguineus sanguinis Regij sit in Millesimo gradu. num. 22. Et Papa dispensat cum consanguineo Regis Monacho, & Sacerdote, si alij consanguinei vltimi Regis non extarent, vt contrahat matrimonium, & in Regno succedat. nu.24. & 25.*

20 *Regnum est verum primogenium, & in eo seruatur ordo successionis maioratus.*

21 *Maioratu succedunt omnes consanguinei tàm fundatorum, quàm vocatorum ad eius successionem.*

23 *Feudorum Illustrium in successione succeditur in infinitum.*

27 *Regnum tunc nominat Regem, quando nullus consanguineus de sanguine Regio reperitur.*

Quæ

QVAESTIO II.

Vtrum Magnates, & Populi Regni, poſſint ſibi Regem eligere, ſtante aliquo conſanguineo ſanguinis Regij, qui tale Regnum prætendat.

DIVISIO HVIVS SECVNDAE QVAESTIONIS.

POſtquàm in præcedenti Quæſtione reſoluimus, Magnates populoſquè Regni minimè poſſe prętendere ſe in futurum liberos eſſe, & non ſubiectos. Operepręțium etiam duximus, in dubium proponere? An ipſi poſſint tunc, ſibi Regem eligere, quē ipſi velint, mortuo vltimo Rege ſine filijs, vel deſcendentibus. An verò proximior conſanguineus de eodem ſanguine Regio admittatur ad dicti regni ſucceſſionem, & reſolutiuè dicimus, quòd Magnates nec populi regnorum nullum ius habent, eligendi regem: ſiuè vltimus Rex decedat cum filijs, vel deſcendentibus, vel ſine eis: ſed ordine geniture & maioriæ ſuccedet primogenitus maſculus vltimi regis, & deficiente maſculo, ſuccedet fœmina, & ſui deſcendentes in infinitum: & non extantibus deſcendentibus, ſuccedet in regno proximior cō ſanguineus maſculus, vel fœmina, & ſui deſcendentes in perpetuum, & ſi ſint in milleſimo gradu. Quod manifeſtiſſimè conſtabit, ex ſequētibus?

Et, vt materia deciſionis huius quæſtionis clarior efficiatur, & ne longiorem tractatum contineat, operepræțium duxi materiam eius in ſequētes partes diuidere?

In prima enim parte adducemus fundamenta, & rationes, quæ faciunt pro prædicta noſtra ſententia, ſcilicet quòd in regnis ſuccedatur iure ſanguinis, & perpetuæ conſuetudinis, & non per electionēm.

In ſecunda verò parte, prędictam noſtram ſententiā exēplis ſucceſſionum plurimorū regnorum Chriſtianorum in particulari ſuadebimus.

In Tertia parte ſimiliter exemplis probauimus, quòd in omnibus regnis, & potentatibus Italiæ ſemper ſucceſſum fuit iure ſanguinis, & nō per electionem.

In Quarta, alia quàmplurima exempla similium successionum regnorum infidelium describemus, easquè iure sanguinis delatas fuisse, & nō per electionē, ostēdemus?

In Quinta parte etiam regni Israel Hierusalem, & Iuda infinitas similes successiones in medium enarrabimus tàm ante Aduentum Domini Nostri Iesu Christi, quàm post eius Sanctissimam Natiuitatem, & Resurrectionem?

In Sexta, resolutionem præsentis quæstionis calamo nostro breuiter scribemus, & de dominio temporali, ac morte, quàmplurimorum regum aliqua deducemus pro animę consolatione?

In Septima parte videndū erit, an aliquando in imperio successum fuerit iure sanguinis, & non per electionem?

In Octaua etiam parte, nonnulla Regna, & Monarchias in particulari assignauimus, in quibus non iure sanguinis, sed electionis successum fuit.


In Nona parte, ex prædicta consuetudine generali ferè totius Orbis (quòd in regnis succedatur iure sanguinis perpetuæquè consuetudinis, & non per electionem) ex ea ad plurima inferemus, quę in practica notabilia sunt?

In Decima verò parte ostēdemus, dictam consuetudinē generalem Orbis, succedendi in regnis per successionem iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis, & non per electionem, consonam esse omni iuri, & rationi, laudabilemquè, & approbatam esse per Summos Pontifices. Ex eaquè ad alia singuraria inferemus?

In Vndecima ostendemus, quando Magnates, & Populi regnorum (in quibus fuit iure sanguinis successum) eligere possint regem.

PRIMA PARS

HVIVS QVAESTIONIS SECVNDAE.



AD Primam igitur partem accedentes, dicimus, quòd Magnates, & populi regni non possunt sibi Regem eligere, stante aliquo consanguineo sanguinis Regij, qui tale regnum prætendat, & si

sit in millesimo gradu, ex sequentibus.

2 Primo, quia † regulariter in regnis succeditur iure sanguinis, perpetuæquè consuetudinis, & non per electionē, tenet in terminis Bart. in l. etiam C. de mune. patrimo. lib. 11. copiosè Ioan. Leziri. de primogenit. lib. 2. quæst. 14. Boeri. consi. 10. viso. nu. 16. Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis. cap. 54. de regibus, & principibus. num. 11. pagi. 706. & sequen. Ludouic. Velazquez de Auendaño in l. 40. Tau. glo. 2. num. 10. vbi ex Præpos. & alijs tenet, quòd genus humanum sibi rectè consuluit, in regibus constituēdis per successionē omissa electione, quod probat optimus tex. in l. 7. in fine. & in l. 8. in princip. tit. 1. parti. 2. & l. 2. tit. 15. ead. parti. Nam li-

3. cet à principio † regnorum successio fuerit adinuenta de iure Naturali, vel Gentium, secundum quod populis ius eligendi regem competebat, (vt ex pluribus docet Couarru. in cap. 1. practicā. qq. num. 2. in fine, & num. 3.) tamen istud ius fuit trāslatum cum omnimoda iurisdictione in primis regibus; statim quòd primi reges fuerūt electi; & ipsum regnum acquisierunt ab ipsis populis ex tacito, vel expresso eorum consensu. l. 1. ff. de constitu. princip. cum similibus traditis in quæstio. præceden. nu. 4. cum plurib. sequentib. & num. 26. post Alphonsum Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis cap. 54. de regibus, & principibus. num. 1. In tantū,

4 † quòd nulla iurisdictio actiua in populis remansit, nec creare possunt Iudices ordinarios ad eam exercendam: quia tota Ciuilis potestas penes ipsum regem existit. Sicut notat in populis non liberis de iure communi. Innoc. & Docto. in cap. cùm accessissent. de constit. Feli. in rub. de appella. num. 4. dicit communem Ioan. Matienzo in l. 1. glo. 21. num. 11. & sequentib. tit. 15. lib. 5. recopil ad quod inibi refert plures. leges regias. Si enim in populis nulla iurisdictio actiua remansit, nec potestas iudices, & magistratus creandi (quod est minus) igitur nec potestas eligendi reges, quod est magis. ex regul. cui licet. de regul. iu. in 6. authen. multò magis C. de Sac. Sanct. Eccel. cū similibus. Hæc enim † po-

5 testas, quę fuit translata in regem videtur quodammodo

permissa, seu tolerata per Iesũ Christum Dominum nostrũ in testamento nouo, dùm dixit, Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Matth. cap. 22. Marc. ca. 12. Luc. cap. 20. in medio, & habetur transumptiuè in ca. militare 23. quæst. 1. c. quid culpatur. in medio. ead. cau. & quæstio. cap. conuenior. versi. scriptum est 23. quæst. 8. quod in terminis refert Oldrad. consil. 69. col. 2. Bal. in l. benè Azenone. in fine. C. de quadrie. præscript. post Beatum Ambrosi. lib. sermonum. cap. 7. Pet. Belluga in speculo principum. rub. 14. §. veniamus. n. 13. & sequent. author cronicæ generalis ętatum Mundi. 6. ætate fol. 183 col. 1. Thom. Truxillo lib. 6. sermonum. sermo. 22. Dominicæ post Penthecostem pag. 185. & sequentib. Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ religionis. cap. 55. de imperatore, & eius authoritate. num. 2. pag. 737. Similiter, & videtur permissa, siue tolerata certò quodammodo à Christo Iesu Monarchia regalis, & imperialis, qui promulgato Cæsaris ædicto, vt vniuersus scriberetur Orbis in Bethleem Ciuitatem Matris suæ Sanctissimæ Virginis in vtero clausus properauit vna cum Matre Sanctissima ipsius Cæsaris ædictum agnouit, habetur. Luc. cap. 2. traditur in chronica generali ætatum Mundi. in. 6. ætate. fo. 183. col. 1. hoc idẽ refert Frederic. Schenck. in interpætationibus feudorũ. ca. 1 § de feud. March. num. 1. pagin. 3. vers. verùm, & sequentib. Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis. cap. 56. de imperio, & de translatione imperij ad Germanos. num. 8. pag. 749. (Nec ab re erit, hic obi-
6 tèr aduertere † illud Cæsaris Augusti ædictum de vniuerso Orbe describendo, factum fuisse Tarrachonæ Hispaniæ Ciuitatis anno. 16. sui imperij, licet effectus prædicti ædicti, & eius promulgatio non fuerit executioni demandata, vsquè ad. 42. annum, & ita ante Christi nostri Natiuitatem. 26. annos: cùm per hoc tempus causa, & edicti illius occasione plures Ciuitates, & plurima oppida tàm Galliæ quàm Germanię conspirauere, ad quos pacandos Tiberius, & Drusius duo fortissimi milites missi fuerunt, qui re prosperè peracta, eo tempore quo pax in vniuerso Orbe fulgebat, natus est ipsius

pacis Author, & Mundi Redemptor anno. 42. cuius rei Authores sunt Paul. Offi. lib. 6. suæ historiæ. Episcopus Gerundensis li. 10. Paralipomenon rerum Hispaniæ. sequitur Anto. de Quesada. ca. 17. diuersarum quæstionum. nu. 15. causam verò huius ædicti miraculosam fuisse, constat ex Platina in prohæmio libri de vita Christi, ac Pontificum omnium. col. 1. in fine. per hæc verba, id quoquè mandauit, vt in Orbe Romano omnium hominum capita censu notarentur, ac si maiori principi rationem gubernati imperij aliquando redditurus esset.) Ex quibus dici potest, quòd hæc trãslatio facta fuit à populo in regem Dei voluntate, vt considerat Maranta in speculo. 3. part. num. 25. post princip. Cuius dictum suadetur ex copiosè à nobis traditis in quæst. præcedenti huius commentarij. num. 21. & sequentib. Quia, vt ibi copiosè diximus, iurisdictio regum, & eorum regna dicuntur procedere à Diuina Maiestate. Nec subditi
7 regno seu imperio † possent reuocare huiusmodi potestatem, quam in regem transtulerunt, etiam vacante imperio, & eam sibi auocare. Secundum communem sententiam Greg. Lup. in l. 2. verb. otorgassen. tit. 1. parti. 2. vbi & refert plures Doct. qui hâc sententiam tenuerunt, quod & nos etiam diximus in præcedenti quæstione. num. 4. 5. & 7. Quod inibi Greg. Lup. col. 2. & à fortiori extendit, procedere, etiam in rege ex pacto à principio assumpto à multitudine populi. Populorumquè, & Magnatum assi-
8 stentia † in assumptione regis, solùm est, respectu præstandi obedientiam, & vngédi eum in regem, vt constat lib. 2. Reg. cap. 2. in verbis, licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen vngit me Domus Iuda in regem sibi. Et vt omnes de populo sciant, eum esse suum regem. cap. licet. 8. quæst. 1. cap. cùm longe. in fine. cap. cleri. 63. distin. Ex quo tex. communitèr notatur, quòd plebis non est eligere, sed electioni consentire. ad idem est tex. in cap. plebs. & in cap. nosse. ead. 63. distin.

Secundò iam dicta confirmantur ex alio. Quia intantùm fuit trãslata potestas prædicta in primis regibus, à regnicolis primam eius electionem facientibus, & in earum successoribus ius regen-

di, & gubernandi fuit in perpetuum radicatum, quòd vltimo rege decedente cum filijs, tàm masculis, quàm fœ-
9 minis † in regno paterno succedit filius masculus primogenitus, & post eum sui descendentes ordine genituræ, & deficientibus descendentibus primogeniti, succedit sequens frater masculus maior ipsius primogeniti, & sui descendentes eodem ordine genituræ, & sic deinceps alij fratres masculi primogeniti cum suis descēdētibus. Quibus masculis deficientibus, & etiam suis descendentibus, succedit vltimo loco filia maior talis vltimi regis, & sui descendentes in infinitū, tàm masculi, quàm fœminæ eodē ordine primogeniture: & sic de similibus filiabus, & earū descendentibus, quod in proprijs terminis successionis regni tenent Hostien. & communiter Canonistæ in cap. licèt. de voto. Guillerm. à Mō. ferrat. de successione regum. in 1. responsione ad primum dubium. num. 38. Ioan. Leziri. de primogenitura. lib. 2. quæst. 14. col. 1. in princip. & col. 3. versi. vltimus dicitur. & plerisquè sequentib. Quorum sententia probatur in l. 2. tit. 15. parti. 2. & per Theod. in al- leg. 100. vbi probat, quod primo attenditur linea, secundo gradus, tertiò sexus, quarto ætas, vnde ait Bal. in l. ex hoc iure ff. de iusti. & iu. col. 2. n. 4. versi. quartò quæritur, quòd semper fuit, & semper erit, (quòd in regnis succedat primogenitus, præterquàm in rege Romanorum, qui tenet Monarchiam Mundi.) Sequitur Greg. Lup. in l. 9. verb. de linaze. col. 2. in fine. tit. 7. par. 2. Anto. Gome. in l. 40. Tau. num. 4. versi. vnum tamen. Cuiatius. lib. 2. de feudis. tit. 11. de gradibus succedendi in feudo pag. 97. (Vbi tenet, quòd ius Gentium habet, vt in regno primogenitus succedat) & Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis. cap. 54. de regibus, & principibus. num. 11. versi. in regnis. & num. 25. versi. & sic successio in regnis pagi 713. Hinc etiam dicit Francisc. Patriti. quē sequitur Couarr. ca. 1. practica. qq. num. 7. in fine, quòd iam ius Naturæ exigit, & Gentium consuetudo confirmat, vt maximus natu ex filijs mortuo rege succedat. idem tenet Cuiatius in d. tit. 11. de gradibus succedēdi in feudo. pagin. 97. in medio. Quod in Hispania lege antiquissima Gothorum cau-

tum fuit.cuius legis tenorem refert Ludo. de Molin.in annotationibus positis post tractatum de Hispanorum primogeniis nu. 3. eiusdem etiã Legis Gothorum meminit Pala.Rub. in rub. de donatio. int.vir.& vxo. §.69. num.26. in fine. & in tracta. de obtentione regni Nauarræ. 6. part. §.9.dominus meus Burgos de Pax in prohem.ll.Taur.num. 51 Ludo.de Molin.lib.1.cap. 2.num.13. Habuitquè originem ab ipsa lege Gothorum. d.l.2.tit.15.parti.2. Et in tantùm primogenitus solus in

10 regno succedit, † quòd alijs suis fratribus nõ tenetur partem regni dare,etiam pro sua legitima. Quia regnum est indiuisibile, & duos non capit.glos.notab.in d. cap. licet. de voto.verb.priuandum. in fine.quæ dicit,quòd si Regnũ diuideretur, citò per ret, aut diminueretur eandem sententiam tenet, Guid Pap. quæst. 476.Guillerm.Bened. in cap. Rainuntius de testamen. ver. in eodem testamento relinquens. in. 1.num. 158. & sequentib.Rode.Suar. in l.quoniã in prioribus.C.de inoffic. testament. in 2.dubio Comitatus Valentiæ colu. 19.versi. & in regno. Pet.Rebuf.in declaratio.feudo.pagi.83. num. 33.versic. aliud est.Couarru. cap.1.practica.qq.nu.4.versi. posterior.Pinel.in l. 1. C. de bon.mat. 3.part.num.16.Molina. lib.1.cap.1. num.3.& c. 11.num.5.& 6.eod.lib Ludo. de Peguera in rep.cap 3.constitutio Cathalo vers.6. num. 78.& sequen.col. 3.in fine.fol. 78.Roxas in epitome successionum.cap.5.Ioann.Matienzo in l.1.glos.1.num. 8. & 9. lib.5.recop tit.7.Ioan. Bodin. in republicis. libr. 6. cap. 5. & Didac. Spinol. de Carceres in speculo testamentorum.tit.de maioratu. glos.19. nu. 73. Prohibitio enim hæc

11 diuisionis regnorum † est in honorem,& fauorem Regni, & quòd tantùm in eis.primogenitus succedat, exclusis alijs fratribus. d. cap. licet.vbi Docto.de voto.facit tex. in. l. 1.§.quàmuis.ff.de vent.inspicien.probat tex.in.d.l.2.titul. 15.parti.2. in verbis. acatando el bien procomunal de todos.l. 5. in princip. eod. tit. & parti.tenet expressè Bal.in authen.hoc amplius. C. de fideicomm.num.8. vers.item quia.Guillerm.Bened. in.d c. Rainuntius.in d.verb.in eod. testamen.relinq.n. 1.fol.149. & sequent.Rode.Suar. in.d.l. quoniam in prioribus. limit. 11.post legem regiam. col.1.

& 2.

& 2.Ioan. Leziri. in d. quæst. 14.col.1.& 2.Freder. Schĕck. in interpræta.feudo. cap.1. §. præterea ducatus. de prohib. feud.aliena.per Federi.pagin. 1.versi.porro, & in cap.1.§.& quia vidimus pagin.4.versic. quod introductum. Francisc. Piszin.in disputatione contra fœminas num.68. Ludou.de Molin.lib.1. cap.18. num.1. & lib.2.cap.1.num.3.Ludou. de Peguera in d.versic.6. nu. 83.fol.79. Burgos de Paz Iunior in 1. par.qq.Ciuilium.n. 104. iuxta superius explicata quæst.prima num. 21. & seq. videtur diuisio Regnorum quodammodo prohibita de iure Diuino lumine naturali Ioan.Lezi. lib.1. de primogenitu.quæst.1.conclusio.3.col. 4. in fine. Quia vt habetur Luc.cap.11. omne Regnum in se diuisum desolabitur. idē habetur Marc. 3. & Matth.c. 12. Cum & ipse Deus Optimus Maximus fuit indignatus de diuisione Regni Iudeorum in duos Reges. lib 3. Reg.cap.12.prope finem. habetur transumptiuè in. cap. denique.versic.& indignatus. 7.quæst.1.& faciunt, quæ in terminis annotauimus in præsenti quæstione.

Tertiò in tantum in Regnis succeditur iure sanguinis, & successionis de patre
12 in filium † quòd tali filio primogenito, durante vita sui patris præstatur iuramentum, & homagium fidelitatis, tanquàm Principi, & eius vniuersali successori in Regno, vt scilicet, id quòd ex iure primogenituræ eidem competebat, deinceps omnibus sit notum, atquè compertum, ita quòd mortuo Rege vltimo, in futurum super successione ipsius Regni, nulla differentia nec lis supeesse possit.Ex Greg. Lup. in. d.l.2.in princip verb.en España.titul. 15.parti.2. qui ad hoc refert Abulēsem lib. 2. Paralipome. cap.11.in fide.idem tenet Ludo.de Molina.lib.3.cap.6.nu. 19.vbi num.20.ait,hoc prius obseruatum fuisse in Rege Henrico. 3. filio Regis Ioannis.I. Hispaniarum.Quod in alijs Regnis fuit priùs obseruatum. Nam de Dauid Rege Israel legitur, quòd eum in vita Saulis ipsius Regni Regis mandato Domini Dei nostri vngit Propheta Samuel in Regem successorem post Saulem.lib.1.Reg.c.16.mortuoquè Saule, ipse Dauid fuit receptus in Regem Iuda. lib. 2. Reg. cap. 2. in princip. Et post fuit receptus in Regem super totum Israel. eod.lib.2.

c. 5. Idem etiam contingit in Salomone filio ipſius Regis Dauid, qui in vita dicti ſui patris, per eum fuit electus, & conſtitutus, ac etiam receptus in Regem Iſrael, & Iuda, poſt Dauid eius patrem. lib. 3. Reg. cap. 1. poſt medium, & lib. 1. Paralipome. cap. 23. in princip. & eod. lib. cap. 29. prope finem. Quod fecit Dauid inſtinctu Spiritus Sancti. glo. in cap. Moyſes. verb. non ſanguini. 8. quæſt. 1. probatur lib. 3. Reg. cap. 1. 2. & 3. lib 2. Paralipome. cap. 1. habetur tranſumptiuè in. cap. ſicut enim. Salomon amabilis Domino. de peniten. diſtin. 2. notat Pala. Rub. in ca. per veſtras. de donatio. int. vir. & vxo. §. 26. num. 7. & Author ſupplemen. chronica. lib. 4. fol. 74. colum. 1. Idē etiam fuit in Daryo Rege Perſarum, qui anno ab Vrbe condita. 231. & Creationis Mundi. 3446. conſtituit in Regem ſucceſſorem Xerxem filium ſuum. Secundum Herodotum in ſua hiſtoria. pag. 183. litera A. ſequitur Gerard. de Mercatore. in demōſtratione temporum. pagin. 70. in fine. Et ſimiliter Rex Artaxerxes Daryum filium eius ad huc viuens, Regem conſtituit contra morem Perſarum, ex Ioann. Rauiſium in textoris officina. pagin. 1100. De Hugone Capeto. 35. Rege Franciæ legitur, quòd anno Domini, 988. poſtquàm fuit vnctus in Regem Franciæ, declarauit cum aſſiſtentia omnium Magnatum Regni Franciæ, Robertum eius filiūm in ſucceſſorem Regni, refert Papiri. Maſſonius lib. 3. annali, Reg. Franciæ, pagina 196. in fine. Simile homagium præſtitum fuit Philippo Primo, primogenito Regis Franciæ Henrici Primi, anno Domini 1060. & poſtea etiam Ludouico. VII. filio Ludouici VI. Regis Franciæ, tradit Camalloa lib. 25. compendij hiſtorialis, cap. 52. & 54. in fine. Et etiam fuit pręſtitum Ludouico VIII. primogeniti Philippi II. Regis Franciæ, anno ſalutis noſtræ 1179. ex Ioan. Calameo in hiſtoria Biturigum, lib. 3. pagina 105. ſequitur Gerard. de Mercato. in dicta demonſtra. tempo. pagina 292. Idquè etiam obſeruatum fuit in Iayme primogenito Regis Maioricæ, & Aragoniæ: & eo profeſſo ordinem Sancti Ioannis, fuit ſimile iuramentum, & homagium pręſtitum

in fauorem donni Alphonsi eius secundi fratris anno Domini. 1312. refert Hieronym. Corita. lib. 6. annalium Aragoniæ 1. partis cap. 28. propè finem, & cap. 32. Proinde Propheta Moyses cùm esset senex, cõstituit Iosuæ sibi successorem ad militiæ principatum. Numero. cap. 27. tradit Ioseph. lib. 4. de antiq. Iudai. cap. 5. col. fi. in princip. In imperio etiam Moscobitarum, vltimus rex eorum facit in sua vita, quòd eius primogenitus iuretur in sequentem successorem, ex Hieronymo Roman in republicis lib. fi. de republica Septentrionali cap. 15. col. fi fol. 362. Reges
13 enim possunt facere † quòd eorum vita durante, sui primogeniti quoad nomen reges constituantur, ex Archid. in cap. 1. §. obijcitur 2. quæst. 1. sequitur Anto. Corset. de potestate regia. 5. part. quæst. 87. num. 41. Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis. cap. 54. de regibus, & principibus. num. 25. pag. 713. Cum, & de iure filij regum debent esse reges. cap. deniquè. vbi notat glo. 1. quæst. 7. Isern. in peregrina. 1. part. constitutio. Neapol. in §. incipien. in prologo ad duas. numer. 3. fol. 7. colum. 3. Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis cap. 54. de regibus, & principibus, nu. 11. pagin. 707. Immò anti-
14 quitùs etiam † Imperatores solebant sibi eligere durante eorum vita filios primogenitos in successores Imperij. ex beato Thom. lib. 3. de regimine principis cap. 19. in princip. & latius deducemus in præsenti. quæst. 6. partæ. Huiusmodi enim
15 † homagium fidelitatis ligat futuros Ciues, & Regnicolas. Greg. Lup in l. 5. verb. son viuos. tit. 15. parti. 2. Homagium dicit esse dictionem Grecam Couarru. (post alios ab eo citatos) in cap. quàmuis pactum. de pact. lib. 6. § 1. primæ partis. num. 1. in fine.

Quartò, & quod fortius
16 est † Rex vltimus durante eius vita potest Regnorum suorum renunciationem facere in fauorem sui primogeniti, seu sequentis successoris. ex tex. in l. Sororem. & in l. post mortem. C. de fideicommiss. cum similibus traditis à Domino meo Burgos de Paz in prohæm. ll. Tauri. num. 95. Prout fecit perquàm Catholicus, ac inuictissimus Imperator,

ac dominus Hispaniarum rex Carolus Quintus in fauorem Catholici regis Philippi II. potentissimi, cui cessit, ac renunciauit anno Domini 1555. omnia regna Hispaniarum. cuius cessionis facit particularem mentionem dominus meus Burgos de Paz in l. 3. Tau. num. 912. Lauren. Surius Cartuxanus in commentario rerum gestarum in Orbe ab anno Domini. 1550 vsquè ad annum. 1568. pagi. 4. Pet. Cornejo in lib. cognomēto, origen de la disensión Ciuil de Flandes. 1. part. fol. 14. Et similiter idem dominus noster Imperator Carolus Quintus Regi, ac domino nostro Catholico cessit eodē anno, omnes Ciuitates, & Terras Burgundiæ, refert idem Laurentius Surius in eodem commentario. pag. 617. Præterea, & idem inuictissimus Cæsar Imperio se abdicauit anno Domini. 1558. illud trāsferendo in fauorem sui charissimi fratris donni Ferdinādi Regis Romanorum. ex eodem Laurentio Surio pagin. 647. Renunciationem etiam Regnorum Hispaniæ legimus similitèr fecisse Alphonsum Quartum, qui in Hispaniarum regnis regnauit anno Domini 895. in fauorem donni Ramiri eius fratris, tempore quo habitum monachalè assumpsit: etsi postea non perseuerauit in eadem religione, & post suum egressum procurauit hæc regna recuperare, & à fratre suo prædicto donno Ramiro fuit in carceribus detentus, ab eoquè fecit oculos erui. vt cōstat in chronicis antiquissimis regnorum Hispaniæ, idem refert Volateran. lib. 2. commenta. Vrbano. ca. de Sarracenorum initio, & bello. fol. 9. colum. 2. in fine. Alphonsus Venero in Enchiridion temporum. fol 48. col. 2. in fine. De Rege etiam Legionensis donno Bermudo Primo (qui fuit Nepos Regis Hispaniarum donno Alphonso Casto) qui cæpit regnare anno Domini. 787. legitur, quòd in fauorem sui Consobrini regnum Legionense renunciauit, ex eodem Alphonso Venero, in. d. eius Enchiridion. fol 52. colum. 1. Legitur etiam de Breno Rege Angliæ, quòd regnum suum cessit cuidam fratri suo. Volatera. lib. 3. cōmenta. Vrbano. cap. de populis, ac Regibus Britaniæ varijs. fol. 26. colum. 1. post medium. De Saleuco rege Capadotiæ legitur, quòd

filio suo eius vita durante Regnum illud cessit, eumquè Regem appellauit, & diademam summere iussit, & incurrili sella consedere cœpit. ex Valerio Maximo. lib. 5. historiæ. cap. de Ariobarzane. fol. 138. col. 2. Cessionem etiã similem Regni in filium à principio Mundi factam fuisse legimus à Lamech filio Mathusalem, qui fuit pater Noæ (Genesis cap. 5. in fine.) qui cùm vixisset. 777. annos, tradidit principatum Noæ filio suo, & mortuus est. refert Author Chronicæ generalis ætatum Mundi. 2. ætate. fol. 10. col. 2. in fine. Quid plura, & de Emanuele Imperatore Constantinopolitani Imperij legitur, quòd post annũ. 1175 renunciauit Imperium in fauorem sui filij Alexij. Secundum Platinam in vita Christi, & Pontificum omnium, in vita Alexandri 3. fol. 78. col. 2. in medio. Similes renũciationes imperatorũ refert. Pet. Mexia in vitis Cæsarum. fol. 110. & 153. & in 3. parte sui libri variæ lectionis. cap. 25. ad finem. De Rachis Rege Longobardorum legitur, quòd cùm Italiam possideret, Regno sesponte abdicãs, Monachus efficitur, relicto Imperio, ac eius Monarchia Aristolpho eius fratri. ex Volatera. lib. 7. commenta. Vrbano. cap. de rebus Longobardorum. in fine. fol. 79. col 2. Et nimirum (vltra iam dicta num. 13. & 16.) fiunt similes

17 renunciationes † cùm durãte vita vltimi Regis, eius filius dicatur Rex. glo. in d. ca: deniquè. verb. rege suo, 7. q. 1. tex. singul. in cap. Moyses. 8 quæst. 1. & in cap. ego Ludouicus. 63. distin. cum similibus traditis per Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. in princip. num. 22.

18 Præterea † & solent multoties reges vltimi, qui filios legitimos nec alios descendentes habent, aliquos in filios adoptare, vt eis succederent in suis regnis, & Monarchias succederent. Vt legitur de imperatore Iustiniano, qui in filium suum adoptauit Iustinum, vt ei in imperio succederet (quod est fortius) habetur apud Volatera. lib. 23. commenta. Vrbano. ca. Martianus. fol. 273. col. 1. in medio. vbi & refert, quòd prædictus imperator Iustinus adoptauit Tiberium, vt ei etiam esset successor in imperio eodem. Similitèr, & Ioanna regina Siciliæ adoptauit Philippum Burgundiæ Ducem fratrem regis Franciæ Caroli V.

vt ei successor esset in regno post eius mortem. ita Papiri Massoni.lib. 4. annalium regum Franciæ.pagin.464. De alia etiam Ioanna regina Siciliæ legitur,quòd post annũ 1415.cùm esset sine liberis, adoptauit in filium Alphonsum regem Aragoniæ,vt post eius mortem in dicto regno Siciliæ succederet. Volatera. lib.6. commenta.Vrbano. c. de historia Siciliæ.fo.76.col. 1.post princip.Et similitèr de Ludouico rege Siciliæ legitur,quòd post annum. 1362. ex quo non habebat descendẽtes, adoptauit Ludouicum Ducem Annegauensem,vt ei in regno Siciliæ succederet. Volatera.in d.cap.de historia Siciliæ.fol.75.col.2.in fine.& Author supplemẽti chronicarum.lib.13.fol.378. col. 1. in princip.Proinde, et de Amalasunta regina Hispaniæ,quæ successit filio suo Amalarico rege.13.antiquorum Gothorum in suo Regno Hispaniæ, legitur, quòd ipsa adoptauit in filium suum, ac in regem successorem etiam eius vita durante,Theudium Gothum eius consanguineum patruelem, vt habetur in chronicis antiquissimis regnorum Hispaniæ. Quod nontãtùm inter reges pluries obseruatum fuit, sed etiam inter primos imperatores imperij, qui ex quo non habebant filios,quibus imperium relinquere possent,aliquos in filios adoptabant, vt eis in imperio successores essent.Secundum Volatera. lib. 23.commenta.vrbano.ca. principes Romanos fol.263.col. 1.post medium. & col.2.& in cap.Neruam.in princip. fol. 264. vbi & hic Author,inquit,quòd Hadrianus imperator adoptauit Rutium Ælium in filium, vt ei in imperio succederet, hac conditione, vt ipse Marcum Antonium filium fratris vxoris suæ Faustinæ, & Lutium verùm Ceioni filium adoptaret,& quòd hoc pacto liberorum nepotumquè successioni consuluit, cùm Sabinam vxorem sterilem habuisset. Similesquè adoptiones imperiales refert idem Volatera. eod.lib.23.fol.265.col.1.post med.& fol.272.col.2. in fine. & Illesc.1.part.historiæ Pontificalis.lib.1. cap.6. de vita Clementis Papæ.4.fo 26.col. 3. vbi ait, quòd imperator Nerua adoptauit in filium,& successorem Traianum Hispanũ. Benè verùm est, quod contra prædictas adoptiones facit singul.tex.in l.fideicommissum.ff.de cond. & demõ-

ſtra.in verbis, fideicommiſsũ à filijs ità relictum, ſi quis ex his ſine liberis diem ſuum obierit, adoptionis cõmento non excludi. cum ſimilibus quæ refert Tiraquel. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. donatio. verb. ſuſceperit liberos. n. 3. & ſequentib. Licet Princeps omnia facere poſſit, vt in terminis conſtat in cap. 1. §. naturales. vbi Bald. in tit. ſi. de feud. fue. controuer. inter domi. & agna. & alijs traditis per Tiraq. in d. verb ſuſceperit liberos. num. 12. Et quia deficientibus deſcendentibus, ſeu cõſanguineis in quocunquè gradu ſint, etiam in milleſimo, Magnates, & populi regni regem ſibi eligunt. ex his quæ deducemus in præſenti quęſt. 11. part. num. 1. & ſequentib. & num. 9. Sed res hæc in particulari altiorem tractatum requirit.

Quintò ſuperiora confir-
19 mantur † quia ſi rex vltimus poſſeſſor regni decedat ſine deſcendentibus maſculis, ſeu fœminis, tunc in regno ſuccedit conſanguineus de ſanguine regio, qui ei fuerit proximior. l. 2. prope finem. tit. 1. parti. 2. facit tex. in l. cùm ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. & vtrobique Docto. tex. in cap. 1. de natu. ſucceſſio feud cum ſimil. bus. Et maſcu lo conſanguineo ſanguinis regij deficiente in eodẽ gradu, fœmina conſanguinea primogenita in eius locum ſubrogatur. Secundum Pet. de Bellaperti. in l. pater filium. §. quindecim libertis. ff. de leg. 3. Roma. conſil. 98. Pala. Rub. in rub de donatio. int. vir. & vxo. §. 69. num. 3. cum ſequẽtib. Et in proprijs terminis ſucceſſionis regni hoc idem tenet Ludo. à Peguera in cap. 3. conſtitu. Cathalo. verſi. 6. n. 93. & ſequentibus regnum
20 † enim eſt verum primogenium, & in eo ſeruatur ordo ſucceſſionis Maioratus, & leges in primogenio loquentes habent locum in regni ſucceſſione, & de vno ad aliud paſſim argumentatur. Secundum Ludo. de Molin. lib. 1. c. 1. num. 25. & 30. & eod. lib. cap. 2. num. 10. & lib. 3. cap. 2. num. 3. Ludo. Velazquez de Auendaño in. l. 40. Tau. glo. 2. num. 14. & ſequentib. & ſua detur ex omnibus, quæ in pręſenti parte diximus, & dicemus in tota hac quæſtione.
21 Sed in primogenitura † & maioratu ſuccedunt omnes deſcendentes, ac conſanguinei tàm fundatorum, quàm vocatorum, & aliorum ſuc-

cessorum ex d. §. in fideicommisso, & probatur in d. l. 40. Tau. & transumptiue li. 5 recopil. tit. 7. l. 5. Igitur idem dicendum est in regnorum suc cessione, ex supradictis. & ex tex. in l. 2. & 5. tit. 15. parti. 2. & similibus. Quæ omnia
22 procedunt † etiam si huiusmodi consanguineus, vel cōsanguinea de sanguine regio sit in Millesimo gradu, ex singulari doctrina Bal. in cap. 1. col. fi. versi. & idem in regno. tit. de feud. March. vbi tenet, quòd si periret tota domus regia, & staret vnus de saugui ne regio antiquo, & non esset alius proximior, esto, quòd esset in millesimo gradu, quòd tàmen hic talis cōsanguineus succedet in regno iure sanguinis, & perpetuæ cousuetudinis. de quo dicto exclamat Martin. Lauden. quem etiam sequitur Anto. Corset. de potestate regia. 5. par. quæst. 106 num. 79. Iaso. in l. certum. nu. 3. versi. istud. C. vnde legi. Iacobin. de Sancto Georg. de feudis. verb. dux col. 3. Cæpol. cautela. 132. Hipol. in singul. 422. Guiller. à Monserrat. de successione regum. in responsione ad primum dubium. n. 39. Boeri. consil. 10. viso. nu. 2. & 17. Rode. Suar. in l. quoniàm in prioribus. C. de inoffi. testam. in lectu. l. regiæ. col. antep. num. 19. versi & in succesşione. Chasse. cōsuetud Burgund. rub. 3. §. 5. in princip. num. 36. Ioan. Leziri de primogenitu. lib. 1. quæst. 8. col. 2. versi. sed his in fine. Frederic. Schenck. in interpræcationibus feudorum. in cap. 1. §. hoc quoquè. in tit. de his qui feud da. po. num. 2. in fine. Capic. decisio 10. num. 7. Greg. Lup. in l. 9. verb. parientes. tit. 1. parti. 2. & in l. 2. verb. el mas propinco pariente. in princip. & col. 4. prope finem. tit. 15. parti. 2. & in l. 6. verb. deceno grado. tit. 13. parti. 6. Eman. Acosta in tracta. de patruo, & nepote. pag. 194. versi. quæ consideratio. Egid. Boss. in practica crimi nali. tit. de principe, & eius priuilegijs. num. 94. Couarr. lib. 3. varia. resolu. cap. 5. nu. 4. versi. 5. & in æpitome successionum post titul. de testamen. num. 12. Cathelia. Cotta in memorial. verb. agnati transuersales col. 2. Ioan. Dayma in prohe. pragmaticæ sanctionis fol. 6. col. 4. versi: consanguineis. Anto. Gomezi. in l. 40. Tau. num. 5. Pet. Dueñas in regul. 106. in. 1. & 2. limitatio. Ludo. de Molina. lib. 1. cap. 3. num. 14. & cap. 4. num. 10. Roxas in

æpitome successionum, cap. 32.num.25.pag. 315. Rol. à Valle consil.3.num. 10.lib.1. Melch. Meres de maioratib. 2.part.quæst.6.num.32.& sequentib.& quæst.7.num. 18. Ludoui.à Peguera in cap. 3. constitu.Cathalo.versi. 6.nu. 78.prope finem.Ludo.Velazquez de Auendaño in l. 40. Tau.glo.2.num.11.Quorum sententia (quæ communis est,& non habet contradictorem) suadetur ex pluribus, quæ refert Tiraquel.de retra. tit.de retra.lignag.§.1.glo. 9 num.23.& 33.Ludo.de Molina.lib.1.cap. 4. num. 16. &
23 42.Similitèr † & in feud.s Illustrium succeditur etiam in infinitum, vt resoluit Iacob. Menoch.consi.6. controuers. num.36.& nos copiosè deducemus in 3.part.huius 2.q.n. 136. & seq. Et prædicta sententia Bal.in d.cap.1.de feud. March.adeò vera est, quòd si non starent consanguinei vltimi Regis, qui succederent
24 in regno † posset tunc Papa dispensare cum consanguineo Monacho, & Sacerdote descendente ab eodem sanguine regio, vt ducat vxorem. & possit regnum gubernare. Prout contingit in Remigio Monacho,& Sacerdote, qui erat proximior cōsanguineus de sanguine regio Aragoniæ, qui propter defectum aliorū masculorum consanguineorum masculorum de eodem sanguine Regio, successit in illo regno: & cum dispensatione Apostolica duxit vxorē, de qua suscepit Petronillam filiam suam, quæ successit in illo regno, ita in terminis singul. tenet Anchara. cons.339 pro maiori intelligentia. Bal. in l.rescripta col.5.versi.item dispensat. C. de precibus impera. offeren. & in l. si pater familias,§.in arrogationibus, ff.de adoptio.Iaso.in l. si arrogator.col.2.in fine,ff eod. tit. & in l.fi num.2. cum sequentibus,C.de transa. post Pyrrū (Doctorem antiquissimum Franciæ, & ex Gallis doctissimum.) in varijs commentarijs.tit de lege Salica.in 9.fūdamento pro eadem lege. Chasse. consuetud. Burgund. rub. 3.§.5.in tex.ibi,excepte les religieus,num. 17. Boeri. consi. 20. vtrum Papa. num. 32.& per totum consilium. Alphonsus Venero in Enchiridion.temporum.fol.52.col. 2.(vbi ait,quòd cùm hoc successisset, ipse Remigius erat Monachus professus in Regno Franciæ in Monasterio Sancti Ponze de Tomeras Ordinis Beati Benedicti, & quòd suc-

cessit in Regno Aragoniæ anno Domini 1126. & quòd statim, quòd dicta Petronilla contraxit matrimonium, dictus eius pater Remigius fuit reuersus ad dictum monasterium) idem etiam tenet ipse Alphonsus Venero in eod. Enchirid.fol. 103. colum. 2. Iacob. Menochi.qui alios grauissimos Theologos, & iuristas ad idem refert lib.2.præsumptio. præsumptione. 10. num. 35. Ioan. Matienzo in l.1.glo.1.num.20.tit.7.lib.5. recopil. Quorum sententia suadetur ex pluribus citatis per Anto.Corset. de potestate regia.5.part.quæst.103.num. 65. Præterea & idem etiam contingit in Ramiro Rege Aragoniæ,qui cùm esset Monachus,& Sacerdos,ac proximior vltimi regis sui antecessoris,cum dispensatione Summi Pontificis vxorem duxit, ex quo matrimonio habuit filiam vnicam, & successorẽ sui Regni,nomine Vranam, quæ contraxit matrimonium cum Raymundo Berengario comite Barchinone; refert Papirius Messonius lib.3. annalium Regum Franciæ, pag. 309.in princip.& copiose Iacob.Menochi.in d.10.præsũptione,lib. 10. num. 35. Proinde, & Guillermus (aliàs Rogerius Secundus) Rex Siciliæ cũ anno Domini, 1179. (aliàs 1200. esset spoliatus Regno Siciliæ per Tancretũ Tyrannum, & cùm vnicam tantùm filiam haberet monialem,& professam, Deo dicatam in Cęnobio Panormitano, nomine Constantiam, cum dispensatione, & voluntate Cælestini, III. Papæ, eam tradidit in vxorem imperatori Henrico V. filio Federici II. cui cessit ius, quod habebat ad recuperandum dictum suum regnum Siciliæ à dicto Tãcreto cum hac conditione, quòd regnum illud Siciliæ esset feudale in fauorem Sanctissimæ Ecclesiæ Romanæ. Ipseque imperator Henricus recuperauit illud regnum Siciliæ à dicto Tancreto,eumquè superauit, & in carceribus detinuit, & post aliquot dies eum occidere fecit publicè, à quibus nouis regibus Siciliæ natus fuit alius Guillermus, eorum legitimus successor traditur lib.12. supplemen. chronica. fol.339.& sequentibus,& notanter Iacob. Menochi. in d. præsumptio. 10. lib. 2. præsumptionum,num. 35. & ait Author supplementi chronicarum in d.loco,quòd dictus Papa Cælestinus Tertius tra-

didit inuestituram dicti regni Siciliæ prædicto imperatori Henrico Quinto idem etiam refert Volatera. lib.6. commenta. Vrbano, cap. de historia Siciliæ, fo.75.colum. 1.in medio,& lib.22.fol.254 colum.2.in medio,& lib. 23. cap.post Arnulphum,fol.278 colum.2.in medio,& lib. 22. fol.154.colum. 2. in medio, & Author Chronicæ Generalis ætatum Mundi in 6.ætatę fol.206.colum.1.Idem etiam legitur,de Roberto Sacerdote qui fuit filius Hugonis Capeti 35.Regis Frantię,qui mortuo dicto eius patre successit in regno Frantiæ anno Domini 997.ex Volatera.lib.3. commenta.Vrbano, cap. de tertio genere Francorum, colum.1.fol.22.pagin. 1.in fine. Verùm & idem etiam contingit in donno Bermudo Rege Octauo Hispaniarum post regem Pelagium, filium Froilæ rege etiam Hispaniæ, & Nepote regis Hispaniæ Alphonso Primo, qui erat Monachus,& Diaconus, & quia decessit Mauregatus Septimo Rex Hispaniæ eius prædecessor sine filijs,exijt a Monasterio in quo fuerat professus ad regnandum in Hispaniarum regnis,in quibus regnauit tribus annis, vt habetur in cronicis antiquissimis horum regnorum. Tutior tamen, & magis communis opinio est

25 quòd supradicta intelligātur, vt talis Monachus ducat vxorem, regnumquè gubernet, & administret, vsquè ad sobolis procreationē, ex prædictorum Doctorum sententia in dictis locis, quam dicit magis communem Iaso. in d.l.fi.num.2.C.de transact.sequitur Marc. Mantua in Enchiridion rerum singulariū, cap.49.prope finem?

Sextò,& ex alio iam dicta suadentur,& clarissimè infer

26 tur,quòd stante † al quo cōsanguineo sanguinis regij, & si sit in Millesimo gradu,Magnates nec populi regni non poterunt sibi aliquem in regem eligere,nec nominare, sed quòd huiusmodi consanguineus (& inter plures cōsanguineos proximior) debet in tali regno succedere,si contingat, quòd vltimus Rex decedat absquè descendentibus. ita singulariter, & in proprijs terminis tenet Bal. in cap.cùm in magistrum de elect.sequitur Greg. Lup. in l.2.verb.el mas propinco pariente, colum. 1. in princip. tit.15.parti 2.Emanuel Acosta de patruo, & nepote pagin.195. versi. mihi autem

vide-

27 videtur. vbi tenet † quòd regnum tunc nominat Regem, quando nullus de antiquo sanguine regio reperitur, idem tenet Anto. Corset. de potestate regia. 1. part. quæst. 2. num. 4. Ioan. Dayma in prohem. pragmaticæ sanctionis, fol. 6. colum. 1. Anto. Gomezi. in l. 40. Tau. num. 4. & ibi Ludoui. Velazquez de Auendaño. glo. 2. num. 12. Ioan. Matienzo in l. 1. glo. 1. num. 8. & 9. tit. 7. lib. 5. recopil. Ioan. Bodin. in republicis lib. 6. cap. 5. Pro quorom sententia est tex. expressus in l. 9. in princip. tit. 1. parti. 2. in verbis, la segunda, quando lo gana por auenencia de todos los del Reyno, que lo escogieron por señor, non auiendo pariente, que deba heredar el Señorio del Rey finado por derecho, & ibi notat expressè Greg. Lup. verb. non auiendo. vbi etiam ad hoc refert Bald. in l. ex hoc iure. col. 2. ff. de iusti. & iu. Pluraquè in proposito deducemus in. 11. par. huius 2. quæstionis. num. 1.



SVMMARIVM SECVNDAE PARTIS

Huius Quæstionis Secundæ.

1 *Regnis semper successum fuit iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis, non verò per electionem, & per totam hanc secundam partē.*

2 *Hispaniæ totius in regnis semper fuit successum iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis, & non per electionem, & sequentibus.*

3 *Hispaniarum in regnis si aliquando fuit succeßum per electionem, fuit ante regem Palagium, et hoc non semper nu. 4. & sequentibus.*

8 *Hispaniæ regnum habuit originem à Tubal (aliàs à Iubal) nepote Noæ, qui fuit eius fundator propè annum. 143. post Diluuium.*

9 *Hispaniæ regnum incepit anno creationis Mundi, 3109. & ante aduentū Domini. 2090.*

10 *Hispaniæ primæ gentes originē habuerunt ab Orientalibus Iberis.*

11 *Hispania quas prouintias contineat. remißiuè.*

22 *Hispaniæ regna quæ nationes occupauerint.*

13 *Hispaniæ gentes agnouerunt Christi nostri sanctißimi Euāgelium ab eius primeuo publicatione facta à diuinis Apostolis.*

14 *Apostolus sanctißimus Iacobus maior est sepultus in Hispania, nempè in Ciuitate suo nomini dicata. Estquè noster patronus, ac defensor principalior ibidem.*

15 *Paulus diuinus gentiumquè Doctor, ac vas electionis an venerit in Hispaniæ regnis ad prædicandum Dei Euangelium.*

16 *Regno Frantiæ succeditur etiā iure sanguinis perpetuęquè consuetudinis à sua primeua fundatione, & non per electionem.*

17 *Regnum Frantiæ habuit originem à Franco Hectoris filio, ideò franci vocantur.*

18 *Regnum Frantiæ à sua primeua fundatione incępit anno Creationis Mundi. 4081. et ante aduētum Domini. 1118 Et tunc ipsi Franci habitabāt in Franconia Orientali sub potestate capitaneorum. ibid.*

19 *Franci seu fracones Orientales*

derelicto regno Franconiæ, in presentem Galliam se traiecerunt cum Clodio eorum secundo rege.

De sanctitate regum Frantiæ. remissiuè inibi.

20 *Portugalliæ regno semper fuit successum iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis ab eius primeua erectione, & non per electionem.*

21 *Portugalliæ regnum à sua fundatione fuit Christianorum, incorporatum, & vnitum cum alijs regnis Hispaniæ, à tempore Gothorum, & etiam ante, & num. 26.*

22 *Portugalliæ regnum olim fuit pars regni Galletiæ, & n. 23.*

23 *Galletiæ regnum habuit nomen à Gallatia.*

24 *Gallatiæ regni fuit primus princeps, & populator Gallates filius Herculis, & Celtis.*

25 *Santius comes Castellæ (& frater regis Hispaniæ donni Ordonis) fecit diuisionem inter Galletiam, & Portugalliam, & ante eum Brutus Romanus.*

26 *Gothorum reges possiderunt tãquàm vnum corpus regnum Portugalliæ, & alia regna Hispaniarum pacificè, & suprà num. 21.*

27 *Rex Hispaniæ Ordonius perdomuit Gallecos vsquè ad Vlixbonam.*

28 *Portugalliæ regni Ciuitatẽ Vlixbonam fundauit Vlixes.*

29 *Rex Hispaniæ Ferdinandus Primus recuperauit à Mauris omnes Ciuitates Portugalliæ. Et ipse Rex Ferdinandus diuisit omnia sua regna Hispaniarũ inter omnes eius filios anno Domini. 1060. inibi.*

30 *Hispaniarum regnorum diuisionem contradixit Rex Hispaniæ donnus Santius, primogenitus dicti donni Ferdinandi I. Quam contradictionem prædictæ diuisionis facere potuit ipse donnus Santius. nu. 31. Eandem contradictionem fecerunt Magnates, & Proceres horum regnorum Hispaniæ. eod. num. 31.*

32 *Rex Hispaniæ donnus Santius superauit Garsiam eius fratrẽ minorem dominum Portugalliæ, & Galletiæ, & num. 33.*

34 *Rex Hispaniæ Alphonsus. VI successit in regnis Galletiæ, & Portugalliæ anno Domini. 1066.*

35 *Rex Hispaniæ Alphonsus. VI. recuperauit à Sarracenis Ciuitatem Toleti.*

36 *Rex Hispaniæ Alphonsus VI. habuit filiam naturalem nomine Thereſam. Eamquè in vxorem tradidit Comiti Henrico anno Domini. 1073*

Eisquè concessit in dotem, & feudum terras Portugalliæ cũ titulo Comitatus, & certis conditionibus.nu.37. et 38.

39 *Regni Portugalliæ fuit primus Rex Alphonsus filius dictorũ Comitum donni Henrici, & Theresæ eius coniugis. Qui recuperauit à Mauris dictã Ciuitatem Vlixbonam.n.40.*

Reges Portugalliæ, quæ arma, et insignia deferant, & qua ratione.eodem nu. 40.

41 *Portugalliæ regnum fuit vna de prouintijs Hispaniæ.*

42 *Portugalliæ reges connumerantur ab antiquo inter reges Hispaniæ.*

43 *Rex Hispaniæ Alphonsus. 10. exemit donnum Dionysium regem Portugalliæ nepotem suum ab omnimoda iurisdictione vaßallagio, & tributo*

44 *Philippus II. Hispaniarũ Rex ac Dominus noster anno Domini. 1580. successit in regno Portugalliæ ex iustissimis causis.*

45 *Boemia in regno succeditur iure sanguinis, & non per electionem.*

46 *Boemiæ regnum fuit populatũ à Ezechio Croatino.*

47 *Boemiæ regnum per multa tempora à ducibus gubernatum fuit.*

48 *Boemiæ Primus Rex fuit vocatus Boemus, & ab eo fuit hoc regnum vocatum Boemia.*

49 *Boemiæ regnum, & eius gentes receperunt fidem Christi anno Domini.863.*

50 *Boemiæ primus Dux Christianus, fuit Spitigneus prope annum Domini.910.*

51 *Boemiæ regnum vocabatur flos dulcoris, cùm fides Catholica eßet in augmentum in illo regno.*

52 *Vngriæ in Regno succeditur iure sanguinis, & non per electionem.*

53 *Vngriæ regnum olim vocabatur regnum Pãnoniæ. Et quare dicatur Vngria. Et tunc etiam in eo succedebatur iure sanguinis, & non per electionem, num. 54.*

55 *Vngriæ regnum recepit fidem Catholicam Domini nostri Iesu Christi anno eiusdem Domini 1002.*

56 *Polloniæ in regno à sua primeua fundatione iure sanguinis succedebatur, & non per electionem. Et quid postea fuerit vsitatum inibi.*

57 *Angliæ in regno iure sanguinis semper fuit successum, & non per electionem.*

58 *Angliæ regnum quando incæpit.*

59 *Angliæ Primus Rex fuit Brutus; Consobrinus Eneæ Troyani.*

60 *Angliæ regnum antiquitus vocaba-*

cabatur Albion.

61 *Angliæ regnum fidem Christi nostri publicè recepit anno eiusdem Domini* 180. *Et postea multoties à fide Sanctissima deuiauerunt,num.* 69.

62 *Angliæ Primus Rex Christianus fuit Lutius, qui inibi regnabat anno eiusdem Saluatoris,* 150.

63 *Angliæ Gentis fuit olim tanta religio, quòd Gentes eiusdem regni obtulerunt quotannis soluere Ecclesiæ Catholicæ Romanæ certum tributum,& num.* 65.

64 *Papa Gregorius I. Sanctissimus fuit,qui se vocauit priùs seruus seruorum Dei.*

66 *Angliæ multi reges, ac duces multis claruere miriaculis. Quorum inibi fit particularis mentio,& num.*68.

70 *Angliæ rex Eduardus anno Domini* 1272.*superauit Gentes regni Scotiæ.*

71 *Scotia in regno semper fuit successum iure sanguinis,& non per electionem.*

72 *Scotiæ regnum fuit à tempore ātiquissimo pars regni Angliæ*

73 *Scotiæ regni conuersio ad fidem Euangelicam fuit miraculosa anno Domini* 338. *vbi, & traditur,quis fuerit primus rex Christianus huius regni Scotiæ.*

74 *Imperator Iulius Cæsar bis transiuit per hoc regnum Angliæ.*

75 *Imperator Constantinus Magnus antequam fuisset Imperator, fuit à Romanis missus ad gubernandum regnum Angliæ.*

76 *Angliæ regnum fuit tributariū Imperatorum, tanquàm feudale.*

77 *Angliæ reges qua ratione prætendant se habere ius ad regnū Hierusalem.*

78 *Regno Dinamarchę succeditur iure sanguinis,& non per electionem.*

SECVNDA PARS HVIVS SECVNDAE QVAESTIONIS.


N Superiori Parte scripsimus nõ nulla iuridica fundamenta, ad probandũ, quòd in regnis succedatur iure sanguinis, perpetuæquè consuetudinis, & non per electionem. Nunc verò in præsenti parte Deo Opt. Max. opitulante, adducemus, quàmplurima exempla particularia regnorum Christianorum, in quibus generali consuetudine prædicto iure sanguinis, & non per electionem fuit successum. Et similitèr multa vtilia, ac notatu digna circa ipsa regna dicemus. Omnia verò, quæ in præsenti parte adducemus, seruient pro septimo fundamento prædictæ nostræ principalis sententiæ.

Septimò, & magis in no-
2 stris terminis accedat † Quia ferê in omnibus regnis Mundi successum fuit iure sanguinis, perpetuæquè consuetudinis, & non per electionem, vt particularitèr constat in regnis sequentibus Christianorum.

Et in primis (vt exordium faciamus à nostra fęlicissima
2 Hispania) sciendũ est † quòd in omnibus regnis totius Hispanię succeditur iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis, & non per electionem. Sic enim continuò vsitatum atquè obseruatum fuit. Cuius consuetudinis generalis meminit tex. in l. 2. tit. 15. parti. 2. quæ originem habuit à lege Gothorum antiquissima. cuius iam in 1. parte huius quæstionis, nu. 9. in fine mentionem fecimus. Vndè singularitèr ait Pala. Rub. de obtentione regni Nauarræ. 6. part. §. 9. quòd à rege Pelagio vsquè ad nostra tempora, sem per inuiolabiliter obseruatũ est, vt nõ iure electionis succedatur in Regnis Hispaniarum, sed quòd semper regna ipsa deriuata fuerunt iure suc cessionis à patre in filiũ maiorem, quod etiam tenet idẽ Pal. Rub. in eodem tracta 6. part. §. 11. in princip. dicens; ità fuisse obseruatum per 88. reges Hispaniarum descendentes ab Athanarico Gothorum rege primo, absquè ali-

cuius extraneæ familiæ, aut ſtipitis interpoſitione, compu tando quemlibet regem pro vno gradu. (ait etiam ibi Pal.Rubi. quòd ſucceſſio hæc Hiſpaniarum ita ſingulariſſima eſt, ex dicta continuatione à regibus Gothorum, quòd in tota Europa, immò forſitã in toto Mundo ſimi lis non valeat reperiri, ex traditis ibi per eum, quod etiam refert Rode. Sancius olim Epiſcopus Palentinus in compẽdioſa hiſtoria Hiſpanica. 1. part.cap. 16. & Author chronicæ generalis ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 289. colum. 2. Quod prædictus Epiſcopus Palentinus tribuit ſingulari cultui Religionis Catholicæ, quàm à tempore Gothorum, vſquè in hodiernum diem prædicti noſtri Chriſtianiſſimi reges Hiſpaniarum perſeueranter cuſtodierũt, ac obedientiæ, & reuerentiæ ad Sãctiſſimam Sedem Apoſtolicã Romanam.) eandem ſentẽtiam tenet Couarru. in. cap. 1. practica. qq. num. 1. prope finem. verſi. hanc ſanè. dicens, Hiſpaniarum regna ſubdita fuiſſe ab hinc fermè Mille annis, quibus noſtri reges è Gothorum ſanguine progeniti fæliciſſimè rempublicam iſtã bello, & pace, datis iuſtiſſimis ac ſaluberrimis legibus ſub Chriſtianiſſima Religione Catholica tutati ſunt. idem tenet Volatera. lib. 2. commenta. Vrbano. cap. de Gothorum genere, & geſtis. in princip. fol. 7. Ludo. de Molina. lib. 1. ca. 2. num. 12. & ſequen. Ioan. Matienzo in. l. 1. glo. 21. nu. 4. tit. 10. lib. 5. recopil. vbi ſic ait, omnem iuriſdictionẽ regnorum Hiſpaniarum eſſe, apud CatholicumRegem noſtrum, vel iure proprio, vel ex translatione populorum, apud quas erat iure naturali Ciuilis poteſtas, vel ex expreſſo, vel tacito totius reipublicæ conſenſu, ab initio electione, deindè obſeruantiſſima ab octingentis annis conſuetudine Gentiliciæ ſucceſſionis, ac primogenij iure legibuſquè ſupradictis ad id latis, atquè receptis translatam eſſe: & quòd hic tacitus conſenſus æqualis eſt potentiæ, ac ſi eſſet expreſſus, ex authoritatibus inibi ad hoc adductis. Hinc ſingulariter dicit Alphonſus Guerrero in Theſauro Chriſtianæ Religionis, cap. 41. de bello iuſto, & iniuſto. num. 4. pagin. 353. hæc formalia verba, & altiùs hiſto riam recenſendo, veritas ſic ſe habet, primi quidem Gothorum reges Athanaricus,

vel Secundum alios Alaricus à quibus Catholicus Imperator noster indubitatam trahit originem ex grata Honorij Imperatoris concessione Hispanias viriliter aggressi sunt, & Vandalos, Sueuosquè qui eas tunc temporis tyrannicè, & contra Imperatoris voluntatem occupatas tenebant, forti animo debellando eos ab Hispanijs expullerũt, & in Affricam fugere coegerunt. Et ex tunc postquam Hispanicam Monarchiã adepti sunt, vsquè ad tempora nostra reges Gothi regnauerunt, & in sempiterna sæcula regnabunt, eo quòd iustè, & non tyrannicè initiũ ex prædicta Honorij Imperatoris concessione habuerunt. Hactenus Guerrero in d. loco. Si tamen aliquando in Hispa-
3 niarum Regnis † Reges aliqui per electionem regnauerunt, fuit ante regem Pelagiũ ferè Millè ab hinc annis, vt aduertunt Ludoui. de Molina in. d. c. 2. n. 12. verf. Sed quãuis. li. 1. Io. Matienzo in d. l. 1. glo. 21. n. 4. tit. 10. li. 5. recop. Hieron. Rom. in republicis. li. fi. de republica Septẽtrionali. c. 7. fo. 354. col. 1. Didac. Spin. de Caceres in speculo testamẽtorũ. tit. de maioratu. glo. 19. n. 73. Lud. Velazquez de Auẽdaño in. l. 40. Tau. glo. 2. n. 9. & 11. quod ẽt cõstat ex Chronicis antiquissimis horũ Hispaniæ Regnorum. Immò ab initio Regnorum Hispaniarum, & eius Monarchiæ † infinitis annis hæc forma successionis iure sanguinis (& non electionis) fuit obseruata inter antiquiores reges Hispaniarum. Nam apud antiquissimos Authores nostros legimus, quòd post Hispalum Septimum dominũ, ac regem Hispaniæ (qui in his regnis cæpit regnare anno Diluuij. 590. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1720.) Hispalus eius filius in his met regnis successit: & similitèr post Gargorem 21. dominum, & regem Hispaniæ successit in eisdem Hispaniæ regnis Habidus eius Nepos, Authore Alphonso Venero in Enchiridion temporum, fo. 41. col. 2. & fol. 42. col. 2. Cum & tẽ-
5 pore quo † maior pars regnorũ Hispaniarũ fuit occupata è Vandalis, mortuo Gunderico rege eorum anno Christi nostri 434. successit eius loco quidam eius frater. refert Illesc. 1. par. hist. Pontif. lib. 2. c. 12. de vita Cælestini I. Papæ. 45. fol. 76. colum. 1. Simili-
6 ter, & inter reges Gothos † qui

poſtea Hiſpaniarum regna poſſiderunt,ante regem Pelagium, eodem iure ſanguinis ſucceſſum fuit. Nam in regnis Hiſpaniarum ſuccesſit Siſebutus, & eo defuncto ſucceſſit in eiſdem Regnis eius filius Requiſundus habetur. lib. 9. ſupplemen. chronica. fol.241.colum.2.Cum & Primus Rex Gothorum,qui hæc Regna Hiſpaniarum occupauit poſt Natiuitatem Domini Noſtri Ieſu Chriſti anno. 454.fuit Theodoricus huius nominis primus, qui fuit. 8. Rex Hiſpanorum ante prædictum Regem Pelagium.(aut Secundum Volateranum fuit Segericus, licet breui tempore à ſuis fuerit interfectus, ita Volatera. lib. 2. commenta. Vrbano. cap. de Gothorum genere, & geſtis.fol.7.colum. 2.in fine.) cui etiam iure ſanguinis ſuccesſit in Monarchia totius Hiſpaniæ Euricus (aliàs Henricus) eius frater anno Salutis Noſtræ. 467.& fuit 9.Rex Hiſpaniarum ante Pelagium,traditur lib.9. ſupplemen.chronica fo.240.col. 2.in princip. Volatera. in. d. cap.de Gothorum genere, & geſtis fol.8.colu.2. poſt princip.Illeſc.1.part. hiſtoriæ Pótifical.lib.2.cap. 17.de Gothis §.de Eurico.fol.87. colum.2. Hic enim Euricus, ſeu Henricus Gothorum Rex, fuit Primus,qui Gothis leges ſcriptas tradidit, quibus naturales horum Regnorum fuerunt etiam gubernati. Volatera. in dicto fol. 8. colu. 2. in medio. Illeſc. lib. 2. 1. partis Pontificalis, cap. 17. de Gothis, & eorum Gentibus. S. Eurico. fol.87.colũ. 2. Poſt mortem verò dicti Henrici ſuccesſit in eodem Imperio Hiſpanico Halaricus Secundus eius filius anno Domini. 484.& fuit.10. Rex in ordine ante Pelagium ex Authore dicti ſupplementi, & Volate. in dictis locis. Proindè, & Leouigildus Rex Gothorum regnauit in Hiſpania anno Domini. 569. & fuit XIX. Rex Hiſpaniarum in ordine ante dictum Pelagium, cui ſuccesſit Recaredus eius filius. Qui fuit Primus Rex Chriſtianus, ac Chriſtianiſſimus: fuitquè baptizatus à Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi. traditur lib. 9. ſupplemen. chronica. fol. 241. columm. 2. Volatera. in dicto. fol. 8. colum. 2. poſt med. quod etiam conſtat in chronicis antiquisſimis horum Regnorum.Mortuo ipſo ChriſtianiſſimoRecaredoRege,ſuccelsit

Luyba. 2. eius filius naturalis anno Domini.601. refert Illesc. 1.part.historię Pontificalis.lib. 4. cap. 25.de genealogia regum Gothorum.§.Luyba.2.fol. 156. Et similiter in regnis Hispaniarum successit Sisebutus,2.qui fuit. 22. Rex de antiquioribus Gothis horum regnorum, eoquè mortuo in eius locum successit Recaredus.2. eius filius anno Domini.620.Illesc.in. d. cap. 25.§.Recaredo.2.fo.157. col. 2.Item successit in eisdem regnis Hispaniæ Cyndasuindus 28.rex Gothorũ, eoquè mortuo anno Domini. 652. successit Recensuyndus eius filius. Illesc.in.d.cap.25.§.Recensundo.fol.158. colum. 2. Præterea, & Errugius Rex Gothorum Hispaniæ regnauit anno Domini.682.& fuit 33. Rex in ordine ante Pelagium,qui in suum successorẽ reliquit Egicam generũ suũ (qui fuit filius Fratris Bambę regis. 32. Hispaniarum ante Pelagium) anno Domini. 702. & post eum successit in his regnis Vitila (aliàs Vitiza) eius filius: eoquè defuncto succelsit in his regnis Rodericus eius filius,qui fuit vltimus Rex Gothorum,ac dominus totius Monarchiæ Hispaniæ. vt passim omnia iam dicta reperiuntur in chronicis antiquissimis horum regnorum, idem refert Volate. lib.2.commenta.Vrbano. ca. de Gothorum genere, & gestis.fol.9.colum. 1.in princip. Illesc.in.d.cap.25.§.Vitiza.cũ sequen.fol. 160.col. 2.

Quid plura,& postquàm reges Hispaniarum permissione Diuina, regna incæperunt recuperare à Saracenis, &
7 Mauris,eodem † iure sanguinis,perpetuæquè consuetudinis successum fuit in his regnis,& non per electionem: & plures successiones fuisse in his regnis iure sanguinis delatas à tempore antiquissimo vltra Authores antiquiores rerum Hispaniarum,videre licet Volatera.in.d.lib.2.cap. de Sarracenorum initio, & bello.fol.9.colum.2.& sequẽtibus post Alphonsum de Cartajena Episcopum Burgẽsem in annacephaleosi Regũ Hispaniæ per totũ. Archiep. Roderic.in chronica generali. per totam, & fratrem Roderic.de Yepes in geneologia regum Hispaniæ. per totum eius discursum. Vnum tamèn scias, quòd paulòpost annum. 890.regnabat in Hispaniarum Regnis Rex Ordonius, huius nominis Secũdus (qui fuit 14. rex in ordine

poſt Pelagium)qui poſt principium ſui regni fecit decapitari quatuor comites (qui ſic vocabantur, Almondar Blanco, Diego Almondarez eius filius, Nuño Fernandez, & Fernan de Anſurez) propter quod Caſtellani, qui tunc ſuberant regi Legionẽſiſe reuelauerunt, factiſquè inter ſe Magiſtratibus, ac iudicibus duobus (qui nominabantur Nuño Raſura, qui fuit auus comitis Fernan Gõzalez,& Layn Caluo, qui fuit quintus auus bellicoſiſſimi Zid Ruy Diaz). vnus rebus pacis, & alter rebus bellicis adminiſtrabant,quibus deſũctis reges in his regnis regnauerunt eodem iure ſanguinis traditur in chronicis antiquisſimis horum regnorum, quod,& refert Volatera. lib. 2.commenta.Vrbano,cap.de Sarracenorum initio, & bello.fol.9.colum.2. prope finè.

8 Regnumquè hoc Hiſpaniarum †habuit originem à Tubal (aliàs Iubal) nepote Noæ (de quo fit mentio Geneſ. cap. 10.in princip.) qui fuit fũdator huius regni prope annum.143.poſt Diluuiũ, refert Alphonſus Venero in Enchiridion. temporis, fol. 55. colum. 2. & fol.108.col 1. & Author ſupplementi Chronicarum, lib. 2. fol. 16. colum. 2.& Doctor. Pet. Anton.Beltran.1.par.hiſt.Hiſpaniæ.cap. 6. Hic enim Tubal erat ex Arameis,qui Perſæ ſunt, notat Beatus Iſidor. lib. 9.Ethimologia,vbi inquit quòd prædictus Tubal fuit egreſſus ex Armenia, & primus,qui Hiſpaniarum regnũ obtinuit. Sequitur Author chronicarum ætatum Mundi,in 3.ætate.fol.24.colum. 1 Volatera. lib. 2. commenta. Vrbano cap. de geſtis in Hiſpania vſquè ad Gothos. in princip.fol.6.colum.1.Hiſpa-
9 niarumquè hoc regnum† incępit anno Creationis Mundi. 3109. & ante aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti. 2090. traditur lib. 2. ſupplemen.chronica.fol.16.colum.
10 2.Plinius verò ait Hiſpanos Primos originem habuiſſe ab Orientalibus Iberis. Sequitur Volatera.in.d.cap.de geſtis in Hiſpania vſquè ad Gothos. in princip.fol.6.colum. 2.;Quas
11 Prouintias † Hiſpania contineat. habetur in d.lib. 2.ſupplemen chronica. fol. 16.col. 2.& Volatera.in d.lib.2.commentario. cap. de Hiſpania. fol. 5.& ſequentib.& alibi ſæpè traditur. Si verò curioſus
12 lector ſcire cupiat† quæ nationes Hiſpaniarum regna

occupauerunt (vltra Authores antiquissimos rerum Hispaniarum) ad saturitatem videat Volatera.in d.cap.de gestis in Hispania, vsquè ad Gothos.fol.7.colum.1.& 2.

Istudquè regnum Hispa-
13 niarū † agnouit Christi Domini nostri Sanctisſimum Euangelium ab eius primeua publicatione facta à diuinis Apostolis, à quorum tempore multi Christiani fuerūt in Hispania, vt constat in chronicis antiquisſimis horū regnorum, & refert Illesc. 1. part. historiæ Pontifical. lib. 1.cap. 16. de vita Eleutherij Papæ.fol.35.colum.1. Nam legitur, quòd Beatus Iacobus Maior dilectisſimus discipulus Domini Nostri Iesu Christi venit ad prædicandum in has partes Hispaniarum Dei dogmata,& veritatem Euangelicam anno eiusdem Domini. 48. habetur lib. 8.supplemen.chronica.fo. 189.col. 1.in fine.Illesc.in d.lib.1.cap. 32.de vita Diui Petri.§. Santiago el mayor. fol. 23. colū. 1. vbi refert Beatum. Isidor.
14 hoc dixisse. Corpusquè † ipsius Beatisſimi Iacobi Maioris est sepultum in Hispania, in Ciuitate eius nomine vocata,cum magna veneratione,& quotidiè claret infinitis miraculis, visitaturquè eius Sanctisſimum Corpus,ac Ecclesia ab Vniuersis Christi Nostri fidelibus per vniuersū Orbem, vt nobis per quàm notum est. idquè plenisſimè comprobatur in chronicis antiquissimis horum regnorum,& in principio chronicę Christianissimi Imperatoris Caroli Magni.& habetur lib. 8. supplemen. chronica. fol. 189. colum. 1. in fine. & in chronica generali ætatum Mundi.6.ætate.fol. 104 colu. 1.in fine.& Illesc. in d.§.Santiago el mayor.fol. 23. colu. 2.&nouissimè Anto.Possouinus lib. 4. Bibliothecæ selectæ.cap.1.num.11.pagi.306. & sequentib. Ipsequè Beatus Iacobus Mayor à nostris Catholicis regibus,eiusquè subditis habetur in maximum patronum, & defensorē apud Diuinam Maiestatem,& miraculosè visus in eorum fauorē in suis bellis, & præliare contra Sarracenos aliosquè inimicos Christi nostri eiusquè Sanctissimi nominis, vt passim traditur in chronicis antiquissimis,&modernis rerum Hispaniarum. Quod inuictissimi, & Catholici reges nostri infinitis vicibus affirmāt in suis priuilegijs,omnibus notisſimis, & Illesc. in

d.§.

d.§.Santiago el mayor fol.23 colum.2. Quin & tempore primitiuæ Ecclesiæ dicitur
15 etiam † quòd ille vas electionis, Doctorquè Gentium Diuinus Paulus venerit ad prædicandum ad hæc regna Hispaniarum Dei Nostri Sanctissimum Euangelium, traditur lib. 6. supplemen. chronica.fol. 130.colum. 1. & lib. 8.fo. 190.col.2.Sed creditur, quòd licet ipse Beatus Paulus promiserit venire in Hispaniam, ad prædicandũ (vt cõstat in epistola sua ad Roma.cap. 15. in fine. Quia vehementem amorem habebat erga Hispanos,ex beato Chrisostomo, quem sequitur Didac.Velazquez in defensione statuti Tolletani.cap. 31.pag. 73.versi.quod fortè) dispositione tamen Diuina ex iustissimis causis occupatus,implere non potuit, quod sic promisisit, vti affirmat Papa Gelasius in cap.Beatus Paulus. 22. quæst. 2. Vnde Author Chronicæ Generalis ætatum Mundi. in 6. ætate. fol. 103. col.2.in fine. affirmat, quòd Beatus Paulus in Hispaniam prædicandi gratia nauigauit, & in Narbona Ciuitate multos ad fidem Christi Nostri conuertit. Illesc. verò in 1. part.Pontificalis historiæ.lib. 1 cap.de vita Diui Petri.§.de vita Pauli.fol.22.col. 3.& Didacus Velazquez in defensione statuti Tolletani. cap. 31. referunt Diuum Hieronym. Isidor aliosquè antiquissimos Authores,ac grauissimos,qui affirmãt Diuum Paul. venisse in Hispaniam ad prædicãdum Euangeliũ Domini Nostri Iesu Christi.

Secundò principaliter prædicta consuetudo, quòd in regnis succedatur iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis,& non per electionẽ con-
16 stat. Nam etiam † eadẽ consuetudo semper obseruata fuit in regnis Christianissimi Regis Franciæ, in quibus etiam succeditur de patre rege in filium maiorem, in infinitum, & de consanguineo in consanguineum proximiorem eiusdem sanguinis regij & non per electionẽ magnatum, nec populorum ipsius regni, vt constat in chronicis antiquissimis,& modernioribus illius regni. Nostrisquè temporibus sic pluries consuetum fuisse, certò scimus. Et in proprijs terminis successionis regni Franciæ. hoc tenet Pet.Iacob.in pract. tit. de succesi.Regni Frãtiæ.col. 5. versi. sed dicendum, & sequentibus pluribus fol. 78.

Bal.in c.1.col.fi.versi.&idem in regno. de feud. March. Guid.Pap.quęst.114.Guiller. à Monserrat. de successione regum.in responsione ad primum dubium.num.39.Guilelrm.Bened. in cap. Rainuntius. de testament. verb. duas habens filias.num. 78.Chassene.in consuetud. Burgund. rub.3.§.5. in princ. & in Cathalogo Gloriæ Mundi. con sideratio.25.part.5.Boer.cōs. 10.Greg.Lup. in l. 2. tit. 15. verb.seyendo home para ello col.1.parti 2.Francisc. Sansouin.de guberno regni. lib. 1. fol.2.col.1.in fine.&lib.3. fo. 24.col. 2. & sequen. Lauren. Surius Cartuxanus in commentario rerum gestarum in Orbe ab anno.1500.vsquè ad annum.1568.pag.528. 691. & 729. Ioan. Dayma in prohæm.pragmaticæ sanctionis. fol.5.col.3. verb. primogenitus.Gerard.de Mercatore.in demonstratione temporum. pagin.250. cum sequentibus Volateran.lib. 3. commenta. Vrbano. cap. de Francorum origine,ac successionibus, & sequentibus.cap.fol.18. & sequentib.Ioan.Bodin in republicis.lib.6.cap.5. Carol. de Grassalio de fiscalibus Franciæ.cap.17.lib.1.Author supplemen.chronica.lib.9.& 11 fol. 291. & sequentibus Camalloa lib.25.compendij historialis.cap.15.in fine, & sequentib.capitul. pág.235. & sequentib.pluribus. Vnde ait Volateran.in.d.loco. quòd in regno Franciæ à sua institutione semper successerunt de patre in filium. De Carolo Magno Christianissimo, ac fælicissimo Rege. 23. Francorum legitur apud Authores rerum Franciæ, quòd tēpore suæ mortis in capite Ludouici Pij sui filij maioris imposuit coronam dicti sui regni, & quòd ex tunc regnauit ille Ludouicus Pius eius filius maior in isto regno Frāciæ. Hinc dixit Papirius Massonius lib.2 annalium regum Franciæ.pag. 165. quòd in omnibus penè Gentibus notum est, Gentes Francorū reges ex successione habere consueuisse. quod ibi aliquibus authoritatibus cōfirmat. Præterea & idem Papi. Massoni.eod.lib.2.pagin. 158. & sequentib. refert, quòd licet Magnates, & Proceres regni Franciæ anno Domini. 888. mortuo vltimo rege illius regni elegerint in suum regem Odonem penitus extraneum propter pueritiā Caroli Simplicis proximiorem consanguineum vltimi regis Fran-

tiæ, qui fuit filius Ludouici. 2. olim 26. regis Franciæ, nihilominus tamen abeo fuit regnum illud Franciæ sublatũ, ac eius administratio, & restitutum dicto Carolo Simplici proximiori consanguineo sanguinis regij Franciæ. Idem etiam fuit in Ludouico IV. Rege Franciæ 32. qui fuit vocatus trãsmarinus, & filius d. Caroli Simplicis, cui etiam fuit regnum illud Francię restitutum, & sublatum à Rodulpho extraneo, ex Rober. Gaguino lib. 5. annal. reg. Gallica. 23. fol. 74. cap. Rodo. pho Ioan. Tilio in chronicon. regum Franciæ. fol. 18. colum. 1 Mich. Ritia de regno. lib. 1. de regibus Franco. fo. 10. col. 1. Papiri. Massonio. lib. 2. annal. reg. Franciæ. pag. 185. & sequentib. Gerard. de Mercato. in demonstra tempo. pag. 260. Camalloa. lib. 25. compendij. cap. 45. 46. & 47. pag. 248. Quin immò, & in Regno Franciæ est lex expressa, & antiquissima, quæ hoc idẽ disponit, & vocatur lex Salica. sub titul. de allodijs. Cuius hæc sunt verba, nulla portio hæreditatis de terra Salica mulieri veniat, sed ad virilẽ sexum tota hereditas perueniat. Cuius legis tenorem refert Pyrrus Doctor antiquissimus Franciæ in commentarijs. tit. de lege Salica. in princip. Robert. Gaguin. lib. 8. annalium rerum Gallicarum. fol. 142. colum. 1. versi. cuius legis Guiller. Bened. in. d. cap. Rainuntius. de testamẽ. verb. duas habens filias. num. 73. Ioan. Leziri de primogenitura. lib. 1. quæst. 22. Ipsiusquè legis Salicæ verba communiter omnes Doctores Gallici intelligunt, de regali dominio, & successione. ex Guill. Bened. in d. num. 73. & Rob. Gaguin. in d. fol. 142. colum. 2. in fine. Couarru. in cap. 1. num. 8. in princip. practica. quæstio. Paul. Æmilius. de rebus gestis Francorum. in vita Ludouici. 10. regis Franciæ. pag. 431. in medio. Carol. de Grassalio. lib. 1. de regalibus Franciæ. cap. 17. pag. 165. in fine. Circa quam interpretationem dictæ legis Salicæ eiusquè materiæ, & intellectum aliquando Deo duce cùm tempus vacauerit, quàm plurima deducemus. Sed prædicta conclusio iure moderniori Francorum melius probatur. Nam Carolus Quintus cognomento sapiẽs (qui fuit 51. rex Franciæ) cũ Ioannes eius Pater Rex. 50. Frãtiæ esset captus apud Anglos, Franciæquè regnaret, legem

gem generalem condidit, futura prospitiens circa ipsius regni successionem, habita publica contione in Senatu, & Parlamento Parisiensi, statim post annum. 1364. Cuius legis hæc sunt verba, vt mortuo patre rege, maximus stirpus filius continuò succederet, is què ingressus quartum decimum ætatis annum, & coronaretur, & extra tutelam foret, res què administraret. Cuius legis supradicta verba refert Paul. Æmili. in d. chronica de rebus gestis Francorum. pag. 489. versi. sub quod tempus. Robert. Gaguin. in lib. 10. annalium rerum Gallicarum. fol. 163. col. 2. versi. his ita gestis. Etsi inibi alijs verbis referat tenorem ipsius legis in hunc modum. Quęquè primogenitum Francorum filium, regni administrationem recipere debere, cum quatuordecim ageretannum ne per longiorem tutelá occasio incideret, malebolis res nouas excitandi Greg. Lup. in l. 3. verb. de veynte aõos. in fine. tit. 15. parti. 2. Quid plura, & in chronica dicti Caroli Magni regis Franciæ. lib. 2. cap. 1. ad finem. legitur, quòd Rex Franciæ Pipinus. 22. Rex statuit, quòd Reges Franciæ succederent in illo Regno de generatione in generatione. Inibiquè dicitur, huius stabilimenti fieri mentionem in speculo historiali. Et etiam dicitur in eadem chronica. lib. 2. cap. 2. in princip. quòd post dictum Pipinum regnauit in illo Regno Franciæ hic Carolus Magnus eius secundus filius, mortuo priùs alio suo fratre maiore.

Regnumquè hoc Franciæ
17 † à Franco Hectoris filio habuit originem, ideò franci vocantur. Ioan. Dayma. (qui alias ethimologias huius dictionis Franci refert) in prohæmio pragmaticæ sanctionis fol. 2. col. 1. verb. francorũ Alphonsus Venero in Enchiridiom temporum. fol. 56. & Author chronicæ generalis ætatum, Mundi. 3. ætate. fol. 37. col. 1. & etiam Author suplementi chronicarum. lib. 3. fol. 59. col. 2. & fol. 69. col. 2. Volatera. lib. 3. commenta. Vrbano. cap de francorũ origine. in princip. Carol. Grassolio lib. 1. de regalibus Franciæ. ca. 2. pag. 12. Initiũ enim
18 regni Franciæ † à sua primeua fundatione fuit ab anno Creationis Mundi. 4081. & ante Aduentũ Domini. 1118 & tunc ipsi Franci habitabát in Franconia sub potestate capitanorũ; & illa prouincia

di-

dicitur Franconia Orientalis
in Germania,vbi núc est Sue
uia,quæ est vltra Rhenú Flu-
uium,& prope annum Domi
ni.4 ro.sibi eligerunt in regé
Pharamundum descendenté
legitimum à dicto Franco,fi-
lium Marcomiri dominú eo-
rú, vt referunt Authores sta-
tim citandi. Hic enim Pha-
ramundus decimo anno sui
regni,circa successionem ip-
sius regni Franconiæ fecit,
quòd quatuor homines sapié
tes stabilirent legem genera-
lem,quæ fuit dicta lex Salica,
quia facta & promulgata fuit
in Ciuitate Salechin,quę erat
principalior ipsius regni, &
ab eius denominatione fuit
vocata Salica. traditur lib. 3.
supplemen. chronica. fol.69.
col. 2. & seq. Volatera. lib.7.
comment. Vrbano.c. de diui-
sione,& populis citrą Rhenú.
col.1.& fi.fol.77.& sequen.&
priùs lib. 3.c.de Francorú ori
gine,& successionibus.col.2.
in princ.fol 18.Iulian delCa-
stillo in historia Gothorú.lib.
2.discurso.4.fol.37.col.3.Prę
dicti enim Franci (qui nunc
Galli dicti sunt, & olim fran-
cones, quia habitabant in d.
franconia Oriétali) quia plu-
rimú creuerunt,& gratia mu
19 tandi melioris soli t in pro-
ximiorem Galliá cum eorú
Clodio rege 2. se traiecerunt
(& hac de causa Galli d. sunt,
vt núc diximus) & manu ar-
mata illic habitantes exules
fecerunt:& ipsi paulatim po
stea tota Gallia potiti sút vsq;
1. in hodiernum dùm, vbi re-
gnum suum constituerút cu-
ius antiquitatis sunt Autho-
res. Volat.lib.3.commen.c.de
origine Frácorum, ac succes-
sionib.col.2.fol.18.Gerar, de
Mercat.in demóstr.tem. pag.
197.trad.in princ.Institut. Iu
stiniani.in eius vita.col.3.in
med.& li.3.de supple. chron.
fol.70.col.1. Camall. lib.2 5.
comp. histor.ca.14.pag.234.
propè fin.Iul. del Castillo in
hist.Goth.disc.4.fol.37.col.3
Principalis Ciuitas regni Frá
tiæ,ac eius caput est Parisi. in
Senonensi Prouintia,quę po-
pulata fuit à Paride cú Enea è
Troya secedens,quare ipsam
ciuitaté ab eodé Paride nomi
nauerunt.trad.in chron. gen.
ætatú Mundi.3.ætate,fol.39.
col.1.& quæ Gentes,& natio-
nes regnú hoc Franuæ occu-
pauerint. videre licet per Pa-
pir.Massoniú.li. 1.annal.reg.
Frátiæ pag.2.& seq.Quas pro
uintias contineat regnú Frá-
tiæ.videre licet Volat. lib 2.
cap.de Francorum origine,
ac successionibus in prin-
cip.

Similiter, & Tertiò, & in Regno Portugalliæ nostris temporibus fuerunt delatæ plures successiones iure sanguinis. Et nouissimè anno. 1580. in eodem regno Portugalliæ successit eodem iure sanguinis Catholicus rex noster, & dominus Philippus 2. Rex potentissimus, & inuictissimus, tanquàm proximior consanguineus præclarissimæ prosapiæ regalis regum Por-
20 tugalliæ. In quo regno† Portugalliæ ab eius antiquissima erectione, & creatione sēper eodem iure sanguinis perpetuæquē cōsuetudinis successum fuit per omnes descendentes primi Comitis Portugalliæ, vt constat ex chronicis antiquissimis regnorum Hispaniæ, & etiā regni Portugalliæ. Pluresquè similes successiones refert Volatera. lib. 2. commenta. Vrbano. ca. de regnis Nauarræ Aragoniæ & Lusitaniæ. fol. 13. colum. 1. Francisc. Sansouin. in libris de guberno regni. lib. 10. fol. 79. Quæ sententia probatur optimè in cap. grandi. de supplend. negli. prælato. in. 6. vbi hic tex. loquens de regno Portugalliæ, ait hęc verba, qui eidem regi si absquè legitimo decederet filio, iure regni succederet, & ibi glo. verb. iure regni. ait, quia ei debebatur ei successionę.

Regnumquè hoc Portu-
21 galliæ † à sua primęua fundatione fuit Christianorum, incorporatum, & vnitum tanquàm vnum corpus, & vnum regnum alijs Regnis Hispaniæ, à tempore Gothorum, & multo ante. ex chronicis antiquissimis Regnorū, & Portugalliæ. idem traditur lib. 2. supplemen. chrōnica. fol. 16. colum. 2. notat Pala. Rub. de obtentione Regni Nauarræ. 6. par. §. 10. pag. 3. versi. ab ipso, & sequentibus. Vbi, &
22 inquit † quòd olim regnum Portugalliæ fuit pars Regni Galletiæ (quæ est vna de Prouincijs regnorum Hispaniarum) & quòd caput Portugalliæ fuit regnum Galletiæ post Eram. 975. quod & constat ex Roderico Archie. Toleta. in chronica. lib. 5. ca 13. prope finem. & Alphonso de Cartajena in annazephaleosi Regum Hispaniæ. cap. 2 versi. sed sub Galletiæ. Et iterum ibi idem Cartajena. cap. 75 ait, quòd illa pars, quæ nūc dicitur Portugallia, erat pars Galletiæ, idem firmat Florian. de Ocampo in historia generali Hispaniæ. lib. 3. cap. 43. propè finem. Paul. Orisi. lib. 1. historiæ. fo. 3. col.

2.in princip.(vbi & ait,quòd Ciuitas Brigantiæ erat pars regni Galletiæ.) & Francisc. Sansouin.lib. de guberno regni.lib.4 fol.33.col.1.Carol. de Grassalio lib. 1. de regalibus Franciæ. cap. 6. pag. 65. post medium. Cùm & Episcopus Gerundensis in Paralipomenon Historiæ.lib.2.de aduentu Theucri,& aliorum Grecorum.fol.24.pag.1.vers. dicitur autem. (qui reperitur in fine chronicæ Antonij Nebrisensis) notanter ait
23 †quòd Regnum Galletiæ habuit nomen à Gallatia)(quæ est Prouintia illa, seu regnũ, quod hodiè Hispano sermone nominamus Galicia)quia omnis Portugallia ad Gallatiam expectat, vel saltè quidquid vltra Taxum, ac Doriũ amen est. Et Strabo de situ Orbis dixit, maximam Lusitaniæ partẽ Gallaicos appellatus. Sequitur Basc. & Abrahanus Ortelius in Theatro Orbis terrarũ. in descriptione Regni Portugalliæ. post principium. Et in sequenti Capitulo prædictus Episcopus Gerundensis, ait vnum singulare (à me nunquàm auditum) scilicet, quòd regnum Galletiæ,alias Gallatię ideò hoc nomen, seu originẽ habuit (secundum Diodorũ
24 lib.6.de Gallatis.) Quia†Gallates filius Herculis, & Celtis fuit primus Princeps populator Regni Galletiæ,qui fuit natione Grecus,& de Prouintia, quæ in partibus Gretiæ vocatur Gallates: & quòd hac de causa hic Gallates vocauit omnes suos subditos illius regni,& Hispaniæ regionis Gallatas: & quòd ex hoc omnis ea regio apud Hispanos Gallatia dicta est vsquè in hodiernum diem. idem refert Ioan.Boemus lib. 3. de moribus omnium Gentium. cap.23.colum.2.Alibi autem dicit Alphonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 56.colum.1.quòd hoc regnũ Galletiæ sic appellatum fuit à Theuchio filio Ajace Greci. Et quòd incolæ primi regni Galletiæ habuerint originem a Grecis. refert etiam Marineus Siculus in chronicom memorabilium Hispaniæ. lib. 3. cap. 1.in princip. Florus Iustinus in epithome historiæ Trogi Pompei. lib. 44 pag.2.versi Galleti autem & in versi. sed cùm. Florian de Ocampo in Historia generali Hispaniæ. lib. 3. cap.37. propè finem. Diuisionem
25 † inter Galletiam, & Portugalliam in chronica Archiepiscopi Roderici.lib.5.ca. o

legi-

legimus factam fuisse per regem donnum Santium Comitem Castellæ in hunc modum; propè Eram. 979. dictus rex Santius (qui olim grassus fuit vocatus) & fuit frater regis Hispaniæ donni Ordonis, eo defuncto Era. 963 postquàm in Ciuitate Legionensi construxit monasteriũ, in quo collocauit corpus sancti Pelagij, cùm vidisset Gallecos discordes intèr se, prædas, & discordias exercentes; insolentes eorum domuit, atquè coegit, vsquè ad Durium Flumen, & prope Eram. 974. diuisit Galleciam, & Lusitaniam. Quin, & ante dictum Connitem Castellæ donnum Santium, domuit Lusitanos, & omnes populos Galleciæ Brutus Romanus, ex Volaterrano. lib. 2. commentario ca. de gestis in Hispania vsquè ad Gothos. fol. 7. colum. 1. in medio. & statim num. 27. alia deducemus.

Regnumquè prædictum 26 Portugalliæ † & omnia alia regna Hispaniarum tãquam vnum corpus fuerunt pacificè possessa per Reges Gothorum (ex Pala. Rub. de obtentiõ. regni. Naua. 6. part. §. 4. in fine. & §. 6. 9. & 11. eiusdẽ partis. Hieronym. Roman in republicis. lib. fi. de republica Septentrionali. cap. 1. fol. 346 fol. 3.) vsquè ad regem donnum Rodericum (Gothorũ vltimum Regem) cuius tempore dictum regnum Portugalliæ, & ferè omnes prouintiæ Hispaniarum fuerunt à Mauris, & Sarracenis occupatæ per plures annos, donec Rex Pelagius (qui vt fertur, fuit frater dicti Regis donni Roderici. ex Pal. Rub. de obten. reg. Naua. 6. part. §. 7. & Hieronym. Roman. in d. republicis. lib. fi. de repubi. Septẽ. cap. 1. fol. 346. colum. 3.) qui à dictis Regibus Gothorum descendebat, miraculosè ex montanis Asturiarum (qui secretè aufugit cum infinitis nobilibus Christianis) in quibus se munierunt a Sarracenorum potentia: inc pitquè dictus Pelagius bellum incidere contra Mauros, & paulatim recuperauit plures prouincias Ciuitates, & populos horum Regnorum Hispaniarum, & post eum alij Reges domini Hispaniarum (descẽdentes à dictis Regibus Gothis:) idem fecerunt, præcedente Diuina voluntate, & auxilio Beatissimi Iacobi Maioris Apostoli Sanctissimi, vt animaduertunt omnes Authores antiqui rerum Hispaniarum in suis chronicis, &

plenius Roderic. Archiep. Toleta. in historia rerum gestarum in Hispania. lib. 4. cap. 1. in princip. Alphõsus de Cartajena Episcopus Burgensis in regum Hispaniæ annazephaleosi. cap. 45. in princip. Ioan. Lup. de obten. reg. Nau. 6. part. §. 6. 7. & 9. & in rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 69. nu. 26. in fine. Couarru. cap. 1. practi. qq. num. 1. versi. nam, & Sanctus Isidorus, & sequentibus pluribus. Tunc enim dictus Pelagius introiuit cum Mille hominibus Christianis in quadam cauea inexpugnabili (prout contingit Hæbreis contra Philisteos. lib. 1. reg. cap. 14.) quæ est in latere montis Euseuæ, rupta quasi Diuino artifitio; & cùm ibi esset, eum persuasit Episcopus Oppa (qui vt scriptum reperitur, erat frater comitis donni Iuliani, cuius causa ferè tota Hispania fuit destructa. cũ ipse iniquissimus Comes donnus Iulianus fuisset Capitaneus Ciuitatis Tanjar, quæ est in partibus Affricæ, quod vltra antiquos Authores rerum Hispaniarũ refert Volatera. lib. 2. commenta. c. de Sarracenorum initio, & bello. in princip. fol. 9. colum. 1.) vt se exhiberet voluntati Principis Taric (qui erat Princeps Arabum) cui prædictus Pelagius respondit, id nole facere, sed pro fide Christi nostri certare. Et in illo loco, & cauea prædictus rex Pelagius ita se viriliter gessit quòd interfecit magná multitúdinem Arabum: & ipse Episcopus fuit captus à Gentibus nostri Pelagij, quæ omnia copiosè habentur per Roderi. Tolleta. in. d. sua hist oria lib. 4. cap. 2. & alibi sæpè. Post dictum regem Pelagium, & alios reges suos descendentes propè Eram. 963 rex Hispaniarum dõnus Ordonius (qui etiam descendebat ab eisdē Gothorum regibus) congre-
27 gato exercitu † Gallecos perdomuit vsquè ad Vlixbonam principaliorem Ciu tatē huius regni Portugalliç (de quo est noster sermo) ex Roder. Toleta. in. d. eius historia. lib. 5. cap. 9. & lib. 6. ca. 11. & Alphonso Venero in Enchiridion temporum. fol. 66. colu. 2. & Alphonso Cartajena in annazephaleosi regum Hispaniæ. cap. 73. idem traditur in chronica comitis Fernan Gonzalez. ca. 9. Et etiam perdomuit eos Silo Rex Hispaniæ, gener regis Alphonsi. I ita Volatera. lib. 2. commenta. cap. de Sarracenorum initio, & bello. fol. 9. col. 1. Prędi

28 dicta Ciuitas Portugalliæ † Vlixbona fuit condita, & occupata ab Vlixe famosissimo Greco, ex Beato Isidoro lib. 15. Ethimologia. cap. 1. colum. 6 versi. Vlixbona. fol. 77. Volatera. lib. 2. cap. de Hispania. fol. 5. colum. 2. in principio. Solinus de memorabilib. Mūdi. cap. 35. fol. 75. colu. 1. Author supplemen. chronic. lib. 3. fol. 61. col. 1. Post hæc autē Rex Ferdinandus. I. qui fuit Rex Castellæ anno Domini. 1034. in totum recuperauit
29 à Mauris † omnes aliàs Ciuitates, & oppida Regni Portugalliæ. Et hic Ferdinandus Primus fuit, qui priùs in Portugallia habuit Regis nomen ex Roderico Toletano in sua historia. lib. 4. cap. 11. & post alios antiquiores Authores hoc refert indistinctè Camalloa lib. 34. compendij. cap. 1. colum. 2. versi. la lengua que en Portugal se habla. Itaquè prædictus Ferdinandus. Primus Rex Castellæ fuit effectus verus dominus huius regni Portugalliæ: & similitèr possedit alia regna Castellæ Legionis, & Galletiæ indiuisa, donec tempore suæ mortis ea diuisit inter omnes eius filios hoc modo. Donno Santio eius primogenito regnū Castellæ, & partem regni Nauarræ (quam à Mauris acquisierat) prout diuidebat Fluuium Ebro. Regnūquè Galletiæ, & Portugalliæ adiudicauit donno Garsiæ eius secūdogenito. Donno Alphonso eius filio minori assignauit regnū Legionis, cum Asturicensi prouincia. Ipseque Ferdinandus pater fecit, quòd dicti omnes, eius filij approbarent dictam diuisionem sub iuramento, & minimè contradicturos. Quam diuisionem fecit prædictus rex Ferdinandus Primus anno Domini. 1060. Cuius diuisionis fit mentio in chronica generali Hispaniæ. & in chronica Zid. Ruy Diaz. cap. 2. colum. 2. idem refert Archiep. Roderic. in d. eius historia. lib. 6. ca. 11. in fine. & cap. 12. Ioan. Base. 1. tomo chronicorum Hispaniæ. cap. 19. in princip. Alphonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 53. col. 2. Hanc enim diuisionem
30 † regnorum contradixit, ac reuuit approbare prædictus rex Hispaniæ donnus Sātius primogenitus dicti regis dōni Ferdinandi 1. quia erat masculus, ac primogenitus, cui omnia ipsa regna pertinebant iure primogenituræ, & maioriæ, alijs suis fratribus exclusis, ex dispositione gene-

rali Regum Gothorum, quibus erat dispositum, quòd in omnibus Regnis Hispaniæ (de quibus erat hoc regnum Portugalliæ) succederet tantùm filius primogenitus, & masculus exclusis alijs fratribus. Cuius contradictionis fit mentio in dicta chronica generali Hispaniæ, eius etiam meminit Ioan. Baseus. 1. tomi. chronicorum Hispaniæ. cap. 19. in principio, & Hieronymus de Yepes in genealogia regum Hispaniæ. in vita dicti Regis Ferdinandi Primi fol. 43. colum. 2. in principio, & in correlarijs eiusdem genealogiæ. fol. 52. Vbi & hic Author refert, quòd etiam Hispaniæ Rex Ioannes 1. voluit durante eius vita regna Hispaniæ diuidere inter eius filios, & quòd nemine discrepante in suis Curijs generalibus fuit contradictum. Po-
31 tuitquè † iure optimo dictus Rex Santius primogenitus dicti Regis Ferdinandi. 1. facere dictam contradictionē. ex dictis in præsenti quæstione in principio eius. nu. 9. & sequentibus. Et quia stante dicta contradictione filij primogeniti Regis, non tenet diuisio Regnorum. tenet in terminis Bal. in cap. 1. §. item Sacramenta. nume. 18. de pace iuram. firman. Ludouic. de Molina. lib. 1. cap. 2. num. 13. Rox. in epitome successionum. cap. 50. num. 30. & sequentibus Hierony. de Yepes in genealogia Regum Hispanie. in vita dicti Ferdinandi Primi. Etsi contrarium teneat Ioan. Garsia de expensis, & meliorationibus cap. 16. num. 20. Eandem
32 † etiam contradictionem fecerunt Magnates, & proceres horum regnorum Hispaniarum. habetur in chronica Zid Ruy Diaz, cap. 2. post principium, & in chronica generali Hispaniæ. Mortuo dicto donno Ferdinando I. Rege Hispaniarum successit dictus eius primogenitus dōnus Santius, qui cùm mouisset bellum contra Sarracenos Cęsar Augustę anno 3. sui regni (qui fuit annus Domini. 1063.) et cū in illo bello esset personaliter occupatus, nunciatum fuit ei, quòd donnus Garsia eius frater minor (cui vt diximus nunc num. 29. & dicta paterna diuisione competebant prouintiæ Galletiæ, & Portugalliæ) tentauerat occupare terras assignatas per eundem Ferdinandum Primum regē Hispaniæ suum primogenitorē

Eurracæ, & Eluiræ eius filiabus. Cuius facti dictus rex Santius valdè condoluit, & facta pe reũ pace super acique stu Cęsare Augustę, in Castellam fuit reuersus. Mouitquè statim exercitum suum contra dictum donum Garsiam eius fratrem minorem (qui iam vocabatur Rex Galletiæ, & Portugalliæ) & tandèm post multas belli disensiones
33 † prædictus donnus Garsia fuit superatus à dicto donno Sãtio rege, quem missit captum magna custostia in castellum oppida de Luna, vbi post aliquot annos mortuus fuit sine descendentibus anno Ere. 1117. traditur in chronica generali Hispaniæ. in vita dicti regis donni Santij. idem refert Roderic. Archiep. lib. 6. suæ histeriæ. cap. 3. 15. & sequentib. Alphonsus Cartajena in annazephaleosi regum Hispaniæ. cap. 73. Alphonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 53. colu. 2. idem habetur in chronica Zid Ruy Diaz. cap. 5. Captoquè dicto donno Garsia, prædictus Rex Santius tanquàm primogenitus, & descendens à dicto Hispaniarum rege Pelagio recuperauit omnia regna, & terras, quas eius pater donnus Ferdinandus. 1. diuiserat inter omnes eiús filios, præter Ciuitatem Camorensem, non obstante dimisione paterna prædicta. habetur in d. chronica Zid Ruy Diaz. cap. 7. & 6. refert Archiep. Roderic. in. d. eius historia. lib. 6. cap. 19. & Alphonsus Cartajena in. d. eius historia. cap. 75. Defuncto dicto rege donno Sãtio per insidias abs què descendentibus, tempore quo erat cum suo exercitu super dictam Ciuitatem Camorensem (habetur in d. chronica generali Hispaniæ, & Roderi. Toleta. d. lib. 6 c. 19.)
34 in eius † locum succeſsit in dicto regno Galletiæ, & Portugalliæ, & in alijs regnis Hispaniarum donnus Alphonsus eius frater secundogenitus huius nominis. 6. qui cæpit regnare anno Domini. 1066. traditur in chronica generali Hispaniæ. in vita ipsius regis Alphonsi VI. & in chronica Zid Ruy Diaz. cap. 17. Roder. Toleta. lib. 6. suæ historiæ. cap. 20. & sequentibus, & Alphonsus à Cartajena in dicta eius historia. cap. 75. Hic Alphonsus VI. est ille rex Hispaniarum, qui vulgo dicitur,
35 el de la mano oradada † & qui à Sarracenis nostris inimicis recuperauit Sanctam

Ciui-

Ciuitatem Tolletanam. habetur in. d. chronica generali Hispaniæ. in eius vita. & Archiep. Roder. lib. 6. suæ historiæ. cap. 23. Ioan. Baleus. 1. tomo chronicorum Hispaniæ. cap. 19. & Alphonsus Cartaxena in. d. sua historia. cap 75

Prædictus Rex Alphõsus.
36 6. fuit† pater naturalis donne Theresæ, quam habuit ex quadam nobili concubina vocata Nimena Nuñez (alias Muñoz) de Guzman. Eamquè anno Domini. 1073. (aut 1090. vel secundum alios. 1100.) in vxorem tradidit comiti Hérico Alemano, qui fuit prius comes Lothiringiæ, qui legitur, quòd fuit filius, aut frater cuiusdam imperatoris imperij Constantinopolitani, & ambo filij comitis Raymundi, ex Roder. Toletano lib. 6. suæ historiæ. ca. 20. in fine. Alphonso Cartaxena in. d. cap. 75. refert plura in proposito Ioan. Bale. 1. tomo chronicorum Hispaniæ cap. 19. & Doctor Pet. Anto. Beuter. 1. part. chronicæ generalis Hispaniæ. cap. 32. ad finem. Et tempore dicti ma-
37 trimonij† prędictus Rex Alphonsus. 6. eis concessit omnes Ciuitates, & oppida, ac ẽt omnes terras quas habebat in d. Regno Portugalliæ (vt iam diximus in præsenti parte. n. 34.) cum titulo comitatus, & feudi nomine dotis. habetur in d. chronica generali Hispaniæ. in vita ipsius regis Alphonsi. 6. & in chronica Zid Ruy Diaz. c. 20. refert Alphonsus Cartaxena in. d. c. 75 Marine. Sicul. in compendio rerum memorabiliũ Hispanię. li. 7. c. de la succession de los Reyes de Portugal. col. 1. Roder. Santius (olim Episcopus Palentinus) in cõpédio sua historia Hispan. 4. par. c. 8. Pet. Anton. Beuter. in chronicon. Hisp. 1. par. ca. 32. propè finem. Didac. Valera. in abreuiatione chronicorũ Hispan. c. 57. & 106. Volater. li. 2. cõment. c. de regnis Nauar. Aragoniæ, & Lusitan. col. 1. Ioan. Basseus. in d. 1. tom. chroni. c. 19. Francisc. Sanso. in lib. de guberno. lib. 10. fol. 79. col. 1. Abraham Artelius. in teatro Orbis terrarum. in descript. regni Portugalliæ. post princ. Mich. Ritio in lib regn. lib. 3. de reg. Hispan. fol. 49 col. 2. vers. suscepit Alphons. Hiero. Yepes in geneal. reg. Hisp. in vita ipsius regis Alphonsi. 6. fol. 43. col. 2. & in correlarijs eiusdem Genealogiæ. fol. 52. col. 1. Quã donationẽ dictus Rex Alphõs. 6. fecit eis cũ recognitione subiectionis, & va

sallagij perpetui, & vt reges Portugalliæ deinceps venirēt & sui successores ad comitia Legionensia, cùm reges regni Legionensis ea celebrarent, vel cum mãdato speciali per interpositam personam, cum iuramēto homagij, & perpetuæ fidelitatis in Regum Legionensium fauorem, & in recognitionem vassallagij eis quolibet anno præstarēt certum tributum, & cùm opus fuerit, eis seruirēt ad sua bella cum. 300. hominibus arma tis ipsorum comitum expensis, & in casum contrauentionis, amitterent omnia donata, & comitatus Portugalliæ reuerteretur ad reges Legionenses, vt, ea, vel partem, quá vellent, possent ad libitũ donare, quod referunt multi ex prædictis Authoribus nunc citatis, & Camalloa. lib. 34. cõpendij. cap. 4. & 8. multiquè ex regibus successoribus Portugalliæ prædicta omnia denuò confirmarunt. ex Pal. Rub. de obten. reg. Naua. 6. part. §. 10. pagin. 3. versi. ab ipso. & sequentibus Francisc. Sansouin. in d. lib. 10. fol. 79. Camalloa in d. lib. 34. cap. 8. & 13. Post mortem verò dicti Henrici. 1. comitis Portugal-
39 liæ † successit in eodem regno Portugalliæ Alphonsus 2. comes eius filius, qui prius se nominauit ducem, postea verò sibi reges nomen assum psit anno Domini. 1169. absquè licentia regum Hispaniæ quorum vassallus, & feudatarius erat. Pal. Rub. de obtētio. reg. Naua. 6. part. §. 10. pag. 3. versi. Alphonsus titulum. Volatera. lib. 2. commenta. cap. de regnis Nauarris Aragoniæ & Lusitaniæ. post med. Roderi. Toletan. lib. 6. suæ historiæ. cap. 21. in fine. & lib. 7. ca. 6. Alphonsus Cartajena in historia. cap. 75. post princip. Marine. Sicul. in compendio Hispanico. lib. 7. cap. de la succession de los Reyes de Portugal. colum. 1. & 2. Ioan. Basse. 1. tomo chronicorum Hispaniæ. cap. 19. versi. Henrico Abranus Hortelius in theatro Orbis terrarum. cap. de descriptione regni Portugalliæ. propè finem. Florian. de Ocampo. lib. 3. historiæ generalis Hispaniæ. cap. 37. colu. 3. in princip Francisc. Sansouin. de guberno regni. lib. 10. fol. 79. Camalloa lib. 34. cõpendij. cap. 5. colum. 3. versi. cosa fue notable. & cap. 10. & 13. colum. 1. post Pet. Anton. Beuter. vbi supra num. 36. Multi enim ex dictis Autho-
40 ribus referunt † quòd prædictus Alphonsus Henriquez

comes

comes Portugalliæ fuit primus, qui á Mauris recuperauit Ciuitatem Vlixbenam,& qui simul quinquè regibus vno prelio superatis,quinquè scutorum insigniæ facti monumentum posteris reliquit, & quòd cùm hoc viderunt eius subditi, eum nominauerunt regem. Oliuerus à Marca in annalibus accuratiùs insignia huius regni depingit in hunc modú. Inquit enim ibi,primo fuisse clypeum argenteum sine aliqua imagine, postea deuictis quinquè regibus, quinque argenteos orbiculos additos in memoriam quinquè vulnerum Domini nostri Iesu Christi, quæ illi interpæliandú apparuere. Aut (vt alij referunt) quòd quinquè vulneribus Sanciatus Deo opitulante non accubuit,quòd etiam tradit Abranus Hortelius in. d. theatro Orbis terrarum. in descriptione regni Portugalliæ.propè finem. Plura etiam de regni Portugalliæ origine refert Ioan. Barrus.cap. 1.Decadum. Ex superioribus noto-
41 riè constat † regnú hoc Portugalliæ fuisse vnam de prouintiis regnorum Hispaniæ. quod etiá traditur lib. 2.supplemen.chronica.fol. 16. col. 2. Et eisdem constat etiam
42 † Reges Portugalliæ connumerari inter reges Hispaniæ, vt in terminis refert Barba. consil. 11. scripsit colum. 7. versi.ita videtur lib. 1. sequitur dominus meus Burgos de Paz in.l.1. Tauri.nume. 115. & Ioan.Boemus lib. 3.de moribus omnium Gentium.cap. 4.colu.fi.& cap.25.in principio.

Post hæc autem Alphonsus. X. Hispaniarum Rex(cogno
43 mento sapiens) exemit † nepotem suum donnum Dionysium Regem Portugalliæ ab omnimoda iurisdictione vassallagio fidelitate,ac tributo, ab omniquè superioritate regum Hispaniarum,vt constat in chronica generali Hispaniæ,&in alijs chronicis illius temporis. tradit Rode. Yepes in genealogia Regum Hispaniæ.in vita.d. Alphonsi. 10. fol. 45. colum. 2. fuitquè adeò in mensa prædicta remissio, & concessio Alphonsina in fauorem Regum Portugalliæ, quòd reputatus fuit prodigus,& dilapidator: præbuitquá occasionem principi donno Santio eius primogenito, quòd contra eum se rebellaret eius vita durante, quem priuauit maiori parte Ciuitatum,&populorum horum regnorum Hispaniarú.

prout

prout ipse Princeps donnus Santius testatur in Curijs generalib. quas celebrauit paulo post dictam remissionem, & separationem in antiquissima Ciuitate Palentina corã Magnatibus, & proceribus horum regnorum Hispaniarum, protestans sibi, nec regibus Hispaniarum suis successoribus minimè nocere, vt cõstat ex chronicis antiquissimis horum regnorum. Cuius contradictionis, & protestationis meminit Didac. de valera in abbreuiatione chronicorum Hispaniæ. cap. 114. Similitèr, & eandem contradictionem fecerunt Magnates, & proceres Hispaniarum regnorum in Curijs generalibus Ciuitatis Hispalensis, tanquàm factam ipsam diuisionem regnorũ in enorme damnum eorum, & supremæ iurisdictionis regum Hispaniæ. Quorum contradictionis meminit Roder. Santius (olim Episcopus Palẽtinus) in compendiosa historia Hispanica. 4. part. cap. 3. dicens, quòd ex hac causa plures de Magnatibus horum regnorũ discesserunt à dictis Curijs, non petita nec obtẽpta dicti Regis Alphonsi. 10. licentia. Immò & ibi ait, quòd dicti Magnates, & plurimi alij barones vltra trium Millia se subtraxerunt à fide, ac reuerentia ipsius regis Alphonsi, & quòd ad regem Granatæ se contulerunt, & ex indè acerbissimum bellum contra eum gesserunt, quod multo tempore durauit. Eiusdem contradictionis meminit Volatera. lib. 2. commenta. cap. de Sarracenorum, & belli initio. fol. 11 colum. 1. post medium. Post præd ctam verò remissionem vassallagij, & exemptionem iam relatam, dictus Rex Portugalliæ donnus Dionysius, & alij sequentes Reges Portugalliæ semper fuerunt exempti à superioritate, & vassallagio nostrorum Regum Hispaniarum. Et tan-
44 dem † anno Salutis nostræ. 1580. Catholicus Rex, ac dominus noster, & regnorum Hispaniarum Philippus II. successit ex plurìbus causis, & vrgentissimis (hic consultò omissis) in toto Regno Portugalliæ per mortẽ Christianissimi Card nalis Henrici vltimi regis ipsius regni, tanquàm verus Dominus, & successor ipsius regni (vt perquàm notissimum est.) & iterum regnum illud fuit vnitum cum his regnis Hispaniarum, & copiosè hoc etiam refert Rode. de Yepes in genealo-

nealogia Regum Hispaniæ. in vita prædicti nostri Catholici Regis Hispaniarum Philippi. II. fol. 31. col. 2.

45 Quartò † & in Regno Boemiæ succeditur etiam iure sanguinis de patre in filium, & de proximiore consanguineo in proximiorem, & perpetuæ consuetudinis, & non per electionem. tradit Volatera. lib. 7. commenta. cap. de Boemia. in princip. fol. 81. & lib. 23. fol. 280. colum. 1. in medio. Author supplemen. chronica. lib. 13. fol. 365. col. 1. & lib. 14. fol. 389. colum. 2. in fine. & Author chronicæ generalis ætatum Mundi. in 6. ætate. fol. 216. colum. 1. & fol 220. colum. 1. Licet aliqui Authores contrarium dicant Nostris tamen temporibus secundum priorem sententiā successum iure sanguinis fuit & non per electionem, vt certò scimus.

46 . Hoc † enim Boemiæ Regnum populatum fuit à Ezechio Croatino. refert Alphōsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 61. colum. 2. in medio. Initiumque sumpsit hoc Regnum à Sclauis, qui relicto Campo Sennaar ex Asia in Europam profecti sunt. tradit Author chronicæ generalis ætatum Mundi. 3. ætate. fol. 24. pag. 1. in fine.

47 Vbi etiam dicit † quòd Regnum istud Boemorum per multa tēpora à ducibus gubernatum fuit, & quod deindè à temporibus Federici. I. à regibus in maxima gloria vsquè initium hæresis sub varijs regibus, & imperatoribus Floruit. idem refert Cuiatius lib. 1. de feudis. tit. 1. de his, qui feud. dare po. pag. 15. post

48 princip. Primusque † Rex huius regni Boemiæ fuit vocatus Boemus, & ab eo fuit nominatum regnū hoc Boemia, qui incepit regnare anno Creationis Mundi. 2772. & ante Aduentum Domini. 2246. traditur lib. 2. supplemen. chronica. fol. 18. col. 2.

49 Istudque regnum † Boemiæ eiusquè Gentes receperunt fidem Domini Nostri Iesu Christi anno eiusdem Domini. 863. aliàs. 905. secundum Alphonsum Venero. in d. loco fol. 61. colum. 2. in medio. idem refert Author supplemen. chronica. lib. 11. fo. 297 Tempore enim quo regnū hoc Boemiæ regebatur per

50 dux est Primus Dux Christianus fuit Spitigneus prope annum Domini. 910. tradi tur in d. chronica generali ætatū Mundi. 6. ætate fol. 177. colu. 2. (vbi & legitur de Vence-

slao

slao Duce Boemiæ, qui fuit Christianissimus, & vsquè ad vltimum suæ vitæ virginitatem seruauit, & quòd nunquã neglegit audire offitia Diuina in templis, tàm diurna, quàm nocturna, & noctis tépore nudis pedibus super glatiem neminem iter agentem vim frigoris minimè sensisse. Alij dicunt, quòd primus Dux Boemiæ Christianus, qui cum omnibus suis Gentibus fuit conuersus ad nostram Sanctissimam fidem Catholicam, fuit Borsibeyo. refert Illesc. 1. part. historiæ Pontif. lib. 4. cap. 63. de vita Stephani. 7. Papę. 127. fo. 220 colum. 4. vbi, & loquitur de his duobus ducibus Boemiæ. Alij etiam dicunt, quòd anno Domini 864. regnauit Boemiæ quidam rex, qui admonitionibus Nicolai Pontificis Maximi ad fidem Christi se conuertit cum toto eius regno, & quòd hic rex fuit magnæ sanctitatis, & per aliquot annos ante eius morté Monachus effectus fuit, & regnum suum cessit filio suo primogenito. traditur lib. 11. supplemen. chronica. fol. 297. colum. 1. Olim enim
51 † cum fides Catholica esset in augmentum in regno Boemiæ, vocabatur regnum illud Flos dulcoris, quæ olim inter Principes, atque Reges dulcissimam redolebat suauitatem, nunc verò regnum illud saporem fætidum habet, quo in eo sunt aliqui hæretici traditur in chronica generali ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 230. col. 1. in fine.
52 Quintò in Regno † etiam Vngriæ succeditur iure sanguinis perpetuæquè consuetudinis, & non per electioné. probat tex. expræssus in cap. licet. de voto. notat Volatera. lib. 7. comment c. de Boemia. in princip. fol. 81. Mich. Ritio in libris de guberno regni lib. 1. & 2. de regibus Vngriæ fol. 65. & sequentibus pluribus traditur lib. 14. supplemen. fol. 390. colum. 1. in medio. Qua ratione, cum anno Domini 1380. Ludouicus Rex Vngriæ moreretur sine liberis, fuit electus in regem illius regni Carolus de prosapia Regum Pullæ. traditur in. d. lib. 14. supplemen. fol. 390. colum. 1. Volatera. lib. 6. commenta. cap. de historia Siciliæ. fol. 75. colum. 2. in fine. Quin & anno 1540. cùm essent magnæ differentiæ inter domum Ferdinandum ab Austria Christianissimum regem Romanorum, (fratrem nostri inuictissimi, & per quã

Catholici Imperatoris domini nostri Caroli. V. partem Maiestatis Catholici Regis nostri Philippi II.) & Ioannem Sepucio, qui tunc possidebat hoc regnum Vngriæ, inter se pactum hoc, & pacē fecerunt, quòd ex quo ipse Ioannes Sepucio erat multū senex, non duceret vxorem, sed quòd eo mortuo, succederet ipse Rex Romanorum, & sui descendentes in eodem regno Boemiæ. refert Illesc. in 2. parte historiæ Pontif. lib. 6. in vita Pauli. 3. Pontificis. §. 12. fol. 374. col. 2. & sequen.

53 Antiquitusquè hoc † regnum Vngriæ anno salutis nostræ. 450. vocabatur regnū Pannoniæ, & cum prouincia illa, seu regnum fuit debellatum, & superatum ab Hunnis Gentibus terræ Septentrionalis, ab eorum denominatione totum illud regnum fuit vocatum Regnum Vngriæ. refert Illesc. li. 1. historiæ Pōtif. 1. part. cap. 14. de vita Leonis. 1. Papæ. fol. 77. colum. 4. & cap. 16. de vita Simplicij Papæ. fol. 84 col. 4. Hoc enim

54 † tempore cùm hoc regnum Vngriæ vocabatur regnum Pannoniæ tunc in eo succedebant Reges in eodem Regno per successionem iure sāguinis, & non per electionem. Volate. lib. 6. commenta. cap. de historia Siciliæ. fol. 75. col. 2. in fine, & lib. 7. cap. de Boemia. in princip. fol. 81. & seq.

55 Regnum quidem hoc † Vngriæ recepit fidem Euangelicam Domini nostri IesūChristi. 1002. ad instātiam Christianissimæ Reginæ ipsius regni nomine Galæ. ex Alphōso Venero in Enchiridion temporum. fol. 66. & sequentib. & fol. 98. colu. 2. Alij dicunt, quòd hoc regnum Vngriæ, & eius gentes receperūt fidem Sanctissimam eiusdem Christi, & Saluatoris Nostri tempore Stephani primi Regis Christiani illius regni (qui regnabat āno Domini. 983.) sermonibus Aldoberti Episcopi Bracarensis, & hic Stephanus fuit ornatus Sanctissima vita, & moribus. refert Author supplementi chronicarum. lib. 12. fol. 307. colu. 1. Aut secundum alios anno. 1020. prædictus rex Stephanus Christi nostri fidem sanctissimam recepit publicè ad instantiā Christianissimi imperatoris Henrici. I. (qui in Imperio Occidentali cæpit imperare āno Salutis nostræ 1003.) & Runegundæ imperatricis eius coniugis, cui ipse imperator tradidit in vxorem Sororem suā. refert Vo-

latera.lib.23.commen.c.post Arnulphum fol.278.col.1.in medio,& Author chron.gen. ætatũ Mundi.6.ętate.fol.186 col.1.187.col.2.& fol.188. col.2.vbi & dicitur,quòd hic Stephanus floruit magnis miraculis cũ eius vxore Glisila Matrona Christianissima,Sorore dicti Imperatoris Henrici 1. Similiter, & eiusdem regni Vngriæ fuit rex sãctissimus Emericus filius ipsius regis Stephani,de quo legitur quòd tempore suę iuuentutis pre cæteris; & supra communem hominum naturam,Diuino munere fuit sublimatus & iustitia,prudẽtia, mansuetudine,misericordia, largitate,humilitate,& pacientia armatus,& quòd fuit Deo amabilis,& hominibus honorabilis, & quòd post eius mortem multis claruit miraculis. traditur in.d. chronica generali ætatum Mundi. in. 6. ætate. fol.188.col.1.

56 Sextò & in regno † Polloniæ à sua primeua fũdatione iure sanguinis succedebatur, & non per electionem. Vola. lib.7.commenta.ca.de Pollonia.fol.82.& seque.Francisc. Vicen. de Tornamira in cosmographia.pag.272.post authorem chronicæ generalis ætatum Mundi.6.ætate.tit.de regno Pollonię,& eius initio. post fol.299. vbi refert hic Author plures successiones similes,quas dicit,fuisse delatas iure sanguinis,& perpetuę consuetudinis, & nõ per electionẽ. Ex post facto tamen elapsis infinitis annis, cõtrarium fuit seruatum,& in hoc regno Pollonię per electionẽ successum fuit vsquè in pręsentem diem, etiã si vltimus rex cum filijs moriatur.Quæ electio regia habuit originẽ à Sigismundo Augusto filio Sigismũdi regis ipsius regni. ex Laurentio Surio in commentario rerum gestarum in Orbe ab anno.1550.vsquè ad annum. 1568. pag. 562. vbi testatur,quòd ante Sigismundum regem Polloniæ ordine regnarunt fratres eius natu maiores,Ioannes Albertus, & Alexander,& quòd post dictũ Sigismundum successorem, filium eius Sigismũdum Augustum eligerunt. quod etiã refert Tornamira in. d. pagi. 272. Semperquè in tali electione regis Polloniæ consideratur persona filij vltimi regis,si fuerit sufficiẽs ad ipsius regni administrationem Franciscus Sãsouinus hoc aduertit in libris de guberno. lib.9.fol.78.colum.1. Gentes enim huius Regni Polloniæ

ab initio suæ Monarchiæ regebátur per duces, & primus eorum dux fuit Craco, vltimusquè Dux eorum fuit Boleslaus, & cùm Imperator Otto videret tanti Principis, ac Ducis animi magnitudinem contulit se cum eo in Polloniam, quem prædictus Dux summis honoribus suscepit, & videns Cęsar tanti Principis liberalitatem, & mentis sublimitatem, diuiçiarumq; abundantiam, animo duxit tantum clarissimum Ducem Corona regia dignum fore, & ita eum regali sceptro, ac dyademate exornauit, ac cęteris dignitatibus Sedem regiam requirentibus celebrauit. traditur in chronica generali ętatum Mundi post 6. ętatem, & post fol. 299. tit. de regno Polloniæ, & eius initio Quin, & regnum hoc Pollonię olim fuit tributariū Imperatoribus, tanquàm feudale. refert Cuiarius lib. 1. de feudis. tit. 1. de his, qui feud. da. poss. pag. 15. post principium.

57 Septimo, & in Regno† Angliç succeditur iure sanguinis de patre in filium, & de consanguineo in consanguineum proximiorem, & non per electionem (& nostris temporibus pluries sic obseruatum esse, scimus) ex legibus expressis illius regni. refert Volatera. lib. 7. commenta. c. de Bretania. & cap. de populis ac regibus. Britaniæ varijs. fol. 27. colu. 1. & sequentibus pluribus. (quibus in locis refert hic Author materiā successionis huius regni Angliç) Author supplementi chronica. lib. 6. fol. 121. Lauren. Surius in commenta. rerum gestarum in Orbe ab anno Domini. 1550. vsquè ad annum 1568. pagin. 76. 607. & 609. Francisc. Sansouin. in libris de guberno. lib. 3. de repu. blica Angliæ. fol. 24. colum. 2.

58 Hoc † regnum Angliæ incepit anno Creationis Mundi. 4882. & ante Aduentum Domini Nostri Iesu Christi. 397. refert Author supplementi chroni. lib. 6. in princip. fol. 121. colum. 1. Aut secundùm alios anno Creationis Mundi. 4050. ex Alphonso Venero in Enchiridion temporum. fol. 59. colum. 1. Priùs enim hæc insula Angliæ fuit occupata à Gentibus Troyanis, qui fugerunt à Troya destructa, & tunc erat occupata à Gigantibus. refert Calepin. in dictionario vltimo. verbo. Anglia. (tempore Lamech filij

Adam erant Gigantes super terram, qui fuerunt viri famosissimi, & incredibilis potentiæ scientes bellum, traditur in chronica generali ætatum Mundi. 2. ætate. fol. 10. colum. 2.) vbi & refert, à quibus Gentibus etiam occupata fuerit Anglia. Alij verò dicunt, quòd Angli à principio fuerunt Saxones, qui ad hanc insulam transmigrauerunt. Papiri. Massoni. lib. 1. annal. reg. Franciæ. pagin. 61.

59 Primusquè Rex Angliæ † fuit Brutus cõsobrinus Eneæ Troyani. habetur in d. lib. 6. supplemen. chroni. fol. 121. colu. 1. & lib. 3. fo. 70. colum. 2. vbi hic Author in d. fol. 121. inquit, quòd hic Brutus fuit vltimus Rex Latinorũ, & quòd ab isto Bruto fuit vocatum regnum hoc Angliæ Bretania. Quod vltra eum constat. Nam hic Brutus anno Creationis Mundi. 4121. & ante Aduentum Domini. 1088. cùm hoc regnũ Angliæ fuisset possessum à dictis Giganteis, & tunc nominaretur insula Albiona, occupauit eam, & ex illo tempore hæc insula fuit vocata Bretaña maior: & postea cùm possideretur à quodam rege vocato Anglo, insula hæc fuit vocata regnũ Angliæ vsquè in hodiernum diem, ad differentiam Bretaniæ minoris (quæ est in partibus Franciæ) & ex ista occupatione Brutus ille remansit Dominus, & rex huius regni Angliæ. refert Author Chronicæ Generalis ætatum Mundi. 3. ætate, fol. 46. colu. 1. Volatera. lib. 3. commenta. fol. 26. colum. 1. cap. de populis, ac regibus Bretaniæ varijs (vbi & ait, quòd hic Brutus fuit nepos Ascanij Æneæ filij ex Siluio.) Illesc. 1. part. historiæ pontifical. lib. 1. cap. 16. de vita Eleutherij. Papæ. fol. 34. colum. 1. & lib. 4. cap. 1. de vita Greg. 1. Papæ. 66. fo. 121. colum. 4. Ioan. de Acosta de guberno rectoris in 2. tracta. dialogo 2. fol. 92. Hic Brutus diuisit hoc regnum Angliæ tempore suæ mortis inter tres eius filios. habetur. lib. 3. supplemen. chronica.

60 fol. 70. col. 2. fuit † ideò hæc insula Angliæ, seu regnum priùs vocatum Albion, ab albis rupibus. quas mare abluit Calepin. in vltimo dictionario. verb. Albion. Acosta in d. fol. 92. colu. 1. Anto. de Herrera in historia regni Scotiæ. fol. 1. Estquè hæc insula Angliæ mari circundata Occeano. refert Author Chronicæ generalis ætatum Mundi in 2. ætate. fol. 19. colum. 1. Ca-

lepin.in d. verb. Anglia. Caputquè huius regni Angliæ, vbi eorum reges resident sēper, est populus vocatus Londres (& Latino Sermone vocatur Londinum) fuitquè prius fundata hæc Ciuitas Londini à Lud, qui fuit filius maior. Hæli. refert. Volater. lib. 3. commenta. cap. de populis, ac regibus Britaniæ varijs. fol. 26. colum. 1. in fine.

61 Regnumquè hoc Angliæ fuit primum, quod in his partibus Europæ Dei nostri omnipotentis Sacratissimū Euāgelium, ac eius religionem, & fidem publicè anno Domini. 180. recepit. tradunt Pollidorus, & Cardinalis Pollus, quos sequitur Pet. de Riuadeneyra in historia Ecclesiastici huius regni Angliæ. fo. 2. col. 2. Illesc. 1. part. historiæ Pontifical. lib. 1. cap. 16. de vita Eleutherij. Papæ. fol. 34. colu. 4. & sequentibus. Quin & alij dicunt, quòd Ioseph ab Arimathea, & socij eius post Christi nostri Sanctissimam mortem venerunt in hoc regnum Angliæ, vbi eiusdem Christi Euangelium prædicauerunt, & multi fuerunt baptizati. refert Couarru. in præfactio. practica. quæstio. col. 2. in fine. Alij dicunt, quòd Normani, qui residebāt in dicto Regno Angliæ, receperunt Sanctam fidem Catholicam anno Domini. 189. (& quòd hoc contingit. 14. annis antequàm Scotij eam recepissent) & quòd Donaldus Primus Rex eorum Christianus cum suis Gentibus fecerunt plures, & magnas Ecclesias, & Monasteria, eis donando multa donna, & diuitias. refert Anto. de Herrera in d. historia regni Scotiæ, cap. 2.

62 fo. 9. Alij verò censent quòd primus Rex Christianus huius Regni Angliæ. Fuit Lucius, qui inibi regnabat anno Domini. 156. Volatera. lib. 3. commenta. in d. cap. de populis, ac regibus Britaniæ varijs fol. 26. colum. 1. in fine. Illesc. in d. cap. 16. colu. 2. Hic Lucius Rex Angliæ à Domino fuit vocatus, cùm Gentilis esset, & epistolam misit Eleutherio Max. Summo Pontifici (qui fuit. 14. Papa post diuum Petrum) qua supplicabat, vt se ac suos in Christianorum numerum reciperet, ipseque Summo Pontifex fugatium, & Damianum viros Optimos eo misit, qui regē ipsum, & suas Gentes baptizarent. quod contingit statim post annum. 185. Natiuitatis Redemptoris nostri. Ipsequè Rex Lutius baptismo

sub-

subscepto, mox omnia immobilia pridem Gentilium templis collocata, Christi Ecclesijs ampliata contulit, pluresquè Ciuitates extra regnum subiugauit, Domino virtute, ac miraculis claruit, & in vno ex dictis populis in pace quieuit, & similiter Emerita eius Soror martirio ignis coronã æternam meruit. hæc omnia refert Damasus, & Platina in vitis Pontificum in vita dicti Summi Pontificis Eleutharij & idem habetur in breuiario nouo Romano in vita eiusdẽ Summi Pontificis, pagin. 918 quòd & traditur in chronica generali ætatum Mundi in 6. ætatè. fol. 115. colum. 2. latè Illesc. in eiusdem Eleutherij fol. 34. colum. 4. sequenti. Alij verò dicunt, quod Cælestinus. 1. Papa. 45. propè annũ Salutis nostræ. 430. misit in Angliam Germanum Episcopum Altisiodorensem, cuius prædicatione hæretici sequaces Nestorij se submisserunt Sanctissimæ Ecclesię Romanæ, & determinationi Concilij Ephesim, in quo nomine ipsius Cælestini Papæ preerat Beatissimus Cyrillus anno. 428. Episcoporum. 200. quos ibi fecerat coadunari imperator Theodosius. 2. mandato ipsius Cælestini. refert Illesc. 1. part. historię Pontifi. lib. 2. cap. 12. de vita Cælestini. 1. Papæ. fol. 75. colum. 4. Alij etiam dicunt, quòd post annũ Domini. 548. Angli sunt amplexi pietatem religionis sanctissimæ. Secundum Papirium Massoni. lib. 1. annaliũ reg. Franctię. pag. 61. Alij quidem dicunt, quòd paulò post annum 614. Gregorius Papa huius nominis primus, vir Christianissimus misit Augustinum Milletum virum Sanctissimum, & Ioannem Monachum, & alios fideles Monachos, ad prædicandum fidem Sacrosanctam Domini Nostri Iesu Christi eiusquè Diuinum Euangelium in Angliam, & totum ipsum regnũ conuersi fuerunt, & baptizati, & receperunt fidem Catholicam. Secundùm Volatera. lib. 3. commenta. cap. de populis, ac regibus Britaniæ varijs fol. 27. colum. 3. Author supplemen. chronica. lib. 3. fol. 70. colum. 2. Papiri. Massoni. lib. annal. reg. Franciæ. pagin. 62. Couarru. in præfactione practica. qq. post medium. Illesc. in d. 1. part. histo. Pontif. lib. 4. cap. 3. de vita Gregorij 1. Papæ. 66. fol. 123. col. 4. in fine. cum sequent. quod etiam alij tenent, quos sequitur Pet. de Riuadeneira. in

hiſto. Eccleſiaſtici. ſciſme Angliæ.fol.2. colum. 2. licet prius tempore Benedicti. 1. Papæ 64.anno Domini.183. miſſerit Angliæ prædictum Gregorium Diaconum (qui poſtea fuit Papa huius nominis primus) ad conuerſionē Gentium illius inſulæ. Sed inſtante populo Romano, nō tranſmigrauit illuc. refert Illeſc.in.d.cap.1.lib.4.fol. 121. colum.4. Vndè populi & gētes Angliæ vocati ſunt Giorgani, quia fuerunt reducti ad fidem Chriſti ad inſtantiam dicti Beatiſsimi Gregorij. 1. Papæ. ex Alphonſo Venero in Enchiridion temporum. fol.59.colum.1.Volatera.lib. 12.commenta.ca. de Colchis Iberia Albania. fol. 129. Author chronicæ generalis ætatum Mundi.6.ætate.fol. 149. colu.2. & etiam Author ſupplemen. chronica. lib. 3. fol. 70.colum.2.& lib.9.fol.238. colum.2.

Fuitquè antiquitùs tanta religio Anglorum,& deuotio ad Sanctiſsimam Chriſti noſtri fidem, & etiam obedientia eorum ad Apoſtolicam, ac Sacroſanctam Eccleſiam Romanam,ac ad Sanctiſsimū eius Summum Pontificem,&
63 Vicarium Chriſti † quòd interſe conuenerunt quotannis offerre Eccleſiæ Romanæ ex qualibet domo ipſius regni in eius reuerētiam,& memoriam Dei Noſtri Sanctiſsimi certum tributum, videlicet duorum denariorum, quod ſoluerunt tempore dicti ſanctiſsimi Papæ Gregorij Primi Volatera. in. d. lib.3.cap. de populis, ac regibus Britaniæ varijs.fol.27.colum.1. in fine, & Author ſupplemen. chronica. lib.3.fol.70. colu.
64 1. (Hic † enim Gregorius. 1.Papa ſanctiſsimus fuit primus, qui ſe vocauit ſeruus ſeruorum Dei. traditur. in d.chronica generali ætatum Mundi.7.ætate.fol. 148.colu.
63 2.) Alij dicunt,† quòd tempore Leonis IV. Papæ. propè finem ſui Pontificatus anno Domini.855.Alidulphus Angliæ rex venit Romæ ob eius ſummam religionem circa Eccleſiam Romanam, ſummamquè ſanctitatē dicti Leonis. IV. Max. Summi Pontificis, & quòd tunc inſulam hanc Angliæ eidem Eccleſiæ Sanctiſsimæ Romanæ vectigalem fecit ſingulis numis argēteis in ſingulas perſonas quotannis collatis. Platina in vita Chriſti,& Pontificum omnium. in vita dicti Leonis IV. Papæ. in fine. fol. 52. colum.1.Illeſc.in cap.40.de

vita eiusdem Leonis IV. lib. 40. in 1. part. historiæ Pontif. fol. 203. colum. 1. vbi, & refert, quòd prædictum tributũ fuit solutum, tàm tempore prædicti regis Alidulphi, quã aliorum suorum regum successorum per tempus plusquã 600. annorum, donec perfidus Rex Henricus VIII. impiè, ac diabolicè obediẽtiam debitam Sãctissimę Ecclesiæ Romanæ, & eius summo Põtifici, tanquàm verò Vicario Domini Nostri Iesu Christi, iussit, quòd huiusmodi tributum minimè solueretur Ecclesiæ Catholicæ Romanæ. Alij etiam dicunt, quòd Ioãnes Rex Angliæ adiutus diuino auxilio, & humano, cum haberet bellum cum Ludouico. VIII. Rege Franciæ. fecit hoc suum Regnum Angliæ tributariũ Ecclesiæ sanctissimæ Romanæ, & promisit, quolibet anno ei soluere nomine tributi. 100. Marcos aurei, & quòd illud ei soluit per aliquos annos. Platina in vitis Pontificum. in vita Innocentij Tertij. fol. 81. colu. 2. post medium. traditur lib. 8. supplemen. chronica. fol. 341. colum. 1. & Remigius de Gonny de caritatiuo subsidio. quæst. 5. pag. 16. versi. tex. quem.

66 In hoc Regno † Angliæ multi Reges, ac Duces clarue re miraculis. traditur lib. 3. supplemen. chronica. fol. 70. colum. 2. Papirius Massoni. lib. 1. annal. Reg. Franciæ. pag. 61. traditur in chronica generali ætatum Mundi. 3. ætate. fol. 46. colum. 1. in fine. Couarru. in præfactio. pract. quæstio. prope finem. Nam de Arturo rege Angliæ (qui in ea regnabat anno Domini 535.) legitur, quòd clypeum aureum præferre faciebat, in quo Dei genitricis sanctissimæ Mariæ imago depicta videbatur, vt eam semper aduocatam suam in memoriã in omni re reducere posset. Ferturquè virum Christianissimum fuisse, & fidem Catholicam ampliasse, & quòd ad hoc plura regna sibi vendicauerit: & tandèm in prælio cum multis hostium strages dedisset, & ipse vulneratus in hanc insulam Angliæ defertur indè sublatus, nusquàm comparuit, quem & nunç vsquè Angliæ spectare dicuntur. habetur in chronica generali ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 143. colum. 2. Legitur etiam de eo, quòd fuit maximus Relator religionis Christianæ, & quòd ex hac causa semper vincebat. ex Alphõ-

so Venero in Enchiridion téporum.fol. 152.colum. 2. De Egiltrude regina Angliæ legitur, quòd propè annum salutis nostræ. 650. claruit maxima sanctitate, quę tribus nupta viris virgo permansit. habetur in d. 6. ætate.fol. 154 colum. 2. De Alidulpho (aliàs Adeulpho) rege Anglię (qui in eodem regno regnauit anno Domini. 850.) legitur, quòd fuit Rex Christianissimus, ac deuotissimus Ecclesię Romanę, qui inter cętera memoratu digna, ob eius singularem religionem vniuersam insulam hanc Angliæ, Ecclesiæ Romanæ tributariã fecit, & voluit, qui singulæ personæ ipsius insulæ quolibet anno soluerent ipsi Ecclesiæ Romanę singulos argenteos, vt nunc diximus, nu. 65. quod etiam traditur in d. 6. ætate.fol. 170.colu. 1. in fine. & lib. 11. supplemen. chronica.fol. 296.colum. 1. Similiter, & de Ædimondo rege Angliæ (qui in ea regnauit anno Domini 857.) legitur, quòd fuit vir religiosus, sicut eius pater prædictus Alodolphus, qui multoties pugnauit contra infideles, pro Christi nomine, & eius Sanctissima fide, & pluries eos superauit, & tandem ab eis fuit captus, & mortuus pro eius sanctissima fide, & religione. traditur in dicta 6. ætate.fol. 170. colum. 2. & in d. lib. 11. supplemen.fol. 296.colu. 1. Proindè, & Rex Angliæ Ethgero (qui inibi regnauit anno Domini. 974.) fuit Christianissimus, & quolibet anno ædificabat vnum monasterium. traditur in dicta chronica generali ætatum Mundi. in 6. ætate.fol. 182. & lib. 12. supplemen. chronica. fol. 306. colum. 1. De Dumalbo rege

67 Angliæ legitur etiam, quòd iussit propter eius nimiam sanctitatem, quòd fugientes ad templa salui essent iuxta diuinum, & canonicum præceptum Volatera.lib. 3.commenta. cap.de populis, ac regibus Britaniæ. varijs. fol. 26. colum. 1. post medium. De Eduardo huius nominis. 3. rege Angliæ (qui inibi regnauit anno Domini. 1048. & fuit filius Etelredi) legitur, quòd sanctitate, ac miraculis claruit, & cùm vxorem duxisset, nunquàm eam attigit, & quòd multa alia mirabilia fecit. refert Volater.lib. 3. cõmenta.cap.de populis, ac Regibus Britaniæ. varijs.fol. 27. colum. 2. in fine. idem traditur in chronica generali ætatum Mundi. 6. ætate.fol. 181.

colu. 1. & lib. 12. supplemen. chronica. fol. 357. colum. 1. & Ludo. Granaten. in 2. part. simboli fidei. cap. 11. §. 2. pag. 59. colum. 1. Hic rex Christianissimus Eduardus insidijs, & fallatijs suæ matris (aut suæ nouercæ) martyrium passus fuit pro Christo Iesu Domino nostro. traditur in d. 6. ætate. fol. 181. column. 1. & lib. 12. supplement. fol. 307. column. 1. Illesc. 1. part. Historiæ Pontifi. lib. 4. cap. 75. de vita Domni. 2. Papæ. 138. fol. 229. colum. 2. Ricardus Rex Angliæ fuit ita Religiosissimus, quòd profectus fuit anno Domini. 1181. cum Philippo. Franciæ rege alijsquè Principib. Christianissimis ad Hierosolimitanam expeditionē. Volate. in d. cap. de populis, ac regibus Britaniæ varijs. fol. 28. colu. ad finem. De Eduardo rege Angliæ huius nominis. 5. (qui inibi regnabat anno Domini 1300.) legitur, quòd propter eius summam religionem, misit in exilium omnes Iudeos dicti sui regni. ita Volatera. in dicto fol. 28. column. 2. in principio. Huius autem
68 † regni Angliæ fuerunt vndecim Mille virgines, quarū prior fuit Beatissima Vrsula filia cuiusdam regis ipsius regni Angliç refert Volatera. lib. 3. commenta. cap. de populis, ac Regibus Britaniæ varijs. fol. 26. column. 2. in medio: & Couarruu. in præfactione practicarum quæstionum propè finem. Pro dolor Henricus verò VIII. Rex Angliæ (qui annis præteritis inibi regnauit) legitur, quòd in principio sui Regni fuit rectus Princeps, ac defensor Sanctissimæ Ecclesiæ Romanç, postea verò fuit corruptus quadā voluptate in honesta incidit in abissū hæresum, & inobedientiæ ad Sanctissimam Ecclesiam Romanam, & multa alia mala incredibilia fecit, quæ hic referre nō licet propter eius improbum exemplum. contra quem plura refert videnda Pet. de Riuadeneyra frater Societatis Iesus in epistola directoria ad lectorem. in d. historia Ecclesiasthica scismæ regni Angliæ. fol. 3. colum. 2. & in alijs infinitis locis eiusdem historiæ. Quem imitatus fuit Eduardus Sextus eius filius, ac successor sui Regni, quem seduxerunt eius tutores, & administratores Regni. Eosdemquè reges imitauit Isabella Soror ipsius Eduar-

di. 6.

di 6.& filia dicti Henrici 8. quæ multis annis iniustã Monarchiã ipsius regni Angliæ possidet, vt copiosè videre licet per Pet. de Riuadeneyra in d. eius historia Ecclesiastica scilmæ regni Angliæ. per totam. & per Anto. de Herrera in historia Regni Scotiæ. per totam. Pluriès enim Gentes regni Angliæ, ac aliqui eorum regum infideles fuerunt, ac inimici Sanctissimi nominis Iesu Christi Dei omnipotentis, & suæ Catholicæ Apostolicæquè Ecclesiæ Romanæ, & suorum sanctorum.

69 Et prælertim † a tempore quo occiderunt Beatissimum Thomam Cantuariensẽ Episcopum propè annum Domini. 1174. regnante Rege Hẽrico Secundo, contra quem virum sanctissimum plura mala fecerunt. traditur in chronico Generali ætatum Mundi in 6. ætate. fol. 202. colum. 1. Cuius mors sic cõtingit. Cum prædictus Henricus Rex Angliæ coacta Synodo prouincialium Episcoporum leges ferret, vtilitati, ac dignitati Ecclesiæ repugnantes, adeò constanter ipse Thomas obstitisset Regiæ cupiditati, vt nequè pollicitationibus, nequè terroribus, de sententia recedẽs, in exilium pulsus sit, & cùm ab exilio summa totius regni gratulatione retrocederetur, & ipse in Monasterium fratrum Cistercienfium ingressus fuisset qui dum boni Pastoris inibi officiũ securus exequeretur, ecce calumniatores ad dictũ Regem Henricum deferunt, eum multa contra regnum, & publicam quietem moliri, vt propterea sæpiùs Rex ipse conquæreretur, se in suo Regno cum vno Sacerdote pacem habere non posse. Ex qua Regis voce nefarij Satellites sperantes gratum se regi facturos, si Thomam è medio tollerent, clam conuenientes Cantuariam in Templo Vespertinis horis operam dantes aggrediuntur. Qui Clericis templi aditus præcludere conantibus accurrẽs, ostiũ aperuit illius vsus verbis, ad suos, non est Ecclesia Dei custodienda more castrorum, & ego pro Ecclesia Dei libẽter mortem subito. Tum ad milites dixit, vos Dei iussu cauete, ne quempiam meorum noceatis. Deindè flexis genibus Deo Beatæ Mariæ sancto Dionysio, & reliquis sanctis eius Ecclesię patronis, Ecclesiam, & se ipsum commẽdans, Sacrum caput eadẽ cõstantia (qua iniquissimi regis

legibus restiterat) impio ferro precidendum obtulit. 4. Kalend.Ianuarij anno Domini. 1171. Qui post suum sanctissimum martyrium pluribus claruit miraculis. Et ab Alexandro Tertio Max.Summo Pontifice relatus fuit in Sanctorum numerum. Quæ omnia refert Carnotēsis Episcopus,& multi alij Authores grauissimi dicti Regni Angliç, & nouissimè hoc idem traditur in eius legenda Breuiarij Romani restituti ex sacro Concilio Tridentin.pag. 203. Quibus in locis etiā dicitur,quod prędictus sanctissimus Thomas Canturbensis antequàm haberet dictū Episcopatum,preclarè se gesserat in administratione munere Cancellariç Londini. Postea verò cùm prędictus Papa Alexādet 3.anno Domini. 1179. vellet,procedere contradictū Henricum regem Angliç,ex eo quòd esset fama, quòd ipse esset culpatus super morte dicti Beati Thomç Conturbensis, Henricus iurauit in manibus Cardinalium duorum legatorum à latere, ad hoc ab eodem Papa deputatorum, quod ipse Henricus, & alij reges Angliç sui successores semper erunt obedientes Summo Pontifici Romano. Et ex præstitione dicti iuramenti,& obedientia prestanda Sanctissimç Ecclesiæ Romanç, ipse Papa Alexander eos confirmauit in reges, & successores illius regni Angliæ, & Alberniç, & ipsi reges antiquissimi. semper recognouerunt Summū Pontificem Romanum, & ei obedientiam debitam prestiterunt (traditur lib. 12. supplemen.chronica.fo.337.col. 1.& Volate lib.3. cap. de populis,ac varijs regibus Britaniç.fol. 28.colu. 1.adfinem.) donec prędictus Henricus.8. ipsorum regnorum impijssimus, & iniquissimus rex se de facto, & contra ius Diuinum aliaquè iura Canonica, & Ciuilia turpiterquè se subtraxit à debita obedientia Romani Pontificis cum maiore parte Gentium suæ Monarchiæ,& post eum Eduardus,& Isabella eius filij, vt diximus nunc.num.68.

70 Eduardus rex Angliæ huius nominis.4.superauit gentes Regni Scotiæ anno Domini 1272.& ab illo tempore Gentes illæ fuerunt subditæ regibus Angliæ.Volatera.lib. 3.commenta.cap.de populis, ac Regibus Britaniæ varijs. fol.28.colum.in princip. Ista insula Scotiæ olim vocaba-

tur Ibernia (aliàs Hiberia) in qua sunt multæ Gentes, quæ antiquitùs vocabantur Asturcones, ex eo quòd ex Austuribus Hispaniæ venissent in eam insulam. refert Volatera. lib. 3. commenta. cap. de Britania. fol. 25. colu.
71 2. in fine. In quo regno Scotiæ successum etiam fuit sẽper iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis, & nõ per electionem, vt communiter traditur in chronicis dicti regni Angliæ, & etiam Regni Scotiæ. refert Illesc. in 2. par. histo. Pontif. lib. 6. in vita Pauli 3. Pontificis. §. 17. fol. 391. & Anto. de Herrera in historia regni Scotiæ. cap. 3. fol. 4. colum. 1. in fine, & fo. 16. col. 1. Vbi ait, quòd in regno Scotiæ reges succedunt de patre in filium masculum, & fœminam, sicut in regno Angliæ succeditur; licet Reges Scotiæ habeãt potestatem valdè annihilatam, ex quo in rebus arduis, nihil facere possunt sine voluntate trium statutum regni, scilicet, Ecclesiasticorum Magnatum, & pleueyorum ipsius regni. Ab anno enim 940. cùm regnaret Scotiæ Malcomo rex illius regni, filij primogeniti regum ipsius regni se nominauerunt Principes Comberland, & Velmerland, tanquàm regum successores legitimi, ex Anto. de Herrera in dicto cap. 3. fol. 11.

72 Regnumquè hoc † Scotiæ à tempore antiquissimo fuit pars regni Angliæ. habetur lib. 3. supplemen. chronic. fol. 70. colum. 2. & Illesc. 1. part. Pontif. lib. 2. cap. 12. de vita Cælestini. 1. Papæ. 45. fol. 75. colum. 4. in medio. Hæc insula Scotiæ, seu Alberniæ, & Angliæ est vna eademquè insula Septentrionalis, & de principalioribus Maris Oceani. refert Anto. de Herrera in d. historia. cap. 1. colum. 2. in principio.

73 Conuersio † Gentium huius regni Scotiæ fuit miraculosa, facta anno Domini nostri Iesu Christi 338 & Creationis Mundi. 5537. habetur lib. 9. supplemen. chronic. fol. 238. colum. 1. Fuitquè facta generaliter tempore Cælestini Papæ huius nominis. 1. vbi ad prędicandum misit Patritium consobrinũ beati Martini, traditur lib. 3. suppleme. fol. 71. colum. 1. in princip. Illesc. in d. cap. 12. fol. 75. col. 4. in fine. Alij dicunt, quòd primus rex Scotiæ, qui fidem Sanctissimam recepit, fuit Donaldus huius nominis 1. (& 27. rex in ordine) qui fuit

ir structus per aliquas personas religiosas missas ad id à Victorino Papa,& quòd tunc fuit baptizatus ipse Donaldus cum omnibus Baronibus sui regni anno Salutis nostræ. 202.refert Anto. de Herrera. in d. eius historia regni Scotiæ.cap.2.fol.9.colum. 1. in medio. Fueruntquè in regno Scotiæ aliqui Reges pleni sāctitate,& Religione. Nam de Gregorio. 73. rege illius regni (qui in eodem regno regnabat anno Domini. 876.) legitur, quòd cùm religiosissimus fuisset,sua lege generali dispoluit, quòd deinceps in coronatione Regum Scotiæ adhibeatur iuramentum per nouos reges eius successores, de defendendo fidem Catholicam,ac libertatem Ecclesiæ Sāctissimę Romanæ suis personis, & viribus. refert Anto.de Herrera in d. historia regni Scotiæ.cap.2.fol.9. vbi & ait, hoc in futurum obseruatissimum fuisse. Cum & Rex Scotiæ Iacobus Stuada huius nominis. 4. (qui fuit Rex.104.regni Scotiæ) legitur, quòd propter eius magnam sanctitatem,& religionem,ac obedientiam, quam habuit ad Sanctissimam Ecclesiam Romanam, & eius eximiam excellentiam,& virtutes, fuit per Papam Iulium Secundum nominatus, & declaratus protector fidei Catholicæ. ex eodem Anto. de Herrera in dicto cap. 2. fol.10.colum.1.in fine. De Sanctissima, & perquàm Catholica Regina Scotiæ Maria Matre Regis Scotiæ, & eius morte. videre licet ad saturitatem præd ctum Anto.de Herrera post medium dictæ suæ historiæ. Sed pro dolore,quòd iam hodiè(secūdum eundem Anto. de Herrera in eadem historia. cap. 2.fol.10.col. 2.) reges Scotiæ sunt imbuti hæresibus Caluini,& alijs infinitis,& sunt publici inimici nominis Christiani,& eius fidelium,& quòd ideò, quantum antea Gentes ipsius regni Scotiæ erant inimici Anglorum,sunt iam facti amici, & confederati in vnum,cùm antea per longissimum tempus inter Scotios floruerit fides nostra Catholica. Et iterùm pro dolore,& valdè dolendum quidem est, de his,quæ nostris temporib. facta sunt in illis regnis Angliæ,& Scotiæ, quæ quia notoria sunt omissa hic facimus & quia longiorem tractatum requirunt. Et quia de eis agunt Pet.de Riuadeneyra,& Anton. de Herrera in dictis

suis

suis tractatibus,& historijs.

De Iulio Cæsare imperato-
74 re † legitur, quòd bis transi-
uit per hoc regnum Angliæ.
habetur lib. 5. supplementi
chronicarum.fol.70. colu. 2.
idem refert Ioan.Acosta de
guberno rectoris in 2.tracta:
in dialogo 2.fol.91.colu.2.&
sequen.& Didac.Couarru.in
præfactione practicarū quæ-
stionum.col.pe. De Constan-
tino Magno etiam legitur
75 † quòd fuit missus à Roma-
nis ad administrandum re-
gnum Angliæ, ducta in ma-
trimonium Helena, in quo
regno successit idem Constā-
tinus mortuo Coel rege ip-
sius regni. cuius Constanti-
ni Magni gratia reges Angli-
ci postea imperiali diadema-
te sunt vsi, authore Volatera.
lib. 3.commenta. cap. de po-
pulis,ac regibus Britaniæ va-
rijs.fo.26.col.2.post princip.
Ipseque Cōstantinus Magnus
cùm iam esset Imperator, &
resideret in partibus Gretiæ,
ad instantiam populorū Sco-
tiæ, misit ad eos aliquos fi-
deles Sacerdotes, vt eos in fi-
de Catholica confirmarent,
quod contingit anno Domi-
ni.308.habetur lib.9. supple-
men. fol. 238.colu.2.Cum &
76 † regnum Angliæ fuit tribu
tarium Imperatorum tanquā
feudale. refert Cuiatius lib.
1.de feudis.tit. 1. de his, qui
feud.da.po pag. 15.post prin-
77 cip. Et qua ratione † Reges
Angliæ prætendant, se habe-
re ius ad regnum Hierusalē,
& hac ratione hodiè etiam
vocentur reges Hierusalem,
deducemus in præsenti quæ-
stione.in 5.part.num.88.

78 Octauò principaliter eadē
consuetudo succedendi in re
gnis iure sanguinis perpetuæ
què consuetudinis obseruata
fuit vsquè in hodiernum diē
in regno Dinamarchæ refert
Illesc.in 2.part. historiæ pon-
tif.lib.6.in vita Pauli. 4. §. 2.
fol.446.col.3.& 4.Licet con-
trarium referat Ioan.Bodinus
in republicis.lib.6.cap.5.

SVM-

SVMMARIVM TERTIAE PARTIS Huius QVAESTIONIS SECVNDAE.

1 *Regnis Italiæ generaliter succeditur iure sanguinis, perpetuaque consuetudinis de patre in filium, & non per electionem, & per totam hanc partem.*

2 *Rex Primus Italiæ fuit Iano. Et quo tempore incæpit regnare. ibidem,*

3 *Italia quare sic nominetur.*

4 *Regna Italiæ fuerunt possessa à Regibus Latinis, inter quos successum fuit iure sanguinis, & non per electionem, & sequentibus num.*

6 *Rex Primus Latinus Italiæ fuit Eneas filius Anchises.*

7 *Reges Latini Italiæ quamobrē fuerunt vocati reges Albani. Inter quos etiam successum fuit iure sanguinis, & non per electionem. num. 8.*

9 *Regnum Latinorum Italiæ, quo tempore fuerit finitum. Et quot reges fuerunt. inibi.*

10 *Romana Ciuitas sic fuit nominata à Romulo eius Primo fundatore.*

11 *Romanorum Regnū fuit prius vocatum regnum Latinorū à rege Latino.*

12 *Regnum Latinorum à quo tēpore inceperit.*

13 *Regnum Latinorum est in partibus Italiæ. Et hodiè qualiter nominetur. ibid.*

14 *Italiæ magnam partem possiderunt Laurentini. Et eorum Primus rex fuit Pico, & olim vocabatur rex Ausoniæ. Et inter eorum reges iure sanguinis etiam successum fuit, & non per electionem. inibi.*

15 *Regnum Laurentinorum in Italia quandò habuit initium*

16 *Regnum Laurentinorum, vbi fuit fundatum. Et quamobrē nominetur regnum Laurentinorum. inibi.*

17 *Regna Italiæ quando fuerunt possessa à Gothis, etiam inter eorum reges fuit successum in eisdem regnis iure sanguinis, & non per electionem, & sequentibus pluribus.*

18 *Gothorum Primus aduentus in Italiam copiosè describitur*

19 *Gothi, qui in Italiam venerunt,*

runt, Christi nostri fidem receperunt tempore Valentis imperatoris Ipsique Gothi postea ipsum imperatorem superauerunt. inibi.

20 *Gothorum Primus rex Christianus fuit Alaricus anno Domini.* 414.

22 *Gothi, qui primiter in Italia venerunt, tantùm regnauerunt per tempus* 40. *annorum.*

23 *Gothorum rex Athaulphus, cùm Italiæ regnaret, maiorem partem regni Franciæ inuasit*

24 *Gothis à* Francia *exclusis, se contulerunt in Hispaniam anno Domini.* 456.

25 *Gothi alij, qui alia vice venerunt in Italiam, regnauerunt etiam iure sanguinis, & non per electionem, & nu.* 31. *& sequentibus.*

26 *Gothorum secundus aduentus in Italiam describitur. nu.* 30.

27 *Imperator Augustulus fuit superatus a* Odoacer *rege Herulorum, & Turingorum.*

28 *Gothorum rex Theodoricus venit ad debellandum Italiam cum licentia Imperatoris Zenonis Isaurici. Et ipse Theodoricus alijquè eius successores possiderunt ex dicta licentia, & titulo prædicto totam Italiam per tēpus* 70. *annorum.*

29 *Imperatoris Romanorum nomen cessauit in prædicto Augustulo vltimo eorum imperatore, per tempus* 330. *annorum donec à Leone Tertio Max Summo Pontifice fuit creatus in imperatorem Romanorum Carolus Magnus rex* Franciæ.

33 *Rex Gothorum Totila superauit Sanctam Ciuitatem Romanam, quem postea superauit, & occidit* Narses *Eunuchus dux imperatoris Iustiniani. Et postea idem* Narses *superauit etiam Teyam sequentem regem* Gothorum. *num.* 34.

35 *Regnum* Gothorum *in partibus Italiæ, quo tempore fuerit finitum.*

36 *Regnorum Italiæ in successione etiam iure sanguinis successum fuit, cùm possiderentur à Vandalis.*

37 *Vandalorum regnum fuit pars regni Polloniæ. Et quàre Vandali nominentur hoc nomine.*

38 *Vandali quo tempore superauerunt Sanctam Ciuitatem Romanam.*

39 *Vandali fuerunt a Deo excitati in pernitiem imperij Romani.*

40 Bellisarius *Iustiniani dux superauit Vandalos, & quo tempore. Et de successu dicti* Bellisarij *traditur num.* 41.

41 *Vandalorum regnum tantum durauit.* 105. *ann. in Italia.* Rex Vandalorum *Honricus.*

quando recepit fidem Catholicam ibidem.

42 *Vandali cum regnarent in partibus Affricæ, postquàm expulsi fuerunt ab Italia, iure sanguinis succedebant, & non per electionem.*

43 *Regnorum Italiæ in successione etiam iure sanguinis successum fuit, cum possiderentur ab Hunnis.*

44 *Regnum Hunnorum, quando incæpit.*

45 *Rex Hunnorum Attilla debellauit Sanctam Ciuitatem Romanam, & alias multas ciuitates Italiæ.*

46 *Rex* Hunnorum *primus Christianus fuit* Gorda, *& quando recepit Sanctum Baptismum.*

47 *Reguum* Hunnorum *in Italia tantum durauit 70. annis.*

48 *Regnis Italiæ cum possiderentur à Longobardis, fuit successum iure sanguinis, & non per electionem, & num. 51.*

49 *Rex Primus Longobardorum fuit Ayon.*

50 *Longobardi venerunt in Italiam ad instantiam Narsis ducis imperatoris Iustiniani.*

52 *Rex vltimus Longobardorum fuit Desiderius, qui fuit superatus à Carolo Magno imperatore anno Domini. 776.*

53 *Carolus Magnus imperator, postquàm superauit Desyderium vltimum regem Longobardorum, concessit suis gentibus Lombardiam ad suam habitationem. Et Romanis concessit etiam Romaniam. num. 54.*

54 *Longobardorum capilos, & barbas, ac vestes fecit scindi in eorum vituperium* Hadrianus *Papa huius nominis primus.*

55 Regnum Longobardorũ *in Italia durauit 204. annis.*

56 Longobardi *aliquando Duces, pro regibus habuerunt.*

57 Longobardi *receperunt fidẽ Catholicam anno Domini. 599.*

58 Longobardi *fuerunt naturales insulæ Escandianæ.*

59 Longobardi *quarè sic nominẽtur*

60 Regno Romanorum *à principio inter reges eorum fuit iure sanguinis successum.*

61 *Regnum* Romanorum *tantum durauit, vsquè ad exclusionem* Tarquini *vltimi regis eorum. 240. annis.*

62 Brutus Romanus *expulit reges à populo* Romano, *Vrbemquè ab imperio eorum liberauit.*

63 Regnumquè Romanorum *incæpit anno Domini. 751.*

64 Romana *Ciuitas quarè sic appellata fuerit. Fuitque* voca*ta rerum domina, ac caput Italiæ. num. 65.*

66 *Romana Ciuitas olim fuit* vo*cata magistra erroris, et postea facta est discipula veritatis.*

Factaque est altera Hierusalem, & facta est Ecclesia Sancta, & caput omnium Ecclesiarum. num. 67.

68 *Romana Ciuitas fuit valdè illustrata corporibus beatissimorum Petri, & Pauli Apostolorum Domini Nostri Iesu Christi.*

69 *Petrus, ac Paulus Principes Apostolorum Sãctissimi vno die, & tempore gloriosa morte, ac martyrio sub Nerone crudelissimo Imperatore fuerunt coronati. Mundumquè sua diuina prædicatione docuerunt. ibidem.*

70 *Romanam Ciuitatem, ac alias infinitas Ciuitates donauit Ecclesiæ Sanctissimæ Romanæ Imperator Constantinus Magnus in suum proprium patrimonium.*

71 *Mediolanensi in Ducatu semper fuit successum iure sanguinis, & non per electionem, et multis sequentibus.*

72 *Mediolanensis status fuit à diuersis dominis possessus, & sequentibus.*

73 *Mediolanensis Primus dominus fuit Eliprandus.*

74 *Mediolanensem Ciuitatem imperator Arrigo donauit Matheo Visconti. Quam ipse & sui descendentes possiderũt per infinitos annos. ibid.*

Frãciscus Sfortia vltimus Dux Mediolanensis in suo testamẽto anno Domini. 1535. reliquit in successorem legitimum dicti status Mediolanẽsis Carolum Quintum imperatorẽ Christianissimum regem Hispaniarum dominum nostrũ. Qui totum illum statum possedit ex iustissimis causis, eũquè cessit in fauorem perquã Catholici regis, ac Domini nostri Hispaniarum Philippi II. eius charissimi filij anno Domini. 1555. ibidem, & num. 75.

76 *Mediolanensi in Ciuitate fuit fides Catholica prædicata à beato Barnaba Apostolo, & à beato Ambrosio.*

77 *Mediolanẽsis Ciuitas fuit olim nominata Secunda Roma. Et an hæc fuerit destructa tempore Federici Imperatoris ibidem.*

78 *Mediolanensis Ciuitas fuit olim occupata à Romanis, quibus fuerunt subditi, & à quo tempore. Et etiam olim fuit ab alys dominis occupata. ibidem.*

79 *Imperatores de more antiquissimo dyadema ferreum suscipiunt in Ciuitate Mediolana*

80 *Regnis Siciliæ, Neapolitani, Pullæ, & Calabriæ succeditur inter eorum reges iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis, & non per electionem, &*

infinitis numeris sequentibus, & vsquè ad finem huius 3. partis.

Guillermus Normanus fuit primus Comes, ac Dux Puliæ, et Calabriæ, & superauit Turcas. & post eum succeſſerunt in eisdem statibus, & Monarchijs alij sui descendentes ordine genituræ, eodem num. 80 & 81.

81 *Robertus Normanus Dux Puliæ, & Calabriæ liberauit Nicolaum Secundum Papam oppreſſum à Romanis. Et ipse Papa eum confirmauit in dominum Puliæ, & Calabriæ eum titulo Ducatus. inibi. Et post eum succeſſerunt omnes sui descendentes ordine primo genituræ. inibi.*

82 *Rogier se nominauit regem Pullæ, et Calabriæ. Et quia liberauit Innocentium Secundum contra Anacletum Antipapam, ipse Papa creauit eum in regem vtriusquè Siciliæ, & vocatus fuit Magnus Rogier post annũ 1126. Qui tempore suæ mortis reliquit in regem succeſſorem. Guillermũ eius filium. inibi. Quem in regem Siciliæ Pullæ, & Calabriæ confirmauit Papa Hadrianus IV. Cui ipse promisit quotannis soluere certum censum. num. 83.*

84 *Guillermo 3. rege Pullæ, Calabriæ, & Siciliæ mortuo sine descendentibus masculis Magnates, & populi eligerunt in suum regem Tancretum, qui vocatus fuit Tyrannus. Cuius electionem cõtradixit Papa Cælestinus Tertius. Et ipse Papa fecit erui à Monasterio Panormitano Constantiã monialem profeſſam, filiam legitimam dicti regis Guillermi. Tertij, quam tradidit in vxorem Imperatori Henrico. V. quibus ipse Papa ceſſit omne ius, quod idem Papa habebat ad recuperandum illa regna, cum hac conditione, quòd ea regna haberent nomine dotis ipsius Constantiæ, et confirmauit, quòd regnum Siciliæ fuiſſet feudale Ecclesiæ Romanæ. num. 85.*

86 *Tancretus Tyrannus Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ fuit superatus, ac occiſſus à dicto Imperatore Henrico V. Cui Papa Cælestinus statim tradidit inuestiturãm dictorum regnorum. inibi.*

87 *Federicus II. Imperator rex Siciliæ Pullæ, & Calabriæ filius dicti Imperatoris Henrici. V. fuit priuatus ab Honorio. Tertio, & Innocentio IV. Summis Pontificibus regnis Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ propter eius inobedientiam.*

88 *Conradus non obstante priuatione imperatoris Federici secundi sui patris se nominauit regem Siciliæ regni, & etiam regni Neapolitani, sed tandẽ veneno fuit occisus mandato Manfredi sui fratris. Quo sic defuncto succesit in eisdem regnis ipse Manfredus eius frater anno* Domini. 1254. *contra quem aliqui Summi Pontifices* Romani *processerũt quia fuit eis inobediens, sed tamen eùm ad arma venisset victor extitit.inibi.*

Manfredum priuauit regnis Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ Pa*pa Clemens IV. & creauit in nouum regem ipsorum regnorum Carolum Ducem Andegauensium fratrem Diui Ludouici regis Frantiæ, qui superauit dictum Manfredum, & eum occidit, cùm ad arma venissent.inibi, & nu.89.*

90 *Carolum ducem Andegauensiũ regem Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ (huius nominis primum) Papa Clemens Quartus pronunciauit in regem Hierusalem, & Siciliæ sub conditione & iuramento, quòd Ecclesiæ* Romanæ *quolibet annò solueret certum tributum nomine feudi.*

91 *Carolo Secundo filio dicti Caroli primi regis Siciliæ post eius mortem fecit Papa Martinus Quartus restitui dictum regnum Siciliæ, quia illud occupauerat Petrus rex Aragoniæ. Idquè confirmauerunt alij Summi Pontifices* Roma*ni.inibi.*

Carolo Secũdo rege Siciliæ mortuo successit in eodem regno Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ Robertus eius filius minor, ex expræssa dispositione ipsius Caroli 2. Quem declarauit in regno illorum regnorum, atquè confirmauit Papa Clemens V. à quo insignias regales recepit.

93 *Andreas rex Vngriæ successit in regnis Siciliæ, Pullæ, et Calabriæ ex expreßa dispositione dicti* Roberti *vltimi regis Siciliæ sui consanguinei proximioris. Qui Andreas fuit maritus Ioannæ neptis ex fratre dicti Roberti, eodem num. 39. Ipsaquè Ioanna fecit occidere dictum Andream regem Siciliæ, Pullæ, &* Calabriæ *eius maritum.inibi.*

94 *Ioanna (mortuo rege Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ Andrea eius marito) successit in eisdẽ regnis tanquàm proximior consanguinea prædicti regis Roberti. Et etiam successit in regno Neapolitano. eodem. num.94.*

95 *Ioanna prædicta Regina Siciliæ Neapolitani Regnorum*

Pul-

Pullæ,& Calabriæ, quia non habebat filios, adoptauit in filium, & successorem suorum regnorum Ludouicum Ducē Andegauiæ filium Caroli regis Franciæ.

96 *Ioanna prædicta regina fuit ultimo supplitio tradita, quia dictum suum maritum Andream regem Vngriæ, Siciliæ, & Pullæ occiderat.*

97 *Ludouicus filius principis Tarenti mortua dicta regina Ioanna obtinuit ducatū Pullę & Calabriæ, tanquam proximior dicti Roberti regis Siciliæ consanguineus. Eumquè confirmauit in regem Papa Greg. 12. num. 99.*

98 *Carolus Tertius descendens à Carolo I. rege Siciliæ, mortua dicta Ioanna successit in regno Neapolitano. Qui superauit dictum Ludouicum ducem Pullæ, & Calabriæ.*

99 *Lancilasgus filius dicti Caroli Tertij, eo mortuo, successit in regnis Neapolitani, Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ anno Domini. 1384. aut. 1386. Quē ipsis regnis priuauit Gregorius 12. Papa (quia ipse Papa absente occupauerat sanctam Ciuitatem Romanam) cum consensu illustrissimorū Cardinalium. Sed postea Papa Vrbanus VI. sequens eum declarauit in regem Ipsorum regnorum. num. 102.*

100 *Lancislagum prædictum occidit quedam filia Medici Neapolitani.*

103 *Lancelago rege prædicto regnorum Neapolitani, Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ mortuo sine descendentibus, successit in eisdem regnis Ioanna eius Soror anno Domini. 1415.*

104 *Ioanna (regina regnorum Neapolitani, Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ (quia non habebat filios, nec descendentes, adoptauit in filium, et successorem suum dictorum regnorum Alphonsum regem Aragoniæ. Licet ipsam adoptionē postea reuocauit, & nouiter in filium, & successorem suorum regnorum adoptauit Ludouicum filium Ludouici ducis Andegauiæ, ipsamquè adoptionem, & institutionem aliqui Summi Pontifices Romani approbauerunt. in eod. num. 104. & 105. Ea tamē omnia contradixit prædictus Alphonsus rex Aragoniæ. nu. 106. Sed mortuo dicto Ludouico, ipsa Regina Ioanna adoptauit in suum locum Renatum fratrem dicti Ludouici Ducis Andegauensis, cumquo ipsa sex annis regnauit in eisdem. eod. nu. 106. Sed postea Renatus ipse fuit superatus à dicto Alphonso rege*

Aragoniæ, qui tẽpore suæ mortis reliquit titulum, & ius dicti regni Neapolitani Carolo 8. *regi Franciæ eius proximiori consanguineo. eod. nu.* 106. & 107.

108 *Ioanna prædicta regina regnorum Neapolitani, Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ reuocauit adoptionem, quam fecerat in fauorem* Renati, *& nouiter adoptauit in filium, & successorem suorum regnorũ prædictum Alphons. regẽ Aragoniç*

109 *Ioanna prædicta regina mortua, successit in omnibus regnis Neapolitani, Siciliæ, Pullæ, et Calabriæ prædictus Alphonsus rex Aragoniæ. Qui tempore suæ mortis (quia filios legitimos non habebat) reliquit in successorem suorum regnorum Ferdinandum suum filium bastardum, & realiter in eisdem regnis successit, & fuit vocatus* Ferdinandus *huius nominis primus eod num.* 109. *Licet Papa Calixtus* 3. *prætendebat illa regna consolidata fuisse in fauorem Ecclesiæ* Romanæ. *inibi.*

110 Ferdinandus 1. *rex regnorum Neapolitani, Siciliæ, Pullæ, et Calabriæ ex eo, quod obtinuit confirmationem à Pio* 2. *Papa, dictorum regnorũ promisit* Ecclesię Romanæ *soluere certum tributum quolibet ãno*

111 Ferdinandum *Primum prædictũ declarauit in successorem legitimum dictorum regnorũ Neapolitani, Siciliæ, Pullæ, et Calabriç Papa Eugenius* viuẽte *d. Alphons. rege Aragoniæ*

112 Ferdinando 1. *rege ipsorum regnorum mortuo, ei successit in eisdem regnis, Alphonsus dux Calabriæ eius primogenitus. Qui omnes suas differentias cõposuit cũ Papa Sixto* 4. *inibi*

113 *Alphonsus* 2. *rex regnorum Neapolitani, Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ renunciauit suũ regnum Neapolitanum in fauorem* Ferdinandi *sui primogeniti (huius nominis* 2.) *Quẽ à dicta successione prætendebat excludere Carolus* 8. *rex Franciæ inibi.*

114 Ferdinando 2. *rege prædictorũ regnorum mortuo, ei successit in eisdem regnis* Federicus *eius patruus ex expressa eius dispositione facta in suo testamento Contra quem acies militum mouit Lud.* 12. *rex* Frãtiæ. *ib.*

115 *Federico rege prædicto mortuo sine descendentibus, successit in eius regnis Neapolitani, Siciliç, Pullç, & Calabriæ. Rex Hispaniarum* Ferdinãdus *Catholicus dominus noster tanquàm proximior consanguineus ipsius regis* Federici. *Et ipse rex Catholicus, et omnes reges* Hispan. *ab eo descendentes sunt*

veri domini, et possessores omnium ipsorum regnorũ exclusis Gallicanis regibus, præstitit tamen tributum, seu censum Sanctiss. Eccl. Rom. prout usquè in hodiernum diem præstiterunt ratione feudi debiti ipsi Eccl. Rom. im. ad saturitatem & num. 116.

116 *Rex Hisp. Catholicus Ferd. ac dominus noster fuit declaratus pro vero, et legitimo successore regn. Neap. Pull. et Calabriæ.*

117 *Reges Hisp. tanquã reges regnorum Siciliæ, & Neapol. sunt reges Hierusalem. remissiuè.*

118 *Neapolitana Ciuitas est caput regni Neapolitani, & qualiter antiquitus vocabatur.*

119 *Reges fuerunt multò ante in regno Neapol. quàm Ciuitas* Romana *edificaretur.*

120 *Sicilia fuit cum tota eius prouintia propter magnum, terre motum separata ab Italia.*

121 *Sicilia quare sic nominetur.*

122 *Regna* Neapol. *Siciliæ, Pullæ, et Calabriæ fuerunt pluries occupata à diuersis dominis. Et Sicilia à Romanis. num.* 123

124 *Robertus cognomento Giscardus expulsis Grecis capit Siciliam, Pullam, & Calabriam.*

125 Regnum Neapolitanum *olim Romanis se concessit.*

126 *Sarraceni Ægypti debellauerunt etiam Sicil. Pull. et Calabriam anno Domini.* 680.

127 *Longobardi olim etiam superauerunt ciues, ac dominos Pullæ, & Calabr. anno Domini.* 584.

128 *Reynaldus debellauit et Sicil. tempore Ottonis imperatoris.*

129 *Eustachius fuit etiam dominus Calabriæ.*

130 *Totila rex Gothorum suo regno Italiæ subiecit regnũ* Neapolitanum. *& Siciliæ.*

131 *Theodoricus rex Gothorũ cũ possideret regn. Ital debellauit regn. Sicil. anno Domini.* 496

132 *Imperatoris duo Constantinop. debellauerunt regnum* Neapol. *Pull. & Calabr. Quibus resisterunt Pap. Ioan.* 10. *et Albertus dux Toscaniæ. & n.* 133.

134 *Sarraceni occupauerunt regn. Sicil. tempora Pap. Greg.* 4. *et imperatoris Ludouici Pij.*

135 *Carolus de prosapia regũ Frãciæ, ex iussu Pap. Vrb.* 6. *debellauit regn.* Neap. *et reginã Ioann. vltimo supplitio tradidit.*

136 *Regnum* Neapolitanum, *& regnum Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ fuit proprium patrimonium Ecclesiæ Romanæ. Suntquè feudalia Ecclesiæ Romanæ. num.* 137. *In quibus succeditur in infinitum inter omnes descendentes regum possessorum, & inter eorum consanguineos proximiores ordine geniture. num.* 138.

TERTIA PARS
Huius
QVAESTIONIS SECVNDAE.



Onò principaliter (vt ad tertiã partẽ huius Secundæ quæstionis accedamus)
1 dicimus † quòd generaliter in omnibus regnis, & potentatibus Italiæ succeditur iure sanguinis perpetuæquè consuetudinis, & non per electionem. tenet Anto. Corset. de potestate regia. 5. part. quæst. 106. num. 79. (vbi ait, ita cõmuniter obseruari, & de hoc esse consuetudinem generalẽ in omnibus regnis, & Monarchijs Italiæ) quod etiam tenet Volatera. lib. 3. & sequentibus suorum commentariorum Vrbanorum, & Vuolegango Latio lib. 12 de migrationibus Gentium per totum Idquè pro comperto nobis est. Et statim in particulari hoc manifestum faciemus.
2 Primusquè † rex Italiæ fuit Iano, vocatus ab antiquis pater, & Deus Deorum. Hic incæpit regnare in Italia anno Creationis Mundi. 3692. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi. 1507. Qui fuit nepos Noæ, filius Iaphet filij Noæ (& fuit eius tertius filius. Genesis. ca. 10. in princip.) Quæ omnia refert Author supplemen. chronica. li. 3. fol. 37. colum. 1. vbi col. 2.
3 in princip. refert † quare Italia vocetur hoc nomine, & quarè priùs fuerit vocata Hisperia. & tandem dicit, quò i fuit vocata Italia ab Italo. rege Siciliæ, & postea fuit dicta Lombardia, quia Longobardi in ea regnauerunt multis annis (vt in præsenti parte deducemus. num. 48 versi. similiter, & quandò, & sequentib.) Olim verò cum Italia à populis Grecis fuit occupata, magna Grecia est nuncupata, & postea ab Italo, habetur in chronica generali ætatũ Mũdi. in 2. ætate. fol. 14. colum. 1 & fol. 45. colum. 1. vbi & inquit, quòd Italia est regio Europæ, & omnium totius Orbis celeberrima. Et quot Prouincias Italia compræhendat. refert Volatera. lib. 4. commentario cap. de Italia. fol. 29

colum.2.in fine. Author supplemen.chronica.lib.3.fol.37. Vbi affirmant, quòd Italia continet 18.prouintias excellentissimas,quæ cõtinet.264 Ciuitates Illustrissimas, vltra alias Ciuitates infinitas non ita populosas nec ita diuites, & Volatera. in d. loco refert Ælium dicentem,quòd nulla terra est magis frequentata quàm Italia, ob terræ fecunditatem,aquarum affluentiã, Maris commoditatem, portuumquè dispositionem, hominum mansuetudinem, ciuiumquè humanitatem, & quòd cæteras regiones antecellit. idem refert Solinus de memorabilibus Mundi. cap. 7.fol.23.colum.2.

Et quia Regna Italiæ à plerisquè nationibus diuersis temporibus fuerunt possessa, & occupata,considerandum

4 est,etiam † quòd inter omnes ipsas nationes fuit semper successum iure sanguinis, & perpetuæ cõsuetudinis in regnis Italiæ,& non per electionem. Quod ex sequentibus ordine antiquitatis sic constat.

5 Et in primis dicimus† quòd quando regna Italiæ fuerunt possessa à Gentibus Latinorũ (quòd fuit per plures annos antequàm ædificaretur Ciuitas Romana,nec esset Romanorum Imperium, vt statim deducemus) etiam tunc in eisdem regnis Italiæ iure sanguinis successum fuit de patre in filium, & alios consanguineos,& non per electionẽ. Quod sic constat. Nam rex

6 † Primus Latinorũ fuitEneas, filius Anchises. Secundum Ioannem Bocatium in historia Cayda de Principes.lib.2. cap.21.in fine,& Authorem supplemen.chronica.lib.3.fo. 64.colum.1. Post dictũ Eneã Regem Latinorum successit in dictis regnis Italiæ eius filius Ascanius, notat Author supplemen.in d lib.3.fol.6. colum.1. & Author chronicę generalis ætatum Mundi. 3. ætate.fol.43.colum.1.in fine. Et post eos regnauerunt alij filij, & descendentes ipsius Ascanij. habetur in chronica generali ætatum Mundi. in 4.ætate.fol 49. colu. 1.& fol. 51.colum.1.& lib. 3, supplemen.fol.68.colum.2.72.col. 1.& 73.colum.1.& lib.4. fol. 75. colum. 1. & sequentibus pluribus,vsquè ad fol.83.col. 2.& fol.85.colu.1. post Ioan. Bocati. in d.loco. Sextusquè rex Latinorum possessor regnorum Italiæ fuit Alba Siluius,qui fuit etiam de descẽdentibus dicti Eneæ primi regis eorum. habetur in. d.

lib. 4. supplemen. fol. 75. colu. 1. Hic enim Alba Siluius edificauit illam famosam Ciuitatem vulgo dictam Alba in
7 partibus Italiæ † ex quo deinceps fuerunt reges eius successores vocati reges Albani. traditur lib. 3. supplemen. fol. 63. colum. 2. & lib. 4. fol. 75. colum. 1. in fine. Inter hos,
8 etiam reges Italiæ † qui reges Albani vocabãtur (quod etiã fuit antequàm ædificaretur Ciuitas Romana) successum etiam fuit eodem iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem, quod expressè tenet And. Pallodio in memorabilibus Romæ. fol. 63. cap. de la edificaçion de Roma. in princip. & Ioan. Rauisi. in textoris officin. pag. 1121. versi. Procha rex. vbi & dicũt, quòd prædictum regnum Albanorum obtinuit magnum imperium et principatũ ante fundationem Ciuitatis Romanæ. Duodecimusquè rex Latinorũ fuit Aremulus Siluius filius Agrippæ. 11. regis Latinorum. Hic enim Aremulus incepit regnare in eorum regno anno Creationis Mundi. 4326. & ante aduentum Domini Nostri Iesu Christi anno. 873. & cùm hic in suo Regno fuisset pacificus, fortificauit nimis Regnũ Albanorum in montibus, vbi postea fuit edificata prædicta Ciuitas Romana. habetur lib. 4. supplemen. fol. 81. colum. 2. Vltimusquè Rex Latinorũ ante Romulum, & Remulum fuit Munitor filius Prochæ, fuitquè patruus dicti Romuli, & Remuli. habetur in chronica generali ætatum Mundi in 4. ætate. fol. 53. colum. 1. & Author supplemen. lib. 4. fol. 87. colum. 1. in fine, vbi & affirmat, quòd Romulus occidit eius Auum scilicet, dictũ Munitorem, eoquè mortuo
9 Romulus, & Remulus occupauerunt dictum regnũ Latinorum, & ab illo tempore defecit nomen regum Latinorum, ac Albanorum (qui fuerunt 20. & regnauerunt per tempus 323. annorum) eoquè mortuo Romulus, & Remulus edificauerunt vnã Ciuitatem, vbi hodiè est sita
10 Romana Ciuitas † & postea edificauerunt ipsam Ciuitatem Romanam, eam à Romulo nominando. traditur in Chronica Generali ætatum Mundi. in 4. ætate. fol. 56. colu. 1. post medium. & lib. 4. supplemen. fol. 87. col. 1. & 2. idem tenet Volatera. lib. 6. commenta. ca. de Latinis. fol.
11 59. vbi & inquit † quòd regnum Romanorũ fuit priùs

etiam vocatum regnum Latinorum à rege Latino. Hoc enim Regnum Latinorum
12 † incepit Anno Creationis Mundi.4038. & ante aduentum Domini nostri IesuChristi Anno. 1161. traditur lib. 3. supplemen. fol.62.colum.
13 2.Latinorum † què dictum regnum fuit in partibus Italiæ (vt nunc diximus) & est vna de 18.prouintijs maioribus Italiæ, & hodiè vocatur Campania, ex chronica generali ætatum Mundi in 3. ætate.fol.45.colum.1.& in d.lib. 3.supplemen.fol.63.colum.2 De hoc regno Campaniæ plura refert Volater. lib. 6.commenta.cap.de Campania.fol. 68.colum.2. & sequentibus. De regibus prædictis Latinis ac Albanis aliqua dicemus. in 7.parte,huius quæst.2.nu. 2.Alij etiam dicunt,quòd vltimus rex Albanorum fuit Metius Suffetius, qui propter eius traditionem fuit incarceratus,& mortuus, cum suis Gentibus à Tullio Hostilio rege Romanorum, & quòd propter eius mortem defecit regnum Albanorum, & fuit vnitum,& incorporatum in regno Romanorum, refert plura Ioan.Bocatio.in lib.suo Caydâ de Principes. lib. 2. cap.21.

Præterea, & quando Laurentini † possiderunt magnã partem Italiæ, in eodem regno successum etiam fuit iure sanguinis de patre in filiũ, & non per electionem, eorũquè primus rex fuit Pico, & olim vocabatur rex Ausoniæ traditur lib.3 supplem.chronica. fol. 49. colum.2. & fol. 53.colum.2. & 56 colum. 2.
15 Laurentinorum † Regnum hoc incepit anno Creationis Mundi. 3885.& ante aduentum Saluatoris Nostri.1314. habetur lib.3.supplemen.fol. 49.colum.2.in fine.Antiquitus verò regnum Laurenti-
16 norum† erat fundatum iuxta Ciuitatẽ Romanã, propè.30. Millia, vbi hodiè est fundata Ciuitas vocata Sabina, antiquitùsquè vocabatur Ciuitas Laurento, ex eo quòd dictus rex Pico inuenit ibi arborem nominatam Laurum,ipsaquè Ciuitas Laurento fuit caput sui regni,antea etiam vocabatur Ciuitas Necaba. traditur lib.3.supplemen.fol.49.col.2. in fine.

Proinde, & quando reges
17 † Gothorum,& eorum Gentes possiderunt regna Italiæ, ac ipsam Ciuitatem Romanã tunc etiam in eorum regno, & Monarchia succedebatur iure sanguinis de patre in fi-

lium,

lium,& de consanguineo in consanguineum proximioré, & non per electionem. Quod verificari potest in pluribus similibus successionibus, quorum meminit Volate. lib. 2. commenta.ca. de Gothorum genere,& gestis.fol.8.colum. 1.post princip.& Author sup plemen.lib.9.fol.240.& seq. Papirius Massonius lib. 1. annal.reg.Franciæ.pag. 9. & 20.

18 Gothorum aduentus † in Italiam fuit in hũc modum. Imperator Theodosius 2. filius Theodosij. 1. Imperatoris (natione Hispanus) multotiens superauit Gothos, cũ quibus iniuit pacem, eisquè assignauit terras Missiæ, & durante vita dicti Imperatoris Theodosij. 2. ipsi Gothi fuerunt subiecti imperio Romano,& in finæ suæ vitæ eorum rex Athanaricus venit in Ciuitatem Constantinopolitanam,visurus Theodosium imperatorem infirmum, & simul etiam idem Athanaricus decessit in eadem Ciuitãte, & ita Gothi remanserunt sine Rege, & Duce. Et cùm Stelicon, & Rufinus tutores Archadij, & Honorij filiorũ dicti imperatoris Theodosij. 2. (qui iam simul erant imperatores) secretè prætenderent vsurpare imperiũ, vnus sibi,& alter suo filio,qua propter suæ perfidæ prætensioni conueniebat, quòd Mundus bellis perturbaretur,vt sic nõ detegeretur eorum praua intentio, & ad eius executionẽ in eorum menté venit, quòd Gothi bella illa mouere possent,quia erãt proprij ad bellum,quod cùm eis fuerit nũciatum,id facere decreuerũt, & vt meliùs id adimplere possent,inter se ipsos eligerũt in suum regem ferocem Alaricum (de nobili familia Baltorum. Volate.lib.2.commenta.cap.de Gothorum genere,& gestis.fol.7.colum. 2. in fine. Papiri.Massoni.lib. 1. annal.reg.Franciæ.pag.2.& 6 Illesc.1.part.histo.pontif. lib. 2.cap.de vita Simplicij.papæ 49.fol.86.colum.1.in fi. cum sequen.) Et cùm ipse Alaricus se præpararet, Redagalsus homo principalis Gothorum iniuit cum eo societaté, adducens secum.300.Mille Gothos Gẽtes bellicosissimas, qui simul suis domibus Missiæ relictis iter suum fecerũt, & transeuntes per Macedoniam Thesaliam,& Hetruriã (idest Sclauoniam) omnia ferro,& igne deuastabant. Et quia terrę illæ non erãt aptæ ad eorum vitam, & substentationem, decreuerunt cum

infinitis Gentibus diuisim, ac separatim in duas acies ire per terras Italiæ, eas debellãdo ferro, & igne, quod contingit anno Domini. 410. tempore Innocentij 1. Maximi Summi Pontificis, & Honorij imperatoris. Et vnius exercitus fuit dux prædictus Radigassus. alterius verò fuit Dux Alaricus. Redagassus verò fuit statim superatus, & mortuus à Stilicon Romano. Alaricus rex etiam per partẽ qua Italiam inuasit, fuit postea ab eodem Stilicon pluries aliquantulum superatus, talitèr, quòd fuit astrictus ab eo pacem exigere, & cònuentionem fecit ipse Alaricus cum dicto imperatore Honorio, vt eum dimitteret ire cum suis Gentibus in partibus Frãciæ, & cùm iam iter suũ ageret in Franciam, & esset securus à Romanis inimicis, contingit, quòd quidam Iudeus Capitaneus, seu Dux (cognomento Saul) ad instantiam prædicti Stilicõ, fortiter exercitum ipsius regis Halarici inuasit, cuius facti Alaricus nimis iratus fortissimè suis gentibus pugnauit contra prædictum Ducem Iudeum, cuius, & suarum Gentium Alaricus victor exitit, & derelicto suo itinere Franciæ, iterùm Italiam inuasit, omnia ferro, & igne debellando, ac euastando, & intra breue tempus ipsam sanctissimam Ciuitatem Romanam etiam inuasit, & castramentauit, & in breui tempore eam in suã potestatem habuit, miserosque Romanos spoliauit contra eos seuiens magnis crudelitatibus. & mortibus, quod contingit. 1. die mensis Aprilis anno Domini 412. & ab Vrbe condita anno. 1164. & anno creationis Mũdi. 5537 (Et cùm Diuus Augustinus videret tot bella, & calamitates, ac crudelitates Alarici regis suarumquè Gentiũ, sumpsit occasionem scribendi illum diuinum librum intitulatum de Ciuitate Dei, & præcèpit suo intimo amico, & discipulo Paulo Orosio nostro Hispano, vt scriberet septem libros historiæ Romanæ.) quæ omnia refert idem Beatus Augustin. in princip. dicti sui libri de Ciuitate Dei, quod passim Authores Latini referunt, & Volaterã. lib. 2. commenta. ca. de Gothorum genere, & gestis. in princ. fol. 77. colum. 2. & sequen. Alziat. lib. 2. distinctionum. cap. 22. colum. 1. in princip. traditur in vita Iustiniani imperatoris. col. 3. & Author supplem.

chro-

chronica lib. 9. fo. 240. Illesc. 1. part. histo. pontif. lib. 2. cap. 9. de vita Innocentij 1. Papæ. 42. fol. 71. colum. 2. & lib. 3. cap. 17. de Gentibus Gothorum. fol. 86. col. 2.

19 Hic enim Alaricus † rex cum suis Gentibus tempore Valentis imperatoris fidem Domini Nostri Iesu Christi recepit, quibus ipse imperator Valens dedit Episcopos Arrianos, vt eos baptizarent, & docerent, quæ religionis erant: refert Illesc. d. cap. 17. de gentibus Gothorum. fol 85. colu. 4. in fine. & 86. colu. 2. vbi & ait, quòd postea iidē Gothi venientes ad bellū cōtra dictum imperatorem Valentem, eum superauerunt, atquè occiderūt. Primusquè Rex Gothorum Christianus postquam receperunt Sanctissimam fidem, ac religionem Christi Nostri, fuit prædictus Alaricus (qui decessit anno Domini 414.) vt & nūc diximus, & tenet Illesc. in eod. cap. 17. fol. 86. col. 2. post medium.

21 Mortuoquè prædicto Alaricot successit in Gothorum regno Italiæ Athaulphus eius consanguineus suffragio omnium Gothorum. Illesc. in d. cap. 17. de gentibus Gothorū. § de Athaulpho. fol. 86. colu. 2. vbi & hic Author, inquit, quòd hic Athaulphus accepit in vxorem Placidiam sororem Imperatoris Honorij, cuius respectu ipse Athaulphus post aliquas exuuias Romanæ Ciuitatis, dimissit liberam, ac liberè ipsam Ciuitatē Romanam eidem imperatori Honori suo affini, & fratri dictæ suæ coniugis. ita Illesc. in d. §. de Athaulpho. fol. 86. colum. 1. Regnaueruntquè

22 † Gothi, ac prima vice in Italia per tempus. 40. annorum. Volatera. lib. 2. commenta. c. de Gothorum genere, & gestis. fol. 8. colum. 1. in medio. Quib. elapsis prædictus Athaulphus. 2. rex Gothorum in Franciam, seu Galliam se cōtulit cum suis gentibus, vbi Burgundiones, & Frāci erant iam nimis potentes, qui illas prouintias destruebant, & Gothorum aduentu cessarūt ab insultis, & crudelitatibus

23 † & ipse Athaulphus cū suis gentibus inuasit maiorem partem regni ipsius Franciæ, & constituit sibi regiam Ciuitatem, ac caput regni Tholosam, ex Volatera. lib. 2. commenta. cap. de Gothorum genere, & gestis fol. 7. col. 2. in fine. cum sequen. Papiri. Massoni. lib. 1. annal. reg. Franciæ. in princip. pag. 2. & 3. Illesc.

1.par.histo.pontifi.lib.3. cap. 17.de gentibus Gothorum.§ de Athaulpho.fol.86.colum. 2.& sequentibus, & idem Volate.lib.3.cap.de Narbonensi fol.15.in princip.& lib.23.c. Martianus.fol.273.colum.1. in medio,& lib.3. cap. de Pipini & Carolum genere. in fine.colum.1.(vbi & ait, Volatera.& in d.fo.7.) quòd Gothi possiderunt regnũ Franciæ per spatium.300.annorũ) idem etiã tenet Rob.Gaguin. lib.1.annal.rerum Gallicarũ. fol.8.col.1.versi.per idem,& in lib.9.supplemen. fol. 240. colum.1. Exclusisquè Gothis
24 à Francia † se contulerunt in Hispaniam nostram cum rege suo Theodorico 2. anno Domini. 456. vbi Hispanos superauerunt,& vsquè in hodiernum diem Hispaniam possiderunt,& semper fæliciter eamquè possidebunt, vt referunt prædicti Authores, & Illesc.in d cap. 17. de gentibus Gothorum §. Theodorico 2.fol. 87. colum. 1. Alij dicunt, quòd aduentus eorũ in Hispaniam fuit anno Domini.343.& Pet. Anton. Beuter.2.part.Hisp.in linea de la succession des de Adam hasta el diluuio. in principio sui operis.

Verum & cùm Gothi alia posteriori vice in Italiã venerunt, & totius Italiæ Monarchiam aequiter possiderũt
25 † etiam tunc inter ipsos reges Italiæ Gothos successum fuit in eodem regno iure sãguinis,& nõ per electionem. Quod ex sequenti historia secundi aduentus Gothorũ in Italiam sic constat.
26 Veneruntquè † iterũ Gothi in Italiam. Nam cùm Augustulus vltimus imperator Romanorum (filius Orestes) sciret, quòd in Italiam veniebat cum magno exercitu, & potentia Odoacer rex Herulorum,& Turingorum, & inter ipsum,& Orestem patrem dicti imperatoris Augustuli fuerint magna bella, se prepa rauit ad bellum contra dictũ
27 Odoacer † & cùm ad manus venissent. Orestes, ac eius filius Augustulus imperator fuerunt superati à dicto Odoacer, taliter quòd Orestes mortuus inuentus fuit, & exercitus Augustuli imperatoris valdè annihilatus,& in totum dispersus sine viribus,& potẽtia aliqua,& ipse Augustulus remansit sine spe se conseruandi in imperio. Quamobrẽ Augustulus ipse spontè dereliquit imperium Romanorũ post annum tantum sui imperij, electa vita particulari,

quòd

quod contingit anno Domini 486. in vita Simplicij Papæ. 49. Quibus peractis prædictus Odoazer remansit in totum dominus totius Italiæ, & vocatus fuit Rex Italiæ per tempus 14
28 annorum † donec Theodoricus rex Gothorum (aliàs Ostrogothorum, quod est idem) venit in Italiam, cum facultate, & licentia imperatoris Zenonis Isaurici, & superauit in bello ipsum Odoacer, atque eum occidit. Et ita Theodoricus remansit dominus, ac Rex absolutus Romanæ Ciuitatis, & etiam omnium terrarum totius Italiæ. Et ipse Theodoricus alijquè eius successores posiderunt Italiam per spatium. 70. an-
29 norum. Et ita † in Augustulo* Imperatore prædicto cessauit nomen imperatoris Romanorum per plus tempuus ,. quam 330. annorum, quousquè Carolus Magnus Christianissimus rex Franciæ coronatus fuit imperator Romanorum per Maximum Summum Pontificem Leonem Tertium, qui fuit fidelissimus defensor Sãctissimæ Ecclesiæ Romanæ eiusquè Summi Pontificis, & Pastoris Vniuersalis (vt dicit tex. in cap. venerabilem. versi. verum illis. de electio. vbi glo. 5.) Quæ omnia refert post antiquiores Authores, Illesc. 1. par. Historiæ Pontifi. lib. 2. cap. 16. de vita Simplicij Papæ. 49. fol. 84. column. 2. & 3. Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ Religionis. cap. 56. numer. 4. pagin. 746. Ad-
30 uentus † enim Theodorici Regis Gothorom, in Italiam fuit in hunc modum. Tempore Leonis Primi, qui erat imperator imperij Constantinopolitani, erat Rex Osttrogothorum Theodomir, qui post initam pacem inter eum, & dictum imperatorem Leonem decessit in vita imperatoris Zenonis, ipsequè Theodomir reliquit suũ Regnum Gothorum suo filio prædicto Theodorico, & cùm hoc sciret imperator Zenon, misit suos Nuntios, & Legatos ad dictum Theodoricum, ei mittens gratulationem nouæ successionis dicti regni paterni, rogans eum, vt eum videret in Ciuitate Constantinopolitana, vt pleniùs agere possent de sua amicitia, & pace. Quibus verbis auditis per Theodoricum val-

dè lætatus fuit, & continuò in Ciuitatem Constantinopolitanam se contulit, visurus dictum imperatorem Zenonem, à quo fuit benignè susceptus, & hospitatus multis seruitijs, & gaudijs. Gothi enim subditi ipsius Theodorici ei supplicauerunt, ne vitam, ita voluptuosè ageret, sed quòd occasionem aliquam quæreret, vt valorem, & nobilitatem suam, ita antiquissimam in Mundo ostenderet, qui voluntati eorum complacens, ab ipsoquè imperatore petijt, vt ei concederet acquæstum Italiæ, quia Odoacer Rex Herulorum iniustè eam vsurpatam posidebat, & in totum deuastauerat Imperium Romanorum. Ipsèquè imperator cum voluntate totius Senatus Ciuitatis Constantinopolitanæ, liberè cócessit prædicto Theodorico Italiam, cum aliquibus conditionibus, quam concessionem ei fecit anno Domini 496. Et continuò Theodoricus Rex se præparauit ad iter prosperum & ad acquæstum Italiæ, vbi veniens habuit cum Odoacer, & eius Gentibus plures conflictus: & cùm esset bellicosissimus, & benè fortunatus tyrannum Edoacer superauit, ac occidit, & ipse solus Theodoricus supræmus dominus Italiæ, & Romanæ Ciuitatis remansit, & etiam omnium terrarum imperij Occidentalis Romanorum, quæ ab alis Barbaris nationibus, non erant occupatæ, quæ prædictum imperium Occidentale annihilauerunt, & statim se Regem Italiæ vocauit, & pacificè Regna illa Italiæ per plures annos pacificè possedit magna fælicitate, & tantùm abest, quòd si non teneret hæreses Arrianas (sicut alij Gothi sequuti fuerunt) fuisset de melioribus Principibus Mundi, nam in modo, & forma gubernationis omnibus Principibus præfulgit, & Italiam, Romam, Rauenam; & alias infinitas Ciuitates nobilitauit, & licet fuerit Arrianus, fuit ita mansuetus, ac liberalis, quòd omnes Catholici, & suæ Ecclesiæ in eo habebant eundem fauorem, quem habere solebant in quo libet Imperatore, & Principe Catholico. Matrimoniumquè contraxit ipse Theodoricus,

cum vna filia Magni Clodouei regis. 5. Franciæ Christianissimi, quæ vocabatur Andefreda. Et etiam ipse Theodoricus filiam suam secundã collocauit in matrimonium cum Halarico. 2. rege Hispaniæ. Quæ omnia vltra Authores Latinos refert Illesc. 1. par. histor. æ pontif. lib. 3. cap. 1. de vita fælicis. 3. Papæ. 50. fo. 89. colum. 2. & sequentibus
31 Postquàm enim † tota Italia, & Ciuitas Romana possidebatur ab istis vltimis regibus Gothorum ex dicta noua cõcessione Imperatoris Zenonis, etiam tunc inter eos iure sanguinis successum fuit in regno Italiæ, & non per electionem. Quod sic constat. Primus rex Gothorum (vt ex supradictis constat) qui totã Italiam Romanamquè Ciuitatem quietè possedit, & prædicta Zenonis imperatoris cõcessione, fuit prædictus Theodoricus rex Gothorum per tempus. 38. annorum, qui tẽpore suæ mortis reliquit in regem successorem Athalaricum nepotem suum, filium Christianissimæ Amalasiuntæ eius filiæ, & Eucherij viri nobilissimi, quod cõtingit anno Salutis nostræ, 529. refert Illesc. 1. par. histo. pontif. lib. 3. cap. 6. de vita Ioannis. 1. Papæ. 55. fol. 96. colum. 2. & eod. lib. cap. 17. de regibus Gothorum. §. de Theudio. fol. 117. colu. 1. Mortuoquè prædicto Athalarico rege Italiæ
32 † propè annum 533. successit in eodẽ regno Italiæ Theodatus eius cõsanguineus proximior. refert Illesc. in d. lib. 3. cap. 8. de vita Bonifatij. 2. Papæ. 57. fol. 97. col. 3. in medio, & sequen. & in d. cap. 17. de regibus Gothorũ §. Theudio. fol. 117. col. 1. Etsi in dictis locis dicat Illesc. quòd statim post successionem dicti Theodati, Gothi eligerũt in suum regẽ Italiæ Vitigem, & hic Vitigis cũ sciuit, quòd Bellisarius nobilissimus Dux imperatoris Iustiniani. 1. erat iam in Romana Ciuitate, eũ ibi castramentatus est, vbi eũ nimis oppressum habuit, prosperè tamen Bellisario successit, nam Vitigem vicit, ac superauit, eumquè in vinculis detinuit. refert Illesc. in d. lib. 3. cap. 12. de vita Vigilij. 1. Papæ. 61. fol. 106. colum. 1. Post hunc Vitigem regẽ fuerunt alij duo reges Italiæ de genere Gothorum, scilicet, Gidouado, & Araricus, & ex quo non erant bellicosi, gentes Gothorum eligerunt in suum regem Totilam ex no-
33 bilibus Gothis † qui in prin-

cipio sui regni oppressit san-
ctissimam Ciuitatem Roma-
nam, & post aliquod tempus
eam superauit, eaquè potitus
fuit. refert Illesc. in d. ca. 12.
fol. 106. colum. 1. & 107. col.
1. in fine, vbi & col. 3. alt, quòd
hic Totila rex Gothorũ, pro-
pè annum. 544. superauit di-
ctum Bellisarium ducem di-
cti imperatoris Iustiniani 1.
& quod debellatus fuit ferè
totam Ciuitatem Romanam,
& muros eius cum Capitolio,
& remansit desolata, ac sola,
absquè vllis ciuibus, & quòd
Senatores, ac nobiles Roma-
nos secum duxit Totila in
Rauenam Ciuitatem. idem
tradditur in vita dicti Impera
toris Iustiniani 1. in principio
institutionũ. col. 3. post med.
& lib. 9. supplemen. chronica.
fol. 255. col. 2. & 3. Et dũ rex
Totila erat in Ciuitate Raue-
næ, prædictus Bellisarius oc-
cupauit Ciuitatem Romanã,
& possidens eam, incepit eam
edificare, & reparare, & intra
27. dies reedificauit maiorem
partem murorũ eius, & iussit
vocari omnes Ciues Roma-
nos, qui erant per diuersas
partes dispersi: & cum hoc
sciret dictus Totila rex Italię
iterum venit super dictam
Sanctam Ciuitatem Roma-
nam, volens eam debellare;
& cùm intra duos dies id fa-
cere non potuit, contulit se
Tibuli. Quod videns Anto-
nina Bellisarij vxor, misit
per suas epistolas supplicare
Iustiniano imperatori, quod
desineret Bellisarium in Cõ-
stantinopolitanam Ciuitatẽ,
ac patriam reuerti, quia iam
erat senes, quod ipse Iustinia-
nus permisit. Et ita cũ Bel-
lisarius se contulisset in suam
patriam, prædictus rex Toti-
la cum suis Gentibus Gothis
iterum venit contra Roma-
nam Ciuitatem, & absquè cõ
tentione ea potitus fuit, etsi
contra Romanos ciues non
fecerit tot mala, & crudelita-
tes, sicut alijs vicibus fecerat,
& similiter ferè obtinuit to-
tam Italiam, cùm ei nullus
nomine dicti imperatoris Iu-
stiniani resisteret, donec mã-
dato ipsius Imperatoris Iusti-
niani in partibus Italiæ pro-
fectus fuit eius Dux Narses
Enunchus (nimis fortis in
bellis, & Catholicus) ad cuius
instantiam dum ipse Romæ
pergeret Longobardi ad ma-
nus venerunt cum Totila
Gothorum rege, ac Italiæ, eũ-
què superauerunt, & occide-
runt propè oppidum Brexil-
34 lo. Quo facto† Narses in-
gressus fuit nomine dicti im-
peratoris Iustiniani 1. Roma-

nam

nam Ciuitatem, & continuò quæsiuit magno exercitu Teyam nouum regem Gothorũ quem ipsi Gothi eligerēt loco Totilæ,& cùm inter se pugnassent,Narsis superauit Teyam Gothori nouum regem, ac omnes suas gentes, & in ipsa pugna occisus fuit ipse rex Teya, & ferè omnes alij
55 Gothi † taliter, quòd ex tunc fuit infinitum regnum Gothorum in partibus Italiæ (quod durauerat per tempus 68 annorũ à tempore Theodorici 1.Regis Gothorũ, qui Italiam possederat ex concessione dicti imperatoris Zenonis) & Romana Ciuitas, ac tota Italia remansit subiecta imperio Constantinopolitano. Hæc omnia contingerũt anno Domini. 557. tradit Illesc. 1. part. historiæ pontifi. lib.3.cap. 12. de vita Vigilij. 1.Papæ.61.fol. 108.colum.1. & 2.idem traditur in chronica generali ætatum Mũdi. in 6.ætate.fol.135.colum.2.vbi & ait,fuisse tunc tantã multitudinem captiuorum Gothorum, vt in vilissimarum pecudum modum singulis aureis passim greges hominum Gothorum venderentur. Et hæc de Gothis, qui Italiam possiderunt, dixisse sufficiat, vt ad institutum nostrum deueniamus. Prædictus Rex Gothorum Totila fuit vocatus flagellum Dei. refert Platina in vita Pelagij Papæ. fol. 30.col.1.propè finem.

Præterea, & cum ferè tota Italia possidebatur antiqui
56 tus † à Vandalis, etiam tunc succedebatur in regnis,&potentatibus Italiæ de patre in filium,& de consanguineo in consanguineum proximioris & sic iure sanguinis,& nō per electionem. Volatera. lib. 7. commenta.cap.de rebus Vãdalorum.fol.83.& sequentib. idem habetur lib.9.supplem. chronica.fol.239.colum.2.in medio,& 254.colu.2.& 260 colum.1.in fine.Regnumquè
57 hoc† Vandalorum priùs fuit pars regni Poloniæ,& sic fuit denominatum ex denominatione cuiusdam Fluuij nomine Vandalo, quod est in illo regno Poloniæ,& incepit ibi anno Domini 338. & erat tunc annus Creationis Mundi. 5537. refert Author supplemen.lib.9.fol.238 colu.2. in fine,& 239.col.2.in fine. vbi & ait, quòd primus Rex Vandalorum fuit Arriarico.
58 Hi enim Vandali† superauerunt postea Romanam Ciuitatem anno Domini 456. & magna crudelitate per 14. dies eam destruxerũt, & ma-

iorem

iorem partem templorum,& Ecclesiarum, ac etiam edificiorum publicorum tempore Leonis 1. papæ. Et hæc fuit secunda captiuitas, quæ prædicta Sãctissima Ciuitas Romana fuit passa.43.ãnis,postquàm Gothorum gentes prima vice Romanæ Ciuitatis dominauerunt,& etiam maioris partis Hispaniæ, & Frãciæ,cùm esset eorum rex Gẽsericus. Volatera.in d. cap. de rebus Vandalorum. fol. 83. colum. 1 & Author supplem. d.lib.9.fol.239.colum.1.& 2 & 255.col.2,& sequen.Illesc. 1.par.histo.pontif.lib. 1. cap. 14. de vita Leonis 1. Papæ. fol.80.colum.1.& 2.De Van-
39 dalis enim dicitur † quòd Vandali fuerunt à Deo excitati in perniciem, ac dedecus imperij Romani,ex Papirio Massonio.lib. 1.annal.reg. Franciæ.pag.7.Fueruut Vandali prima vice superati à gentibus Tiberij Cæsaris, & exclusi à tota Italia. habetur lib.8.supplemen.fol.182.col.
40 1.in fine. De Vandalis † etiã triumphauit Bellisarius tempore Papæ fælicis.4. & imperatoris Iustiniani. 1. (cuius dux fuit ipse Bellisarius) anno Domini. 534. (Et hac de causa ipse Iustinianus imperator vocatur Vandalicus, vt constat in summa prohæmij institutionum, ibi, Vandalicus,vbi notat glo. verb. Alemanicus probat tex.in l. 1. C. de offi.præfect. Affri)eorũq; gentes traiecit in Affricam, postquàm fuerũt domini Italiæ per tempus 96.annorũm tradditur lib. 9. supplemen. fol.255.colum.2. & in vita imperatoris Iustiniani. col.2. in fine,cum sequen. Iaso. in l. 1.in 2.lectu.num. 10. C. de summa Trini.Papiri.Massoni lib.1.annal.reg.Franciæ. pag. 9.Illesc. 1. part.histo. pontif. lib. 3.cap.8.de vita Bonifatij. 2.Papæ.57.fol.97. colum. 3. Et cùm Bellisarius Romam reuersus fuit, in memoriam tàm insignis victoriæ, crucẽ auream librarum. 100. preciosis gemmis ornatam in honorem Basilicæ Beati Petri dicauit. tradditur in vita dicti imperatoris Iustiniani.col. 2.& 4.Platina in vitis pontificum.in vita Felicis 4.Papir. Massoni.d.lib.1.pag. 7. Bellisarius prædictus fuit natione Grecus, militaris disciplinæ peritissimus. ex Platina in d. loco, vbi colum. 2.ait, quòd
41 † Vandalorum imperium in Italia tantùm durauit per tẽpus 105.annorum. De prædicto Bellisario legitur in vita d. imperatoris Iustiniani.

col.4.

colum 4. post princip. quòd iussu ipsius imperatoris, seu Trebaciani eius Cancellarij (cuius prima apud ipsũ Cæsarem erat authoritas) odio, & inuidia excecatus fuit, eidemq; crudeliter occuli exẽpti,& quòd oppressus tam varia fortuna;victum quærebat à prætereuntibus his verbis, date stipem Bellisario,quem rerum prosperè gestarũ magnitudo extulit, inimicorum inuidia excecauit. pluraquè de isto Bellisario refert Volatera. lib. 23. commenta. cap Marcianus.fol.273.colum.1. in medio. Sed iusto iuditio Omnipotentis Dei prædictus Bellisarius passus fuit hãc penam,siquidem,cùm ipse Bellisarius esset à Gothis,& eorũ rege Vitigis circundatus Romæ,iniustè in exilium misit beatissimum Siluerium Summum Pontificem anno Domini 539.& fecit eum deponi vestibus Pontificalibus, & fecit, quòd faceret etiam renunciationem dignitatis Sũmi Pontificatus,& alia infinita mala ipse Bellisarius perpetrauit,& etiam Antonina eius vxor, vt refert Illesc. 1. part.histo.pontif.lib.3.ca.11. de vita Siluerij.Papæ. 60.fol. 104.colum.4. cùm sequẽtib. Quid plura, & post dictã expulsionem Vandalorum ab Italia, reuersi fuerunt in Affricam,quorum rex tunc fuit Honricus,de quo fertur,quòd Christi Nostri Sanctissimam recepit,licet communiter dicatur ab omnibus Authorib. quòd eum annathematizauit Gelasius.1.Papa,quia Affricæ Christianos persequebatur, Sanctamquè Ecclesiam Romanam, ex Illesc. in d.lib.3. part.1.cap.2. de vita Gelasij. 1.Papæ.51.fol.90. colum. 2.
42 in fine. Et cùm † Vandali in partibus Affricæ regnarent post eorum expulsionem ab Italia) etiam inter eorum reges iure sanguinis succedebatur. Nam propè annum 568 decessit in Affrica prædictus eorum rex crudelis Hõricus, cui successit filius eius Trasamundus. refert Illesc.in d.1. part.histo.pontif.lib.3.cap. 3. de vita Anasthasij 2.Papæ.52 fol.91.colu.4.Mortuo Trasamundo (qui etiam fuit impijssimus Rex, & inimicus Christianorum) successit in eius Vandalorum Imperio Hildericus eius filius,qui fuit Princeps Catholicus, & religiosissimus, sequens vestigia materna, quæ fuit filia imperatoris Valãtiniani. 3.&Christianissima regina. refert Illesc.in d.lib.3.cap 5.de vita

Hor-

Hormidæ.1.Papę.54.fol.94. col.3.

Rursus, & quandò Hunni regnauerũt ferè in omnibus
43 regnis Italiæ † tunc iure sanguinis succedebatur in eorũ imperio, & Monarchia, de patre in filium, & de consanguineo in consanguineũ proximiorem, deficientibus, filijs, vel descendentibus vltimi regis eorum. Volatera.lib. 7.commenta. cap.de Sarmatia.fol.255. colum.2. & sequ.
44 Hoc enim † regnum Hunnorum incepit in prouintia Sciciæ anno Saluatoris nostri. 447. fuerunt gentes ferocissimæ, & crudeles, & ferro igne, & sanguine debellauerunt postea ferè totam Italiã. traditur in chronica generali a tatum Mundi in 6. ætate. fol.172.colum.1.Illesc. lib.2. part. 1. histo. pontif. cap.14. de vita Leonis 1. Papæ. 47. fol.78.colum.4.& sequentib. plurib. Legitur de Attila eo-
45 rum rege † quòd penitus destruxit, ac desolauit absquè vllis ciuibus Ciuitatem Aquileyam, & quòd plures ciues eius maximè ditiores fugerunt indè, & edificauerunt Ciuitatem Venetiarum, & quòd similiter debellauit ferè omnes Ciuitates Italiæ. refert plura in proposito Illesc. in d.cap.14.de vita Leonis 1 Papæ. fol. 78. colum.3. & 4. Persuasionibusq; ipsius Leonis.1.Papæ Max. Summi Põtificis, rex ipse Attila non destruxit Sanctam Ciuitatem Romanam. refert Illesc. in d.fol.78.colum. 4. & sequenidẽ habetur lib.6.Supplemen Chronica fol.255. col. 2. & sequen. Et dicit Illesc.in d.loco, quod hæc fuit prima captiuitas quæ passa fuit Sancta Ciuitas Romana. Licet in vita imperatoris Iustiniani col. 3.post medium.dicatur, quòd ipse rex Attila penitus destruxit prædictam Ciuitatem Romanam, & quòd eam dosolauit absq, ciuibus,& fuit multis diebus in solitudine, & quòd idem etiam fuit in Ciuitate Florentiæ. Primusquè
46 rex † Hunnorum Christianus Gorda cum suis gentibus & agnouerunt fidem Christi nostri, & receperunt eius sanctissimum Baptismum anno Domini. 532. tempore fælicis.4.Papæ, & etiam Iustiniani imperatoris.refert Illesc.in 1.part.histo pontif.lib.3. cap. 7.de vita Felicis.4.Papæ. 56. fol.97.colum.1. Hunnorum-
47 què † regnum in partibus Italiæ tantùm durauit per tempus.70.annorum.habetur lib. 9.supplemen.chroni.fol.255. col.2.

colu.2.& sequen. Donec Belisarius dux imperatoris Iusti niani superauit dictum regẽ Attilam,& eorum gentes, & eas exclusit à tota Italia. traditur in vita dicti imperatoris Iustiniani col 3.in fine. cũ sequen. Papiri. Massoni. lib. 1. annal.reg.Franciæ pag.9.

Similiter & quãdo ferè tota Italia fuit possessa à regib. Longobardis, tempore Benedicti.1.Papæ,& in fine imperij Iustiniani 2. imperatoris ãno Domini nostri IesuChristi 582. & sequentibus (ex Illesc. 1. part.historiæ pontif. lib.3.cap. 15. de vita Benedicti 1.Papæ fol. 113.colu.3.& 4) excepta Sancta Ciuitate

48 Romana † etiam tunc reges illi Longobardi succedebant in eodem regno Italiæ iure sanguinis de patre in filium, & inter consanguineos proximiores eiusdem sanguinis regij,quibus defficientibus, gẽtes Longobardorum eligebãt sibi regem. Volatera. lib. 7. commenta.cap. de rebus Lõgobardorum.per totum (vbi refert plures similes successiones regum Longobardorum) & Author supplemen. lib.10.fol.269. col.2. & 3. & 270. & seq. & Author chronicæ generalis ætatum Munsii 6 ætate fol.147. colu. 1.& 155. colum. 1. Illesc. 1.part. pontif histo.lib.4.cap. 5 de vita Bonifatij.5. fol. 132. vbi ait, quòd anno Domini 68. successit Odoagdus in regno Longobardorum morte Agilulphi regis eorum sui patris.

49 Longobardorum† enim primus rex fuit Ayon (aliàs Alboyno) qui inter Longobardos cùm possidebat regnum Pannoniæ (quod postea fuit vocatum regnum Vngriæ.) incepit regnare in Italia(eam nimis perturbando)anno Domini 567. annoque Creationis Mũdi 5766.trad.in chro. gen.ætat.Mũdi 6.ętat.fo.147 col. 1.& lib.10.suppl.fol.269 & sequen.Illesc.1. part. histo. pont.lib. 3.c.15.de vita Benedicti 1.Pap.fol.113.col.3.&4 &c,16.de vita Pelagij 2.pap. 65.fol.115.col.3.& lib.4.c.24 de vita Zach.pap.93.fol.168. col. 2.in fi.Longob. venerunt

50 † in Italiam ad instantiã illius famosissimi Narsis eunuchi ducis, seu capitanei Imperat. Iustin.2.ex quo dicebat,se nimis iniuriatũ àSophia Imper. Augusta eiusdẽ Iustiniani 2. qui iam erat diffressus à serui tio ipsius Cæsaris,& anno Domini.578.residebat in Ciuit. Neap.ex qua certiorem fecit dictum Albuinum Regem Longobardorum existentem

in dicto regno Pannoniæ, inquiens in suis literis secretis, quòd Italia erat penitùs deserta, & absquè spe auxilij, & fauoris, & quòd si in Italiā statim veniret magno exercitu, ita obportunè erit, quòd absquè vlla resistentia, & defensione esset dominus totius Italiæ, quæ erat prouincia fertilissima atquè ditissima, & de melioribus totius Orbis. Cū enim rex Albuinus nuntium hoc recepit, valdè lætatus fuit & se præparauit animo venturus ad Italiam expugnandam, regnumquè suum Pannoniæ dereliquit Hūnis suis amicis. Per Longobardorum enim aduentum in Italiam, tota ipsa Italia fuit debellata, & superata à dicto Albuino rege Longobardorum, quam ipse, ac sui successores reges Italiæ possiderūt pacificè per tempus 204. annorum. Quæ omnia copiosè refert Volate. lib. 7. commenta. cap. de reb. Longobardorum, & Illesc. 1. part. histo. pontif. lib. 3. cap. 14 de vita Ioannis 3. Papæ 63. fol. 112. colum. 4. & sequent. & cap. 15. de vita Benedicti 1 Papæ. 64. fol. 113. col. 3. & sequentib. Et cùm Arithpertus Catholicus rex Longobardorum in Italia regnasset, fuit à quibusdam peruersis hominibus occisus, relictis Perterito, & Gundiberto filijs, qui inter se ad pugnam venerunt super successione ipsius regni Italiæ, contra quos se immiscuit Grimoaldus dux Venauenti (qui status est in eisdem partibus Italiæ) eosquè superauit, & sibi debellauit regnum Italiæ Longobardorū. Quod contingit anno Domini. 657. cùm præsideret in Dei Ecclesia Romana Eugenius 1. Papa. 77. & imperante in imperio Constantinopolitano iniquissimo. Constante 2. filio imperatoris Constantini 3. & nepote Heraclij imperatoris. Illesc. in d. lib. 4. cap. 11. de vita Eugenij 1. papæ, fol. 143. colum. 1. Etiam

51 inter sequentes † reges Longobardorum post prædictum Grimoaldum regem eorum (ducem Venauentanum) iure sanguinis successum fuit inter descendentes regū antiquorum ipsorū Longobardorum. Nam mortuo ipso rege Grimoaldo gentes Longobardæ nationis sibi in regem receperunt prædictum Perteritum filium maiorem Arritperti sui vltimi regis, quem vinceret in pugna prædictus Grimoaldus in partibus Italiæ, anno Domini 678. refert Illesc. in d. lib. 4. c. 14. de vita

Domini Papæ 80. fol. 145. colum. 2. in fine. Vltimusquè
52 † rex Longobardorum fuit Desyderius, qui fuit superatus ab imperatore Carolo Magno anno Domini 776. qui venit in Italiam ad instátiam Hadriani 1. Papæ. 97. qui expullit à tota Italia Longobardas gentes, præter ipsũ Desyderium, quem missit ad quandam insulam in exilium perpetuum, vbi miserè decessit, vt inquit tex. in cap. Hadrianus in 2. 63. distin. Et gẽ-
53 tibus Longobardis† ipse imperator Christianissimus Carolus Magnus concessit in continuam habitationem terram suam ab Alpibus vsquè ad Fluuiũ Po, & voluit, quòd deinceps terra illa vocaretur ab eorũ denominatione Lombardia, & Romanis concessit terras, quæ sũt in regnò Neapolitano, vsquè ad dictum Fluuium Po, & ipsis terris
54 † imposuit nomen hoc Romania, vt copiosè refert Illesc. in d. lib. 4. ca. 33. de vita Leonis 3. Papæ fol. 186. colum. 2. Multiquè ex principaliorib. Longobardis Romæ venerũt iussu Hadriani 1. Papæ, & in eius præsentia fecit scindi capillos, ac barbas longissimas, & vestes eorum etiam longas refert Illesc. in d. lib. 4. cap. 32 de vita Hadriani. 1. Papæ. fol. 180. colum. 1. Et tantùm inter Longobardos fuerunt 22. reges (aut secundum alios
55 34.) durauit† què eorum imperium per 204. annos continuos. ex Sabelico Authore Latino, & Volatera. in d. lib. 7 de rebus Longobardorũ. fol. 79. & sequentibus traditur in chronica generali ætatum Mundi. fol. 166. colum. 2. & 3 & lib. 10. supplem. 288. colu. 1. Illesc. in d. cap. 32. fol. 180. col. 3. & 4. Longobardi etiam
56 † aliquando duces pro regibus habuerunt. Papiri. Massoni. lib. 1. annal. reg. Franciæ. pag. 55. in princip Illesc. in d. lib. 4. cap. 26. de vita Greg. 2. Papæ. 91. fol. 165. col. 2. vbi ait, hoc cõtigisse anno Domini. 729. gentes Longobardo-
57 rum † tempore Greg. 1. Papę 66. propè annum Salutis nostræ 599. (etsi anteà fuerant Christiani, erant tamen tacti Idolatria, & ritibus gentilitatis) ad instátiam tamen ipsius Sanctiss. Pap. Greg. & Theodelindæ reginæ coniugis Agilulphi regis Longobard. rex ipse Agilulphus, & omnes eius gẽtes cóuersi fuerunt in totũ ad Sanctiss. fidem Euang. Domini N. Iesu Christi, seclusa secta gẽtilica Illesc. in d. lib. 4. hist. ponti. 1. par. c. 1. de vita Greg.

1.Papæ.66.fol.124 colum.4. in princip.Longobardorum 58 † gentes fuerunt naturales insulæ Escandianæ. habetur lib.10.supplemen.chronica fol.269.colum.2.vbi & refert Paul.Orosi.discipulum beati Augustini lib.5.suæ historiæ. 59 dicentem † quòd ideò Longobardi hoc nomine vocabantur,quia habebant barbas multum longas, & etiam capillos,& vestes,& alia similia, quod etiam tenet Volate.lib. 7.cap.de rebus Longobardorum fol.79.colum. 1. idem traditur in chronica generali ætatum Mundi.6.ætate.fol. 147.colum. 1.Illesc. 1. part. histo.pontif.lib.4.cap.32.de vita Hadriani 1.Papæ.97.fol. 180.colum.1.

Quid plura,& sciendũ est 60 etiam † quòd à principio regni Romanorum primi reges successerunt in eo iure sanguinis, & non per electionem,vt legitur de Numa Põpilio Secundo rege Romanorum. refert Gerard. de Mercatore in demonstratione tẽporum pagin.58. ad finem. Sed re vera,hoc videtur falsũ & contra facti veritatem. Nã hic Numa Pompilius nõ fuit filius Romuli Primi Regis Romanorum, sed potiùs fuit filius Pomponij,& per electionem Romanorũ fuit electus in suum regem. anno Creationis Mundi 4485. & ante Aduentum Domini Nostri Iesu Christi 714.traditur lib. 4.supplemen. chronica. fol. 90.colu. 2. Quintùs verò rex Romanorum fuit Tarquinus Priscus, qui propter suã maximam potentiam fuit in regem creatus à Romanis contra voluntatem filiorum Anchi Marcij 4.regis Romanorum sui antecessoris,à quibus postea fuit occisus.habetur in d.lib.4.supplemen.fo.95.col. 1.in princip. Aliquando etiã Romani considerabant in electione regum personas proximorum vltimi regis, prout contingit in Tarquino Superbo 7. & vltimo rege Romanorum,qui fuit filius Tarquini Prisci. 5. regis Romanorũ sui antecessoris:fuitquè etiam gener Tullij Seruij. 6. regis Romanorum sui vltimi antecessoris.habetur in chronica generali ætatum Mundi 5. ætate fol.65.colum. 1.& lib, 5 supplemen.fol.101.colum.2. Quin & prædictus Anchus Martius 4. rex Romanorum fuit nepos ex filia Numæ Põpilij 2.regis Romanorum traditur in d.cronica generali ætatum Mundi. 4. ætate fol. 55. colum. 2. Et tantùm fue-

runt

runt septem reges Romanorum, à Romulo (primo fundatore Sanctissimæ Ciuitatis Romanæ) vsquè ad Tarquinum Superuum. Quorum
61 imperium durauit tantũ per spatium 240. annorum, vt passim Authores Latini referunt, & traditur in d. chronica ætatum Mundi. 5. ætate. fol 65. colum. 2. in fine, & lib. 5. supplemen. fol. 104. colum. 2. vbi etiam traditur, quòd quando per Romanos fuit expulsus Tarquinus Superbus. 7. rex Romenorum, quia violauerat Lucretiam matronam Romanam (vt ait tex. in cap. proposito post mediũ 32. quæst. 5. plenè Ioan. Bocatio lib. 2. de la cayda de Principes cap. 4.) per decretum publicum Senatorum Romanæ Ciuitatis fuit creatus Brutus patruus dictæ Lucretię in regem perpetuum Romanorum cum tota eius progenie
62 Hic † enim Brutus expulit reges à populo Romano, Vrbemquè ab imperio eorum liberauit. Sequitur Calepin. in dictionario vltimo. verb. Brutus, & alia in proposito refert Plutarc. de viris illustrib. in vita Publicolæ. fol. 298. colum. 2. & Ioan Bocatio. lib. 2. de la cayda de Principes. c. 4. Et qualiter ipsa Romana Ciuitas fuerit à suo principio fũdata, & populata, videre licet Paul. Orosi. lib. 1. suæ historiæ, & Authorem supplem. lib. 4. fol. 87. colum. 2. & sequẽtibus. Tornamiram in principio suæ Cosmographiæ. Volate. lib. 6. commenta. cap. de Latinis. per totum fol. 59. & sequentibus pluribus. Solinũ de memorabilibus Mundi. c.
63 1. Regnumquè hoc Romanorum incępit ab anno Creationis Mundi 3217. & post Diluuium 751. ex Tornamira in d. Cosmographia pagin. 250. post Paul. Orosi. lib. 1. suæ historiæ. Aut secundum alios incæpit anno Creationis Mundi 4448. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi. 751. sub Romulo. 1. rege Romanorum, ex traditis lib. 4. supplemen. chronica fol. 87. colum. 2. Et qui priùs leges Romanis constituit fuit Romulus fundator ipsius ciuitatis, ita Plutarc. in vita Romuli fol. 84. colum. 1. Ciuitas
64 Romana † antiquitus fuit vocata à gentibus Latinis Valẽtia, & a Gręcis fuit vocata Roma. traditur lib. 4. suppleme. fol. 79. culum 1. Et ab Authoribus antiquissimis plura sũt scripta, quare Roma sic fuerit nominata. refert Plutarch. de viris Illustribus in vita Ro-

muli

muli.fol.6. colum. 2. in fine. cum sequent. & Paul. Orosi. in princip. suæ historiæ, Calep.in dictionario vltimo verbo Roma. in 2. Olim etiam
65 † Romana Ciuitas fuit vocata rerum domina, & caput Italiæ. traditur in principio Institutionum Iustiniani imperatoris colum. 3.in fine, & Barthol.tracta.de Fluminibus in princip. idem habetur in chronica generali ætatũ Mũdi.4.ætate fol.57. columm. 1. Immo, & appellata est caput totius Mundi, quia de omnibus nationibus totius Orbis triumphauit, quam sic vocare solebat Totila Gothorum rex,ac regnorum Italiæ, traditur in d. chronica generali. in 6.ætate fol.102. colum. 2. refert etiam Platina in vitis Pontificum. in vita Diui Petri fol.2.colum.2. in fine, & Illesc. in vita eiusdẽ Diui Petri cap. 5.lib.1.partis. fol. 20. colum. 3. post princip. & lib. 3.cap. 13. de vita Pelagij. 1. Papæ. 62. fol. 110.colum.2. Calepin.in 2.dictionar. verb. Roma.in 1.Et beatus Leo Papa.in sermo. 1. festiuitatis diui Petri,& Pauli in 4. lectio-
66 ne ait, quòd olim † Ciuitas Romana fuit magistra erroris,& quòd postea facta est discipula veritatis. Propè hanc Sanctissimam Ciuitatem Romanam vidit Dominus diuũ Petrum ex ea exeuntem, & persecutionem fugientẽ, iussitquè ei Dominus tacitè redire,dum Petro interroganti Domine quo vadis? respondit,vado Romam iterùm crucifigi.habetur in cap. per venerabilem §. sanè qui fil. sint legiti,vbi dicitur, volens Petrũ Dominus ad locum, quẽ elegerat,reuocare, respondit, iterùm venio Romam crucifigi,vt dixi,non quia ipse Dominus vellet iterùm crucifigi,sed vt Petrus redderet in Vrbẽ, & ibi pro Christo crucifigeretur. refert Abdias lib. 1.Histo.Apostol.fol.14.col.1 & refert plura in proposito Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ religionis, cap.1.de Ecclesiastica Diuina potestate.num. 40. vbi num. 41.citans Hostien.in d.§.sanè
67 sic ait † Vrbs Romana effusione sanguinis Petri,qui fuit Vicarius primus, facta est altera Hierusalem, adeò quòd per talem effusionem volũtas Dei fuit, vt ille locus firmaretur, & cõsecraretur pro Ecclesia Sancta, quæ esset caput, & domina omnium Ecclesiarum,ex tex. in cap. fundamenta.de elect.in 6.& alijs ibi per eũ cit. refertquè etiã,

ibi Guerrero Bal. in authētica quas actiones C. de Sac. Sāct. Eccle. dicentem, quòd Ecclesia Romana dicitur omnium mater, & regina, & quòd ideò Romæ potiùs quàm alibi voluit Dominus Ecclesiæ suæ caput stabilire, vt vbi erat caput superstitionis, ibi caput quiesceret sanctitatis, & vbi Gentilium Principes habitabant, illic Ecclesiarum Principes morerentur, ex tex. in cap. beati 2. quæst. 7. & in cap. fi. 89. distin. Vndè ille Magnus Cōstantinus imperator tempore quo beato Siluestro Max. Summo Pontifici donauit ipsam Sanctissimam Ciuitatem Romanam, vt statim dicemus, suo edicto concessit quòd deinceps suum imperiū transferatur, & constituatur Constantinopolitanæ Ciuitati, quam ipse nomini suo dicauit, ac edificauit, licet à principio constitutum fuerit in ipsa Ciuitate Romana, quoniā vbi Principatus Sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab imperatore Cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic imperator terrenus habeat potestatem, nec habitet, vt habetur in ædicto generali ipsius imperatoris Constantini Magni, quod habetur transumptiuè in cap. Constantinus 96. distin. eiusdem tenorem, refert Ioan. Baptistā Ficklerum in Theologia iuridica. pagin. 142. & pag. 155. tradit. plura in proposito Paul. Orosi. in princip. suæ historiæ, & author supplemen. lib. 4. fol. 87. colum. 2. & 3. Arias Montanus in Micheā Prophetam, cap. 2. pag. 541.

68 Romana enim † hæc Ciuitas fuit valdè illustrata corporibus Sanctissimorum Dei nostri Apostolorum Petri, & Pauli cap. Sacro Sancta Romana. 22. distin. & copiosè videre licet per beatum Ioānem Chrisosto. in homilia vltima ad Roma. qui per hæc verba formalia loquitur; si Paulus cùm hic esset, vsquè adeò dilegit homines, vt cùm dissolui ex animi proposito, & cùm Christo esse cuperet (vt ipse affirmat ad Roma. c.) elegerit hic esse; multò magis illic feruentiorem amorem ostendet. Ego & Romam propterea diligo, tamensi, & aliundè queam eā laudare, nēpè à magnificētia, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, à potentatū, à diuitijs, à rebus in bello fortiter gestis, sed relictis illis omnibus, ob id illam beatam deprædico, quòd erga eos Paulus dū viueret, adeò fuit beneuolus,

adeò illos amauit, coram disseruit, & postremò vitā apud eos finiuit. Vndè & Ciuitas ista hinc facta est insignis, plusquam à reliquis omnibus. Et quemadmodum corpus magnum, ac validū duos habet oculos illustres, sanctorū videlicet illorū corpora. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Considerate, & horrete quale spectaculum visura sit Roma. Paulum videlicet ex theca illa repente resurgentem in occursum Domini sursum ferri. Qualem rosam Christo mittet Roma? Qualibus coronis duabus ornatur Vrbs ista? Qualibus cathenis aureis cincta est? Quales habet fontes? Propterea celebrò hanc Vrbē non propter auri copiam, nō propter columnas, neque aliā fantasiam. sed propter columnas illas Ecclesiæ. Quis mihi nunc dabit circunfundi, corpori Pauli, affixi sepulchro, videre puluerem corporis illius, quæ adhuc in Christo deerant adimplentis, stigmata illius gestantis, prædicationem Euangelij vbiquè seminantis. Hactenus beatus Ioānes Chrisosthomus dicto loco: cuius verba etiam refert frater Thom. Beuxamis Carmelita Parisiensis, de cultu sanctorum fol. 69. pagin. 2 & sequen. Et suadentur hęc verba alijs verbis Tertuliani (qui floruit anno Domini 210.) Affert, inquit, fælix Romana Ecclesia, cui totam doctrinā Apostoli cum sanguine profuderunt, vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur. Vbi Paulus Ioannis exitu coronatur. Vbi Apostolus Ioannes postea quàm in oleum igneū demersus, nihil passus est, in insulam relegatur. cuius verba sequitur idem Thom. Carmelita. in eodem libro de cultu sanctorum fol. 38. pagi. 2. Cùm autem imperator Constantius Augustus propè annū 530, scriberet beato Gregorio Papæ, quòd ad eū transmitteret caput Sancti Pauli, aut aliud quid de corpore ipsius, ad reponendum in Ecclesia, quam in Ciuitate Constātinopolitana edificabat in eius honorem, ipse sanctissimus Papa eius petitionib. sic rescripsit. Sed hæc facere non possum, nec audeo, nam corpora Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum tantis in suis Ecclesijs corruscant miraculis, atque terroribus, vt neque ad orandum, sine magno illuc timore possit accedi. quæ verba Diui Gregorij, refert etiam Thom. Beuxamis Carmelita inibi fol.

103.

103.pagin.1.in medio, Plura singularia, quæ contingerunt tempore martyrij Diui Pauli, refert idem Carmelita in eodem lib.fol.107. pagin. 1. in fine cum sequentibus. Di-
69 uinus enim Petrus, & Diuus Paulus Romæ sub Cæsare Nerone vno tempore vnaquè die gloriosa morte, & martyrio fuerunt coronati (& non diuerso tempore nec die, vt hæretici garriunt) & Ecclesiam supradictam Romanam Sanctissimam Christo Domino consecrauerunt, eamquè omnibus in Vniuerso Mundo sua præsentia atquè venerando triumpho prætulerũt. Est ergo prima Apostoli Petri Sedes Romana Ecclesia, non habens maculam, nequè rugam, nec aliquid eiusmodi. verba sunt Pelagij Papæ, quæ habentur transumptiuè in c. quamuis vniuersæ 21.distin. fuerũt etiam Anacleti Papæ, in cap. Sacro Sancta Romana 22.dist. 1. eadem etiã verba fuerunt Beati Ambrosij, & habentur transumptiuè in cap. Beati Petrus, & Paulus 2. q. 7. Couarru.lib.4. varia. resolu. cap. 17. Beatissimi enim Apostoli Petrus, & Paulus sua prædicatione Mundum illuminauerunt. traditur in Cõcilio Ludugnensi, & trãsumptiuè in c.1.de cõsecr. distin. 3. quæ etiã fuerũt verba Beati Ambrosij, & habetur transũptiuè in d. cap. Beati Petrus, & Paulus 2.quæst. 7. Fuitquè Diuinus Petrus præco veritatis, ad confirmandam fidem hominum. refert Abdias lib. 1. Historiæ Apostolicæ fol. 9. column. 2. Omnia, quæ habuerunt in Mundo, pauperibus dederunt, & sequuti fuerunt Christum Dominum. Math. cap. 4. & transumptiuè in cap. Pastor Ecclesiæ 1.quæst.2. Prædicauit etiam Diuinus Paulus Euangelium Dei Romæ habetur Act.Apostol.c. 28.& in omnibus epistolis quas scripsit ad ipsos Romanos. In ipsaquè Sanctissimã Ciuitate Romana Diuus Petrus prædicauit Christi nostri Sanctissimi Euangeliũ, & etiã in ea constituit suum Sum.Pontificatũ tanquàm eiusdem Domini vicarius: quia iustum erat, quòd Sedes Apost. Summusquè spiritualis principatus adesset in eadẽ Ciuitate, vbi Principes Mundi constituerant, habere summum sceptrum tẽporale: vt referunt Platina in vit.Põtif.in vita diui Petri.fo.2.col. 2.ad fin.& etiam Illesc. in eadem vita c.3.lib.1.par. 1.hist. pontif.fol. 20.col.3 Cũ enim

S diuinus

Diuinus Petrus esset in d. Ciuitate Romana, & in ea Dei Sanctissimi Euãgelium prædicaret propè annum Domini nostri Iesu Christi 57. suis sanctissimis prædicationibus infinitæ gentes receperunt fidem Catholicam, & Christi Domini Euangelium, à quo baptizati fuerunt. vt copiosè refert Illesc. in d. cap. 3. fol. 21 colum. 1. in fine, cum sequen. Et etiam beatus Policarpo discipulus beati Ioannis Apostoli côuersis Romæ pluribus ad fidem Christi, ibi martyrium passus est anno Domini. 134. tempore imperatoris Marci Antonij, habetur lib. 8. supplemen. fol. 171. colum. 1. Per hanc Sanctam Ciuitatem Romanam transit Fluuius Tiber quòd sic vocatus fuit, quia Tiberinus Silbius, 10. rex Latinorum cecidit in hoc fluuio vbi fuit soffocatus, habetur chronica ætatum Mundi. 3. ætate fol 34. (vbi ait, qui tũc vocabatur Albula.) & lib. 4. supplemen. fol. 79. colum. 1. & latè Calepin. in diction. vltimo verbo Tyber. colum. 1. & 2. post Bart. in tract. de fluminibus in principio. Hanc
70 enim † Ciuitatem Sanctissimam Romanam, & cum alijs infinitis Ciuitatibus, & locis donauit Cõstantinus Magnus Imperator Christianissimus beato Siluestro Max. Summo Pontifici in patrimoniũ Sanctissimæ Ecclesiæ Romanæ.

Deniquè & sciendum est etiam, quòd inter alia regna, & Monarchias Italiæ in quibus iure sãguinis succeditur, sunt Mediolanensis Ducatus, & regna Siciliæ, Neapolis, Pullæ, & Calabriæ, vt ex lequentibus constabit.

Et in primis sciendum est
71 † quòd in Ducatu Mediolanensi succeditur iure sanguinis de patre in filium, & de consanguineo in consanguineum proximiorem, & non per electionem. Cuius status plures successiones dicto iure sanguinis delatas refert Volatera. lib. 4. cómmenta. cap. de rebus Mediolanensiũ. fol. 34. & sequẽtibus Author supplemen. chroni. lib. 12. fol. 318. colum. 1. & fol. 332. col. 2. & sequentibus, & lib. 13. fo. 369. colum. 2. 378. colum. 1. & lib. 14. fol. 391. 396. colu. 2 406. colum. 2. Carol. de Grassalio lib. 6 de regalibus Franciæ, cap. 5. & alibi passim Authores Latini tradunt. Et quia
72 † status iste Mediolanensis à diuersis dominis temporibus fuit possessum, ideò decreui omnes eius successiones hîc referre, vt omnibus notum sit

eas

eas iure sanguinis delatas fuisse. Et sunt sequentes.

Primus dominus huius sta tus Mediolanensis fuit (ex ãtiquioribus possessorib. eius)
73 Heliprandus † filius comitis, seu marchionis Angleriæ cognomento facio (olim enim fuit sita quædam ciuitas vocata Angleria 40. millis propè Ciuitatem Mediolanensẽ, quæ fuit destructa, aut saltem deserta (quod est credibilius,) & tantùm inibi remansit quodam fortalitium antiquissimum eiusdem nominis) Hic enim Heliprandus anno Domini nostri Iesu Christi 1023. fuit in ducem (aut saltem in comitem) Mediolanensem electus communi suffragio omnium ciuiũ Ciuitatis Mediolanensis, quo potitus fuit spatio 30. annorum, & propter eius egregias virtutes, & excellentias, fuit vocatus pater reipublicæ, ac patriæ; & planctus communis suæ mortis durauit per annum integrum. Volater. lib. 4. commenta. cap. de rebus Mediolanensium. fol. 35. column. 1. in medio, & Author supplementi chronicarum lib. 12. fol. 314. colum. 2. cum sequentibus: vbi hic Author refert ãtiquissimam descendentiam adeò nobilissimã huius Heliprandi. Mortuo Heliprando successit in eodem Statu Mediolanensi Otton eius vnicus filius anno Domini 1055. refert Author supplemen. dicto lib. 12. fol. 318. colum. 1. in fine. cum sequentibus. Defuncto Ottone anno Domini 1010. successit in eius locum, & in prædicto statu Mediolanensi Andreas eius vnicus filius, quem habuit in Lucretia eius vxore, traditur lib. 12. supplemen. fol. 325. colum. 2. versi. Andreas. Vbi hic Author refert, quòd hic Andreas obtinuit confirmationem dominij dicti Status Mediolanensis, cum titulo Ducatus, ab Imperatore Henrico IV. Mortuo Duce Andrea Anno Domini 1155. successit in dicto eius Ducatu Mediolanense eius filius Galuam, quem habuit de vxore sua filia Ducis Sabaudiæ. Hic enim Galuam post multa bella, variosquè successus decessit sine liberis, & descendentibus anno Domini 1182. refert Author supplemen. lib. 12. fol. 33. column. 1. versi. Galuam. & 335. col. 1. versi. milan. Guidad.

Volate.in d.cap.de rebus Mediolanensium fol. 34.col. 1.

Post mortem verò dicti Galuam vltimi ducis Mediolanensis sine descendentibus, Ciuitas illa Mediolanensis se gubernauit per Senatores per spatium 52. annorum modo antiquissimo Romanorum, vt constat ex dictis Authoribus nunc proximè citatis. Anno tamen Salutis nostræ 1309. cùm venisset imperator Arrigo in Italiam, ad obtinẽdum à Summo Pontifice Benedicto 11. confirmationem suæ dignitatis imperialis, & transiret per dictam Ciuitatem Mediolanensem, & sciret discordias, & differentias, quæ erant inter Matheum de Visconti, & Guidonem Torreguiano, nobiles ciues ipsius ciuitatis, quorum vnus erat Guelphus, & alter Guibellinus. Contingit, quòd dictus Matheus de Visconti tradidit dominium ipsius Ciuitatis Mediolanensis (volens ei seruire) dicto imperatori, quod quidem imperatori pergratũ fuit. Et ipse imperator volens prædictos nobiles pacificare, concessit dicto Guidoni de Torreguiano (qui absens erat à dicta Ciuitate Mediolanen-
74 se) Ciuitatem Vercelli † & dicto Matheo Visconti tradidit dictam Ciuitatem Mediolanensem, quem milites dicti imperatores defenderũt in possessione ipsius Ciuitatis, & status, traditur lib. 13. supplemen. fol. 364. Volater. lib. 4. comment. cap. de rebus Mediolanensium fol. 34. col. 1. in medio. Platina in vitis Pontificum. in vita Clementis. 5. fol. 95. colum. 2. in fine, & sequen. Et licet imperator Ludouicus Bauariæ priuauerit dictum Matheum de Visconti statu Mediolanense, tamen post aliquot annos idẽ imperator illum restituit Galeazo de Visconti, filio dicti Ducis Mathei anno Domini 1322. quod refert Author supplemen. lib. 13. fol. 367. colu. 2. cum sequen. & 368. colu. 2. & Platina in vita Clementis 5. Papæ. fol. 96. colum. 1. in principio. Prædicto Galeazo mortuo successit in eius dominio, & ducato Mediolanensi Azo eius frater de volũtate, & licentia dicti imperatoris Ludouici, qui eum, ac eius successores confirmauit in ipso ducatu, ac statu Mediolanensi. traditur lib. 13. supplemen. fol. 370. colum. 2. Volate. lib. 4. commenta. cap. de rebus Mediolanensiũ. fol. 34. colum. 1. post medium. Azo mortuo sine filijs, & de-

ſcendentibus anno Domini 1341. ſucceſſit in ducatu Mediolanenſe Luchinus de Viſcontis, eius patruus, filius dicti Mathei de Viſcontis ſimul cum Ioanne Galeazo eius fratre Archiepiſcopo Mediolanenſi, traditur lib. 3. ſupplem. fol. 376. colum. 1. Platina in vita Clementis 6. fol. 100. col. 2. in principio. Quibus mortuis ſine deſcendentibus legitimis, ſucceſſerunt in eodem ſtatu, & ducatu Mediolanenſi duo eorum conſobrini filij Stephani Galeazi iam defuncti, qui vocabantur Bernabus & Galeazus de Viſcōtis. Mortuò vltimò dicto Galeazo ſucceſſit in eodem ducatu Ioannes Galeazus eius filius, quem habuit de Blanca eius vxore, filia ducis Sabaudiæ. traditur lib. 13. ſupplemen. fol. 381. colum. 2. & ſequen. Volatera. in d. fol. 34. colum. 1. in fine. cum ſequenti. Platina in vita Innocentij 6. Papæ fol. 100. colum. 2. propè finem. cum ſequen. & in vita Vrbani 6. Papæ. fol. 103. colum. 2. Hic enim Ioannes Galeazus durante maiori parte ſuæ vitæ, tātùm vocabatur comes Mediolanenſis, qui anno Domini 1395. obtinuit ab imperatore Venzislao dominiū totius ducatus Mediolanenſis, & titulum ducatus cum omnibus ſuis inſignis conſuetis, & legitur, quod ab eius prima vxore Iſabella filia regis Boemiæ vnicam tantùm filiā vocatam Valentinam. traditur in chronica generali ætatum Mundi 6. ætate fol. 235. colum. 1. idem habetur lib. 14. ſupplemen. chron. fol. 390 colum. 2, & ſequen. Volate. in d. fol. 34. colum. 2. Platina in vita Bonifatij. 9. fol. 105. col. 2. & in vita Innocentij 7. Papæ in princip. fol. 107. Mortuo iſto Ioenne Galeazo. 1. duce Mediolanenſi, ſucceſſit in eodem ducatu Ioannes de Viſconti 2. dux filius ipſius Ioannis Galeazi vltimi poſſeſſoris dicti ducatus, quem habuit de Cathalina eius coniuge, qui à ſuis fuit publicè occiſus. traditur lib. 14. ſupplemen. fol. 396. colum. 2. Volatera. d. lib. 4. commen. cap. de rebus Mediolanenſium. fol. 34. colum. 2. in fine. Platina in vita Vrbani 6. Papæ. fol. 104. colum. 2. & in vita Ioannis. 23. Papæ fol. 110. colum. 1. in princip. Poſt aliquot autem annos à morte dicti Ioānis Galeazi vltimi ducis Mediolanenſis, eius filius Philippus Maria, recuperauit dictū ſtatum Mediolanenſem, ab intruſis in eo, & fuit tertius

Ciuitatis in suum dominum, ac Ducem receptus, & declaratus, quod contingit anno Domini. 1477. aut sequenti. traditur lib. 15. supplemen. fol. 435. colum. 2. Volatera. in d. fol. 35. colum. 2. propè finem. Defuncto prædicto Duce Ioanne Maria successit in d. Ducatu Mediolanensi eius filius Franciscus Sforzia, qui post suam longam senectutē anno Domini 1535. suo testamento, ac vltimo elogio reliquit in successorem legitimū totius Ducatus Mediolanensis per quàm Catholicum, & inuictissimum imperatorem Carolum Quintum Regem Hispaniarum, ac dominum nostrum (patrem nostri Catholici regis, ac Domini nostri Philippi 2. regis inuictissimi totius Hispaniæ (vt per quàm notorium est, & refert Illesc. in 2. part. histo. Pontifical. lib. 6. in vita Pauli 3. Pontificis Maximi §. 3. fol. 352. colum. 2. & sequen. & fol. 354 colum. 1. Quo in loco hic Author ait, quòd cum prædicto titulo sunt iam verè iustificati alij tituli, quos reges Hispaniæ habent ad Ducatum Mediolanum.

75 Prædictus dominus† noster Imperator Carolus Quintus, Hispaniarum rex mortuo dicto Francisco Sforcia vltimo Duce Mediolanensis Ducatus, successit in toto eodem Ducatu, ac statu Mediolani, tanquàm eius successor vniuersalis virtute testamenti, ac vltimæ eius voluntatis (cuius possessor legitimus fuit tota eius vita durante) confectæ à dicto Francisco Sforcia anno Salutis nostræ 1535. & ex alijs etiam iustissimis causis ad dictum nostrum Carolum Imperatorem, & regem Hispaniarum pertinuit, quas ipse inuictissimus Imperator eodem anno 1535. proposuit Romæ coram dicto Maximo Summo Pontifice Paulo III. prout **latissimè**, & copiosè refert Illesc. in loco proximè citato. Postquàm verò prædictus Christianissimus imperator Carolus Quintus anno Domini 1555. renunciauit omnia sua Regna, & Monarchias in fauorem nostri Philippi 2. eius dilectissimi filij (vt annotauimus in 1. part. huius 2. quæstionis num. 16. versi. quartò, & quod) ipse per quàm Catholicus rex noster totius Hispaniæ possidet hunc Ducatum Mediolanensem, tanquàm verus Dux eius, & possidebunt omnes sui primogeniti in perpetuum, iuxta tex. in cap. 1. §. præterea Du-

catus. de prohibi. feud. alie. per Federi. & doctrinam Bal. in cap. 1. colum. fi. versi. & idē in regno de feud. march. cum similibus à nobis iam allegatis in 1. part. huius 2. quaestionis num. 22. & sequentibus pluribus.

76 In hac † Ciuitate Mediolanensi fuit Catholica fides Domini nostri Christi prędicata à Beato Barnaba Apostolo (qui priùs ibi tenuit chatedralem locum) & per Beatū Ambrosium Episcopum Mediolanae praedictae Ciuitatis, in qua quàm plurimi fideles Christi receperunt martyriū pro eius sanctissimo nomine traditur in chronica generali aetatum Mundi 6. aetate fol. 105. colum. 1. & lib. 6. supplemen. chronica. fol 122. col. 2. Praedictusquè Ambrosius Diuinus decessit, animam suam Creatori reddiens, pridiae nonas Aprilis anni eiusdem Domini nostri 380. vt habetur in eius nouiori legenda, & ex Paulino in 2. historia Ecclesiastica Rufini cap. 11. lect. 6.

77 Olim enim † Ciuitas Mediolanensis fuit vocata secunda Roma, & à diuersis regibus possessa ante aduenium Christi nostri Sanctissimi ferè duo millia annorum, multotiesq; fuit destructa, & reedificata. traditur lib. 6. supplemen. fol. 122. colu. 2. & lib. 9. fol. 266. colum. 2. & lib. 12. fol. 325. colum. 2. Et praesens Ciuitas Milan non est illa, quae olim tempore Federici Barba Rosę imperatoris fuit penitus destructa eius mandato. & semi nata sale, anno Domini 1140 Sed quae nunc vocatur Milan est circa alteram destructam propè decem millia passuum refert Alberic. in l. fr. vsusfructus ff. quib. mod. vlusf. amitt. Licet cōtrarium referat Author supplemen. lib. 12. fol. 333. colum. 1. in medio, & fol. 335. colum. 1. Volate. lib. 22. commenta. fol. 254. colu. 1. propè finem, & lib. 23. fol. 279. colum. 2. in medio, & priùs idem Volate. lib. 4. cap. de rebus Mediolanensiū. fol. 34. colum. 1. in princ. Quod inibi ipsi Authores dicunt. contigisse tempore imperatoris Federici 1. paulò post annum 1155.

78 Ciuitas istat Mediolanensis fuit occupata à Romanis (quibus fuerūt subditi) anno Domini 235. cum esset eorum Dux Marcellus, cuius ratione Romae triumphum obtinuit, traditur lib. 7 supplemen. fol. 145. colum. 2. versi. esiendo estos tres, Volate. lib. 4. de rebus Mediolanēsium fol. 35. colum. 2. in fine.

cum

cum ſequen. A Romaniſquè fuerunt poſſeſſi per plures annos à tempore Trayani Imperatoris, vſquè ad Imperatorem Valentinianum, cuius tẽpore fuit hæc Ciuitas Mediolanẽſis occupata ab Attila Rege Hunnorum, à quibus fuit occupata per aliquot annos, donec eos ſuperauerunt Gentes, ac milites Imperatoris Iuſtiniani 1. & poſtea etiã gentes, & ciues huius Ciuitatis Mediolanenſis fuerunt ſuperate à Longobardis, vſquè quo Longobardi fuerunt excluſi à tota Italia, vt in præſẽti 3. part diximus num. 52. & ſequentibus. Poſt quorum excluſionem ciues Mediolanæ Ciuitatis fuerunt ſubditi Imperatoribus, tanquàm Ciuitas libera per tempus 360. annorũ donec Imperator Federicus Ænobarbo anno Domini 1165. deſtruxit ipſam Ciuitatem Mediolanenſem, (vt aliqui dicunt, quos nunc citauimus num. 77.) & territoriom eius conceſſit conuicinis aliorum populorum ad laborerium (vt vtar verbis Bart. in l. cùm de in rem verſo ff. de vſur.) & elapſis 6. annis dum ipſe Eedericus Imperator eſſet occupatus bellis contra Gallos Franciæ, Mediolanenſes ciues ſimul cum alijs populis circũuicinis intra triennium reedificauerũt ipſam Ciuitatem Mediolanẽſem, & per ſpatium 150. annorum ſemper ipſa noua Ciuitas fuit in magnum augmentum. Donec nobiles de Viſconti fuerunt domini ipſius Ciuitatis Mediolanenſis, excluſis Torregianis, vt in præſenti 3. part. adduximus. num. 74. & paſſim Authores Latini referunt. Imperatores

79 † de more antiquiſſimo dyadema ferreum ſuſcipiunt in hac Ciuitate Mediolanenſi. refert Volate. lib. 23. commẽta. Vrbano. fol. 279. colum. 2. poſt medium. Platina in vitis Pontificum, in vita Clementis 5. fol. 96. colum. 1. in princip. & in vita Clementis 6. fol. 100. colu. 2. poſt principium, & Alphonſus Guerrero in Theſauro Chriſtianæ religionis cap. 56. de imperio, & de translatione imperij ad Germanos num. 3 pag. 746. ex glo. ibi allegata in clem. Romani Princip. verb. veſtiſtigijs de iur. iurando.

80 Præterea, & in Regno † Siciliæ, & in regno Neapolitano Ducatuque Pullæ, & Calabriæ ſucceſſum etiam ſemper fuit iure ſanguinis de patre in filium, & de conſanguineo in conſanguineum

proximiorem,& non per electionem, ab eorum primeua fundatione: tenet in terminis Volat.lib.6. commenta.cap.de historia Siciliæ.fol. 74.colum.2. & sequentibus, vsquè ad fol. 76. colu.1.(vbi refert plures successiones horum regnorum delatas iure sanguinis) & Author supplemen.chronica.lib.3. fol. 43. col.1.& fol. 44.col.2.& lib.7. fol.138. col. 1. & lib. 12.fol 328.colu. 1.& 333 colu.1. & seq.& 336.colu. 1. & lib. 13. fol.355.colum.2.& 365.col. 1.& Author chronicæ generalis ętatum Mundi 6. ętate. fol.218. colum. 1. in principio And.de Isern. in peregrina.1. parte constitu: Neapol. in prologo.incipiente in prologo ad duas. colu. 1.in medio.fol.7.& probatur optimè in clem.pastoralis. de re iud. & in clemen. Romani Principes.de iur. iuran. & in cap. veritatis eodem tit. & de regno Siciliç refert etiam Ioan. Bocatius lib.4. de la cayda de Principes cap.5.Quarum successiones nonnullas in particulari mihi vissum fuit referre. Quia successerunt diuersis temporibus,& etiam tempore diuersorum regum, vt ex sequ.liquidissimè cōstabit.

Cùm enim terræ Pullæ,& Calabriæ essent occupatę à Turcis (inimicis nominis Sanctissimi Iesu. Cuius nomen gloriosissimum,dulce, delectabile,& confortans est, & nomen cæleste, & super omne nomen. Quod vocatū est ab Angelo priusquàm in vtero conciperetur habetur Luc.ca. 2.) Guillermus Normanus obtinuit eorum dominium, & ipsos Turcas superauit anno eiusdē Saluatoris nostri gloriosissimi 1004 Et ita hic Guillermus fuit primus comes, vt aliqui Authores dicunt,aut Dux Pullę, & Calabriæ, refert Author supple.chron.lib. 12.fol. 313. col.1.cum sequ.versi.Guiller mo Normando. Mortuo isto Guillermo anno Domini 1006 successit in eius locū in prædicto Ducatu Pullæ, & Calabriæ eius filius (aut frater secundū aliquos Authores)Brogo.Quo etiā mortuo sine descendentibus anno Domini 1016. Gotifredus frater dicti Guillermi successit in eodem Ducatu.trad.lib. 12.suppl.fol. 313.fol.2.versi. Brogo. Post aliquot annos mortuo Gotifredo, successit ei Tancretus eius filius. Quo etiā mortuo anno Domini 1050.successit in Ducatu Pullæ eius filius Gotifredus. Eoquè similiter

defuncto successit illi in eodem Ducatu Begelardus eius filius. Quas vltimas successiones refert Author supplemē. lib. 12. fol. 318. colum. 1. Platina in vitis Pontificum. in vita Nicolai 2. Papæ. fol. 64. colum. 2. Defuncto sine filijs dicto Begelardo successit in Ducatu Pullæ, & Calabriæ eius Patruus Robertus Normanus (qui Authores aliqui dicunt, fuit frater dicti Gotifredi vltimi Ducis (aut aliàs fuit vocatus Guiscardo. Hic enim Robertus liberauit Papam Nicolaum Secundum à multis Romanis, qui contra eum insurgerāt, qua propter
81 † ipse Summus Pontifex ei concessit, & confirmauit dominium Pullæ, & Calabriæ, cum titulo Ducatus (etsi ipse Robertus per plures annos, & etiam vsquè ad suam mortē, se nominauit regem Pullæ, & Calabriæ) & similiter etiam liberauit Papam Gregorium Septimum ab exercitu Henrici imperatoris, & aliorum inimicorum, quē ipse Greg. Papa confirmauit etiam in Ducatu Pullæ. traditur lib. 12. supplemen. fol. 319. colu. 2. versi. Roberto Normando. & fol. 324. colum. 2. versi. Giberto Antipapa. Volatera. lib. 6. commenta. cap. de Siciliæ historia posteriori fol. 74. col. 2. in fine, vbi, & ait, quod hic Robertus anno Domini 1080 aquisiuit regnum Neapolitanum. Platina in vita Nicolai 2. fol. 64. colum. 2. in princip. & Papirius Massonius lib. 3. annalium Regum Franciæ pag. 216. in fine. Mortuo isto Roberto Duce Pullæ, anno Domini 1095. successit in eodem Ducatu Pullę, & Calabriæ Rogier eius filius secundogenitus, eiusquè possessionem habuit, nominando se Regem Pullæ, & Calabriæ, licet tempore mortis dicti Roberti erat absens Boemundus eius primogenitus (cui verè successio ipsa pertinebat, ex quo erat eius primogenitus) qui post 25. annos reuersus fuit ad terras Pullæ, & Calabriæ, prætendens earum successionem, & restitutionem fieri sibi, & inter eos magnæ contentiones, & differentiæ fuerūt ortæ, sed iussu Summi Pontificis omnes ille Ciuitates, & reliqua oppida ipsius Ducatus inter eos fuerūt pro equalibus partibus diuisæ. refert Author supplemen. lib. 12. fol. 322. colum. 1. Platina in vita Victoris 3. Papæ fol. 67. colum. 2. in fine, & in vita Vrbani 2. fol. 68. colu. 1. Volate. in d. fol. 74. col. 2. in fine.

Defuncto dicto Rogier Duce Pullæ, & Calabriæ anno Domini 1126. successit in eisdē dignitatibus Guillermus eius filius, qui post 16. annos suæ successionis fuit priuatus dicto Ducatu Pullæ,&Calabriç per alium Rogerium filium ligitimum dicti Boemundi primogeniti(cuius nunc particularem mentionem fecimus) & ipse Guillermus aufugit ad Principem Salerni, vbi decessit sine filijs, & alijs descendentibus. Et hoc modo fuit finita descendentia, ac generatio masculina præ dicti Guillermi vltimi Ducis Pullæ, & Calabriæ. traditur lib. 12. supplemen. fol. 327. colum. 1. & 328. colum. 1. Platina in vita Sergij 1. Papæ 151. fol. 61. colum. 2. & in vita Calixti 2. papæ fol. 75. col. 2. in medio. Volatera. lib. 6. commenta. cap. de Siciliæ historiā posteriori fol. 75. colu. 1. in princip.

Postquam enim Rogier superauit dictum Guillermum vltimum ducem Pullæ,&Calabriæ suum antecessorem(vt nunc diximus) se vocabit regem Pullæ, & Calabriæ. Et cùm hic Rogier præstaret opē ac auxilium Papæ Innocētio. Secundo contra Anacletum Antipapam, & eum liberauit à suis inimicis, Papa ipse In-
82 nocentius † propter tantum beneficium,& liberationem, creauit Rogerium hunc in Regem vtriusquè Siciliæ, & propter suas excellentias, & insignes virtutes vocatus fuit Magnus Rogier post annum 1126. Post varios tamen casus bellorum iste Rogier Rex Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ decessit in Ciuitate Palermi anno Domini 1156. & filium suum Guillermum reliquit successorem suorum regnorū & vocatus fuit Guillermus Secundus Rex Siciliæ Pullæ, & Calabriæ. traditur lib. 12. supplemen. fol. 328. colum. 1. Platina in vita Innocentij. 2. fol. 74. colum. 2. & 3. & in vita Lutij 2. Papæ. fol. 75. colu. 2. post princip. & in vita Eugenij 3. fol. 75. colum. 2. in fine. cum sequen. Hunc enim
83 † Guillermum supradictum confirmauit in regem Siciliç Pullæ, & Calabriæ Papa Hadrianus Quartus. Et ipse Guillermus eidem Summo Pontifici promissit, quòd daret Ecclesiæ Romanæ quodlibet anno certum censum. traditur lib. 12. suppleme. fol. 333. colum. 1. in fine, cum sequen. Volater. lib. 6. commēt. cap. de Siciliæ historia posteriori. fol. 75. colum. 1. & lib.

22. fol.

22.fol.254.colu. 1. post medium.& lib.23.fol.278.colu. 2.in fine. Platina in vita Hadriani 4.Papæ.fol.76.colum. 2.probatur in cap. veritatis, vbi glo.de iur. iuran. Defuncto prædicto Guillermo Secundo Rege Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ anno Domini. 1166. reliquit in suum successorem regnorũ Guillermũ suum filium huius nominis tertium,qui tẽpore suę mortis nullum filium, nec descẽdentem legitimum reliquit masculum, sed tantùm vnicam filiam cognomento constantiam. habetur lib.12 supplemen.fol.336.colum.1. Volate.lib.6.de Siciliæ historia posteriori fol.75.col.1. in medio.

Mortuo prædicto Guillermo Tertio Rege, Secundo Siciliæ,Pullæ, & Calabriæ sine descendentibus masculis
84 † auxilio Magnatum, & aliquorum nobilium,& amicorum fuit creatus in regem Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ Tancretus (alias vocatus tyrannus,ex eo inquã, quia illa regna ad eũ non pertinebãt, quia erat viua Constantia supradicta filia legitima dicti Guillermi 3. vltimi regis dictorum regnorum,cui pertinebant de iure. refert etiam Archiep.Roderi.lib. 6. chronicæ,& Papiri.Massoni.lib.3. annal.reg.Franciæ. pag. 216. in fine. Et quia ipse Tancretus erat filius non legitimus dicti Guilermi II. primi regis Siciliæ) Contra quem Tancretum indixit bellum Papa Clemens Tertius, vt illud regnum dimiiteret prædictæ Constantiæ filiæ ligitimæ dicti Guillermi Secũdi. Sed mortuo prædicto pontifice Clemente Tertio ei successit in põtificatu anno Domini 1179. Cælestinus Tertius,qui etiam decreuit excludere dictum Tancretum ab eisdem regnis, & vt hoc me-
85 lius facere posset † ipse papa Cælestinus fecit erui dictam Constantiam dicti vltimi regis à cœnobio Panormitano, vbi erat monialis professa Deoque dicata, quam tradidit in vxorem Henrico V. Imperatori (aliàs vocato Arrigo) filio Imperatoris Federici Secundi (aliàs vocato Barba Rosa,qui fuit paterCõradi 1.Imperatoris) cui ipse papa cessit omne ius, quod habebat, ad recuperandum dictum Regnum Sicilię,Pullæ,& Calabriæ,cum hac conditione,quòd illa regna haberet in dotem ipsius Constantiæ,& confirmauit, quòd re-

gnum

gnum Siciliæ fuisset feudale Ecclesiæ Romanæ. Quo pera-
86 cto † ipse imperator Henricus V. superato in bello, ac occiso dicto Tancreto, recuperauit illa regna Sicilię, Pullæ, & Calabriç. A quibus nouis regibus Siciliç natus fuit alius Guillermus huius nominis Quartus (qui postea vocatus fuit Federicus Secundus) Et ipse papa Cęlestinus statim tradidit inuestituram ipsius regni prędicto Henrico V. imperatori. Quod contingit anno Domini 1182. prout hęc omnia referũt Authores, quos iam citauimus in 1. part. huius quęstionis 2. num. 24. versi. proindè, & Guillermus. Mortuis dictis regibus Siciliç, Puliç, & Calabriç (nẽpè dicto Imperatore Henrico V. & Constantia eius Augusta) successit in eisdem regnis Federicus Secundus (qui postea fuit Imperator) Et
87 quia hic imperator † Federicus fuit inobediens Ecclesię Romanę eiusquè sanctissimo Summo Pontifici, fuit priuatus Imperio, & regnis Siciliç, Pullç, & Calabriç ab Honorio 3. & Innocentio 4. Summi Pontificibus. habetur lib. 13. supplemen. chronica. fol. 348. & sequen. col. 1. & alibi passim traditur.

Durante vita dicti Federici Secundi, & eius exclussione, & priuatione regnorũ
88 Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ † insurrexit Conradus filius dicti Imperatoris Federici 2. regis Siciliæ (qui fuit nepos dicti Imperatoris Henrici V. ac dictæ Constantiæ regum Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ) & manu regia magnoquè exercitu debellauit non solum regna prædicta Siciliæ, sed etiam regnũ Neapolitanum anno Domini 1253. & non obstante priuatione paterna, se nominauit regem Siciliæ, & regni Neapolitani. Qui post aliquod tempus secretè fuit veneno, occisus mandato, vt fertur, Manfredi sui fratris. habetur supra dicta lib. 13. supplemẽ. fol. 349. colum. 1. in fine. notat Volatera. lib. 6. commenta. cap. de Siciliæ historia posteriori fol. 75. colu. 1. post medium, & lib. 23. fol. 279. colu. 1. in medio. Quo defuncto successit in dicto regno Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ prædictus Manfredus frater eiusdẽ Conradi anno Domini 1254 (qui etiam fuit filius ipsius Imperatoris Federici 2. regis prædicti Siciliæ) contra quẽ (quia rebellis, & inobediens mandatis Ecclesiæ Romanæ) processit Papa Alexander 4.

& post eum Papa Clemens Quartus similiter processit, & ad arma venerunt, & ipse Manfredus victor extitit, & quàm plures Ciuitates Ecclesiæ Romanæ debellauit, & alia infinita mala peregit. Quare ipse Papa Clemens IV eum priuauit prędicto regno Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ. Et exequendo suam priuationẽ, & sententiam misit pro Carolo Duce Andegauensium fratre beatissimi Ludouici re-
89 gis Franciæ † quem declarauit, ac creauit in nouum regẽ Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ (& fuit vocatus Carolus rex Siciliæ, huius nominis 1.) Et ipse Carolus annò Domini 1267 manu armata superauit dictũ Manfredum, eumquè in bello occidit. Quæ omnia refert Author supplemen. lib. 13. fol. 349. colum. 1. & 352. colum. 1. Volater. lib. 6. commenta. in d. fol. 75. colum. 1. post medium, & lib. 22. fol. 255. colum. 1. prope finem, & Platina in vita Vrbani 4. Papæ fol. 87. colum. 1. Ex qua creatione regis, ei competunt omnia iura regalia etiam reseruata Papæ, quia solent cõpetere regibus. Bal in cap. 1. in fine. Quæ sint regalia, sequitur Alziat. in cap. quod sedem num. 77. versi. nec obstant. de offi. ordina.

Postquam enim dictus Carolus superauit dictum Manfredum, & etiam eum detrũcauit in conflictu belli dicto anno Domini 1267. verè obtinuit dictum regnum Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ de voluntate, & licentia Clementis 4. Papæ. Et similiter superauit Corradinum filium dicti Imperatoris Conradi, qui venerat in fauorem Manfredi prędicti, & Gibellinorum, fecitquè eum decapitari. Post hæc autẽ Carolus prædictus anno Domini 1268. contulit se Romæ visurus dictum Sũmum Pontificem, & ipse Pa-
90 pa † eum declarauit, ac pronunciauit regem Hierusalẽ, & Siciliæ, sub hac conditione & iuramento, quòd deinceps singulis annis solueret Ecclesiæ Romanæ certum tributũ. Prout hæc omnia habentur lib. 13. supplemen. fol. 352. colu. 1. & 2. versi. Carolo hermano de Sant Luys, & in versi. Corradino, & fol. 355. colu. 1. in fine. Volatera. in d. lib. 6. commenta. cap. de Siciliæ historia posteriori. fol. 75. colu. 1. in fine: idem Volatera. lib. 23. fol. 279. colum. 1. in medio, & copiosè Platina in vita Clementis 4. fol. 87. & sequen. quod, & nos etiam an-

nota-

notabimus in 5. parte huius 2. quæstionis. num. 9. & sequẽtibus. Mortuo prædicto Carolo. 1. rege Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ, successit in eisdem regnis anno Domini 1284. Carolus Secundus eius filius
91 vnicus, cui † Papa Martinus Quartus fecit restitui dictum regnum Siciliæ, quia illud occupauerat Petrus rex Aragoniæ, quem excommunicauit, & declarauit intrusum in eodem Regno Siciliæ, priuauitquè eodem regno Siciliæ dictum regẽ Aragoniæ, quia ei noluit obedire, nequè ad eũ pertinebat dictum regnum Siciliæ. Postea verò idem rex Aragoniæ Petrus fuit superatus in conflictu belli à dicto Carolo 2. rege Siciliç. traditur lib. 13. supplemen. fol. 355. colum. 2. versi. Martin deste nombre 4. & versi. Carlo. 2. Volate. in d. cap. de Siciliæ historia posteriori lib. 6. commenta. fol. 75. colum. 2. in princip. Platina in vita Martini 4. fol. 91. colum. 1. in medio. Quæ omnia postea confirmauit Papa Honorius Quartus habetur in d. lib. 13. supplemen. fol. 357. colum. 1. versi. Honorio deste nombre. 4. Volate. in d. fol. 75. colum. 2. in princip. Platina in vita Martini 4. Papæ. fol. 89. colu. 2. & sequen. & in vita Honorij 4. Papç fol. 91. colum. 2. in medio. Etsi postea idem Petrus Aragoniæ rex prætendebat etiam regnum Siciliæ nomine Constantiæ suæ vxoris, quç fuit filia dicti Manfredi regis Siciliæ, & Corradini sui nepotis, filij sui, & dictç Constantiæ. refert Platina in vita Nicolai 3. Papæ. fol. 89. colum. 2. & in vita Martini 4. Papæ. fol. 90. colum. 2. in medio. & sequen. Nam priùs ipse rex Aragoniæ prçtendebat regnum hoc Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ (post dictam inuestituram, quam Papa fecerat in fauorem dicti Caroli primi fratris Diui Ludouici regis Franciæ de eodem regno Siciliæ, Pullæ, & Calabriç) quia regnicolæ Siciliæ se submiserũt dicto regi Aragoniæ. Nam Galli faciebant in terris Siciliæ multos insultus, & crimina, & tunc ferè omnes Gallos occiderunt. habetur lib. 3. supplemen. fol. 352. colũ. 1. & 2. & 355. col. 1 in fine. Volate. in d. lib. 6. cap. de Siciliæ historia posteriori. fol. 75. colum. 1. in fine. Platina in vita Clementis 4. fol. 87 & sequen. Mortuo prædicto rege Siciliæ Carolo 2. successit in eodem regno Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ Robertus

vnus ex filijs minoribus ipsius Caroli 2.regis ex expressa dispositione sua anno Domini. 1308.aut sequenti: traditur lib. 3.supplem fol. 355. colum.2.in fine. versi. Carlo Segundo. Volatera.d. cap.de Siciliæ historia posteriori.fol. 75.colum.2. Platina in vita Clemētis 5.Papæ.fol. 95.col.
92 2.in medio. Hic † enim Robertus rex Siciliæ fuit declaratus rex, & confirmatus per Clementem Quintum Papā, à quo recepit insignias regales,non obstante quòd imperator Henricus priuauit eum illo regno,vt constat in clem. pastoralis. de re iud. cum simil.bus passim traditis.Mortuo isto Roberto rege Siciliæ anno Domini 1343.sine filijs, successit in eodem regno Siciliæ, & Pullæ, atquè Cala-
93 briæ † Andreas Rex Vngriæ cōsobrinus ipsius Roberti ex expręssa dispositione testamētaria ipsius Roberti,licet Ioāna soror ipsius Roberti prætendebat semper ipsa regna administrare. habetur lib. 5. supplemen.fol.395.colum.1. Volatera.in d. lib.6.commēt. fol.75.colum. 2.post princip. & lib.23.fol.279.colu.2.post princip. Platina in vita dicti Clementis 5.fol.96.col.1.post medium Thom. Grama. decis. 1.num. 21. Hic enim Andreas rex Vngriæ,& Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ tempore dictæ successionis regni Siciliæ habebat in vxorem Ioannam neptem ex fratre dicti Roberti regis Siciliæ, quæ cū vidisset dictum Andream suū maritum pusillanimum esse, (qui erat frater patruelis eiusdem regine Ioannæ) secretè fecit eum suffocari in Mari anno Domini 1343.Et statim ipsa Ioanna accepit in maritum Ludouicum Principem Taranti, qui etiam erat eius frater patruelis.Cuius matrimonij ratione multa bella in Italia fuerunt orta per septénium. refert Author supplemen.lib.13.fol.377.colum.2. versi. Andrea. Volate. d. fol. 75.colum.2.in medio. Platina in vita Clementis 6.fol. 99.colum.2.& seque.Thom. Grama. d. decis. 1. num.22.
94 Tunc ista † Ioanna,quæ erat proximior consanguinea ipsius Roberti regis Siciliç,Pullæ, & Calabriæ, successit in eodem regno Siciliæ,Pullæ, Calabriæ, ac etiam in regno Neapolitano,quia erat proximior consanguinea dicti Andreæ regis Vngriæ,qui etiam decessit sine descendentibus legitimis. Quæ omnia regna ipsa Ioanna per plus tempus,

quàm 40. annorum possedit. Et quia regina ipsa nō habe-
95 bat filios legitimos † adoptauit in filium, & successorem suum in d. Regnis Ludouicū ducem Andegauiæ, aliàs Angioia (qui fuit filius Caroli Regis Frāciæ) tradit Author suppl. lib. 13. fol. 377. col. 2. cū sequ. Platina in vita Clementis 6. fol. 99. col. 2. in fine. Volatera. in d. fol. 75. colu. 2. in med. Permissit tamen Deus
96 † quòd d. regina Ioanna fuit vltimo supplitio tradita, quia d. ctum suum maritum occiderat ex latè traditis p Tho. Grama. decis. 1. num. 12. & sequen. habetur lib. 14. supple. fol. 390. Alij verò dicūt, quòd
97 mortua † ista regina Ioanna anno Domini 1351. obtinuit Ducatum Pullæ Ludouicus filius Principis Taranti (qui fuerat maritus secundus d. reginæ Ioannę, & cōsobrinus d. regis Roberti contra voluntatem Ludouici regis Vngrię eius fratris patruelis. trad. lib. 13. suppl fol. 380. col. 2. Alij
98 dicunt † quòd mortua dicta regina Ioanna anno Domini 1351. successit in d. regno Neapolitano Carolus descendens ab alio Carolo 1. Regis Siciliæ (cuius iam nos mētionem in præsentiarū fecimus. num. 92.) qui occidit d. Mānfredum regē Siciliæ, vt diximus in d. nu. 92. trad. lib. 14. suppl. fol. 390. cum seq. col. 1. Volat. lib. 6. comm. c. de Siciliæ hist. posteriori. fol. 75. col. 2. in med. Platina in vita Vrbani 6. Papæ. fol. 104. colu. 2. Hunc verò Ludouicum Ducem Angioia superauit in bello Carolus prædictus Rex Pullæ anno Domini 1382. trad. lib. 14. suppl. fol. 390. colu. 2. Volat. in d. fol. 75. col. 2. in fi. Mortuo isto Carolo rege Pul-
99 læ, & Calabriæ successit † in eisdē regnis Lācislagus (aliàs Ladislaus) eius filius ann. Domini 1384 aut 1386. Et quia hic Lācislagus (absente à Romana Ciuitate Greg. 12. Papa) manu armata, & militari occupauit eandem S. Ciuitatem, ipse Papa cum consilio omnium Illustriss. Cardinalium priuauit eum d. Regno Neapolitano, Pullæ, & Calabriæ, illudquè concessit Ludouico filio Ludouici Angio.
100 Et post † paucos dies ipse Lancislagus decessit in Ciuitate Neapolitana (quem occiderat quædam filia cuiusdam medici famosi, quæ eū interfecit veneno tempore, quo cum ea habebat copulam, ponens in vulua sua quemdam paniculum. trad. lib. 14. suppl. fol. 392. colum. 2. Volatera.

in d. cap. de Siciliæ historia posteriori fol. 76. colum. 1.) Et ipse Papa Gregorius 12. cùm esset in Concilio Pisano
101 † confirmauit ipsum Ludouicum in regem Neapolitanum, Pullæ, & Calabriæ anno Domini 1410. traditur lib. 14. supplemen. fol. 401. colu. 2. in medio. Volate. in d. fol. 76. colum. 1. in princip. Platina in vita Alexandri 5. Papæ. fol. 109. colum. 1. in fine. Et Volate. in d. fol. 76. colum. 1. post princip. ait, quòd etiam Alexander 5. Papa priuauit dictũ Ladislaũ regno Siciliæ, propter eius inobidientiam.

Alij verò dicũt, quòd post dictum Greg. 12. Papam, fuit electus in Summum Pontificem Bonifatius Nonus, & quòd hic Bonifatius (aliàs Vrbanus 6.) cùm videret multas differentias esse inter prędictos Principes super dicto regno Neapolitano, Pullæ,
102 Calabriæ, & Siciliæ † declarauit in regem eorum regnorum anno Domini 1410. prędictum Lancelaum filium dicti Caroli 3. & quòd fecit ei statim restitui omnia ea regna, eumque coronari iussit, etiam si nimis puer fuisset, qui vsque ad suam mortem se cõseruauit in dictis regnis. Quæ omnia refert. Volate. in d. fol. 76. colum. 1. & lib. 22. commen. cap. Pontificum Romanorum. fol. 257. colum. 2. in medio. Platina in vita d. Bonifatij 9. Papæ. fol. 106. col. 1. in medio, & Author supple. lib. 14. fol. 389. col. 1. Mortuo dicto Tancelago rege vltimo dictorum regnorũ, quia de-
103 cessit sine descendẽtib. † huc cessit ei in dictis regnis Ioanna eius soror anno Domini. 1415. (huius nominis secunda) refert Platina in vita Ioannis. 23. Papæ. fol. 111. col. 1. post princ. Hæc enim Ioãna. secunda regina horum regnorum Neapolitani, Pullę, Calabrię, & Siciliæ accepit in maritum Didacum comitẽ Marchiæ (qui erat Princeps Frãtiæ famosissimus) & cũ hæc Ioanna videret, quòd d. Didacus eius maritus disponebat omnia ad suam voluntatẽ, & sine eius cõsilio, hac tantũ occasione ab eo recessit satis irata, qua propter regna illa se in plures diuiserunt partes. Quia aliquib. placebat administratio mariti, alijs gubernatio d. Ioannæ reginę, alij verò regnicolæ volebant in regem Ludouicum de Angou alij etiã regnicolæ volebant in regem recipere Alphonsum potẽtissimum regem Aragoniæ (qui fuit filius Ferdinandi Regis

Aragoniæ, ac nepos Ioannis regis Aragoniæ, & fuit auus regis Ferdinãdi Catholici Hispaniarum, & Aragoniæ, proaui, perquàm Catholici regis Hispaniarum, ac domini nostri Philippi 2.) Et
104 tandem † ipsa regina Ioanna adoptauit in suum filium, & successorem suorum regnorum Neapolitani, Pullæ, Calabriæ, & Siciliæ prædictũ Alphonsum regem Aragoniæ. Licet intra breue tempus ipse rex Alphonsus fuit ingratus (si sic dici potest) dictæ Ioannæ reginæ, quia eam expullit à Ciuita Neapolitana, quam recepit Philippus Maria Dux Mediolanensis, & fecit eam reuerti in dictam Ciuitatem Neapolitanam. Quæ cùm esset in eadem Ciuitate contra dixit prædictam adoptionem, quam fecerat in fauorem dicti Alphonsi regis Aragoniæ, & nouiter adoptauit in suum filium, & successorem suorum regnorum Ludouicum filium Ludouici Ducis Andegauiæ, quem ex tunc instituit in suum hæredem, & successorem vniuersalem. Quam institutionem,
105 † ac adoptionem Papa Alexander Quintus, & post eum Papa Ioannes 23. & finaliter Papa Martinus Quintus approbauerunt. Platina in vita Martini 5. Papæ fol. 115. colum. 2. post principium. idẽ traditur lib. 14. supplemen. chronica. fol. 405. colum. 2. Volate. lib. 6. commenta. cap. de Siciliæ historia posteriori. fol. 76. colum. 1. in medio.
106 Quę omnia † contradixit dictus Alphonsus rex Aragoniæ. Et hoc tempore decessit prædictus Ludouicus Andegauensis, qui fuerat adoptatus per dictam reginam Ioãnam, quę in locum ipsius Ludouici subrogauit Renatum (aliàs Rinaldum) fratrem dicti Ludouici Ducis Andegauensis, qui erat de prosapia, & descendentia regum Franciæ, quæ cum ipso Renato regnauerunt in ipsis regnis 6. annis continuis. Omnia supra dicta refert Volate. in d. fol. 76. colum. 1. in medio. Platina in vita dicti Martinis 5. Papæ fol. 113. col. 2. Ipsumquè Renatum superauit in bello prædictus Alphõsus rex Aragoniæ, eumquè spoliauit à possessione dictorum regnorum Neapolis, Pullæ, Calabriæ, & Siciliæ. Cuius facti cùm molestus esset Renatus
107 ab humanis decessit † & tempore suę mortis in suo testamento reliquit titulum, & ius dicti regni Neapolitani Ca-

rolo 8. regi Franciæ eius proximiori consanguineo.refert copiosè Volatera.in d.fol.76. colum. 1.in medio. Contingit tamen,quòd hac occasio-
108 ne † prędicta regina Ioanna penituit fecisse adoptionē, & institutionem, quam fecerat in fauorem dicti Renati, & iterùm adoptauit in filium & successorem vniuersalem eundem Alphonsum regem Aragonię, cuius fauore ipsa Ioanna exclusit à Ciuitate Neapolitana d. Ludouicum Ducem Andegauię. Et ita
109 mortua † dicta regina Ioanna dictus Alphonsus rex Aragonię remansit dominus prędictorum regnorum Neapolis, Pullę, & Calabriæ, ac Siciliç. traditur copiosè lib. 15.supplemen.fol.416. colu. 2.& 418. quod alij Authores affirmant. Qui potitus fuit supradictis regnis 22. annis continuis, & obijt anno Domini 1443.(aut ann.1456.) sine descendētibus legitimis, & tantùm reliquit Ferdinandum suum filium bastardum, quem habuit in quadam eius concubina, quem reliquit d. Rex Alphonsus in suum successorem vniuersalem suorū regnorum Neapolis, Pullç, Calabrię,& Sicilię,& fuit vocatus Ferdinandus eius Rex 1.traditur lib. 15.supplemen. fol.418.colu.2. Et licet tempore mortis dicti Alphonsi regis Aragonię Calixtus 3. Papa prætendebat, quòd ex quo ipse Rex Alphonsus decesserat sine filijs legitimis, illa regna reuersa, & consolidata fuerunt in fauorem Sedis Apostolicæ,& feudum expirauerat,& quòd in eisdem regnis non poterat succedere prædictus Ferdinandus eius filius, quia erat bastardus. ex Platina in vita Calixti 3. Papæ.fol.124 colum. 1. Morte tamen dicti Summi Pontificis hæc sua prætensio cessauit,vt ex eodem Authore cō-
110 stat. Vltra hoc † quòd hæc intelligens dictus Rex Ferdinandus, suas res composuit cum Papa Pio 2.successore ipsius Calixti, cui promissit soluere certum censum,& sāctæ Ecclesiæ Romanæ quolibet anno,à quo obtinuit confirmationem dictorū regnorum,ac etiam suæ successionis, quem ipse Papa coronauit in regem legitimum illorum regnorum, quorum fuit verus rex absquè vlla contradictione, & in totum exclusit suos inimicos (qui ea prætēdebant) fauore ipsius Pij 2. Papæ.Volate.lib.6.comment. cap.de Siciliæ historia poste-

riori.fol. 77.col. 1. Et quamuis, post mortem dicti Pij 2. Papa, Paulus 2. prætendebat idem, quod Calixtus 3. Papa, tamen prædictus rex Ferdinandus ex iustissimis causis se defendebat, ex Platina in vita eiusdem Pauli 2. Papæ.
111 fol. 130. colum. 2. Quin † & Papa Eugenius ante mortem dicti Alphonsi regis Aragoniæ declarauit, in sequentem successorem illorum regnorum dictum Ferdinandum eius filium bastardum. Platina in vita Pij 2. Papæ. fol. 126 colum. 1. in fine, & 127. col. 1 Mortuo dicto Ferdinando 1. rege supradicto, ei successit in eisdem regnis Alphonsus eius primogenitus Dux Ca-
112 labriæ † qui in principio sui regni composuit omnes suas differentias cum Papa Sixto 4. tradit Author supplemen. lib. 15. fol. 440. colum. 1
113 Prædictus Rex Alphõsus vltimus anno Domini 1486. renunciauit suum regnum Neapolitanum, in fauoré sui primogeniti Ferdinandi, qui statim successit in eisdem regnis (qui fuit vocatus Ferdinandus 2.) cõtra quem acies militum mouit Carolus 8. Rex Franciæ (qui in regno Neapolitano ingressus fuit 21 Februarij 1495.) cũ magno exercitu, petens ab eo dicta regna, sed post 8. menses contulit se Franciæ cum suis gẽtibus, & deinde reuersus dictus Rex Ferdinandus recuperauit Ciuitatem Neapolitanam, expulsis Gallis, & deinde totum regnum Neapolitanum. Volate. lib. 6. commenta. cap. de Siciliæ historia posteriori fol. 77. colum. 1. & sequen. Mathe. de Affl. decis. 59 num. 1. & 6. in fine, & decisio. 150. num. 1. & decis. 392. nu. 2. vbi num. 28. & sequen. sit, quòd hæc victoria in fauorem dicti Regis Ferdinandi non fuit in veritate præcogitata, sed quòd potiùs misterio Diuino contingit. Fuitquè tunc dictus Rex Ferdinandus cum magno gaudio à nobilibus, & plebeys Neapolitanis 7. die Aprilis 1595. anni Domini. Math. de Affl. decis. 50. num. 1. & decis. 57. in principio. Defuncto prædicto rege Ferdinando 2. sine descendentibus, successit in omnibus suis regnis Neapolitano, Pullia, & Calabria, ac etiam Sicilia Federicus eius patruus (qui fuit frater dicti regis Alphõsi vltimi, & filius dicti Ferdinan-
114 di 1.) cui prædictus † Rex Ferdinandus vltimus ipsorũ regnorum, ea regna in suo testamento reliquit dicto Fede-

rico.

rico Volatera.lib.6. commẽta.in d.fol.77.colum. 1.& 78. in fine.colum. 1.cum ſequen. Contra hunc Federicum aduenit Ludouicus 12. rex Frãciæ cum magno exercitu.Sed Rex Federicus receſſit à Ciuitate Neapolitana cũ multis gentibus,& familia ſua in inſulam Ænariam, aliàs in Ciuitatem Iſclæ, quæ eſt locus tutiſſimus,& inexpugnabilis. Et exercitus ipſius regis Frãtiæ Ludouici 12. habuit poſſeſſionem Ciuitatis Neapolitanæ,& maioris partis regni. Math.de Affl.in d.deciſ. 150. num. 1.& deciſ. 392.num. 3. Volatera.in d.fol.77.col.1. & ſequen.

Deniquè eſt etiam cõſide-
115 randum†quòd ſucceſſio regnorum Neapolitani, Pullæ, Calabriæ, & Siciliæ poſt dictum Federicum ſecundum vltimum regem eorum, ad reges noſtros Hiſpaniarum, per quã Catholicos iure optimo peruenit, quibus regna illa pertinẽt,ac Dei Opt.Max. fauore ſemper pertinebunt, tanquàm proximioribus cõſanguineis ſanguinis præclariſſimi regum antiquorum Aragoniæ, & ex alijs iuſtiſſimis cauſis. Nam cùm ipſe Federicus eſſet in prædicto regno Neapolitano anxius de dicto ſucceſſu belli, & amiſſionis Ciuitatis Neapolitani, Ferdinandus Catholicus Rex Hiſpaniæ, & Aragoniæ (qui matrimoniũ contraxerat anno Domini 1471. cum Catholica regina Hiſpanię donna Eliſabeth domina noſtra) vidiſſet,quòd Rex Frãcię Ludouicus 12. ademit à dicto Federico rege prædictã Neapolitanam Ciuitatem, & maiorem partem ipſius regni Neapolitani, & ipſe Catholicus Rex Ferdinandus tanquã proximior cõſanguineus ipſius Regis Federici præparauerit ſe ad præſtandum auxilium dicto regi Federico, hãc conuentionem fecit cùm dicto Ludouico 12.Chriſtianiſſimo rege Franciæ anno Domini 1502. videlicet, quòd prædictus rex Catholicus Ferdinandus ſibi haberet regna Pullæ, & Calabriæ cum omnimoda iuriſdictione eorum, & reliquum eſſet Chriſtianiſſimi regis Frãciæ. refert Math.de Affl.deciſ.403. num.2. & 3 & pleniùs Volate. lib. 3. commenta. cap. de tertio genere Frãcorum fol. 25. & lib. 6. cap. de Siciliæ hiſtoria poſteriori.fol.77. col. 2.in princip.& lib.2.ca. de Sarracenorum initio fol.12.colum. 1. & ſequen.Thom. Grama. deciſ.

59.num. 10. in medio, & sequentibus. Cùm autem ex interuallo essent magnæ differentiæ inter ambos reges Hispaniæ, & Franciæ, super diuisione terminorum, venerunt ad arma, & tandem gētes regis nostri Catholici Ferdinādi victoriam obtinuerunt, gētesquè Gallicas superauerūt, & occiderunt viceregē Franciæ regis. Et ex tunc Catholicus Ferdinandus rex Hispaniarum, ac Aragoniæ victor extitit, & acquisiuit Ciuitatē Neapolitanā, ac omnes alias Ciuitates, & Terras Regnorū Neapolitani, Siciliæ, Pullę, & Calabriæ, verusquè dominus eorum effectus fuit, exclusis ab eis penitùs Gallis, & finaliter recuperata Ciuitate Gaetæ, & suo portu, & reliquum ipsorum regnorū dictus Rex Ferdinandus Catholicus remāsit absolutus dominus ipsorum regnorum, excluso dicto Ludouico 12. rege Franciæ, & omnibus suis gētibus. Quibus peractis in continenti Ferdināndus Catholicus rex ac dominus noster missit Sūmo Pontifici tributum suum ei debitum ratione feudi dictorum regnorum, scilicet vnum equm aluum, in quo tantùm Papa Alexāder 6. moderauit tributum, quod antea reges Neapolitani regni, & Siciliæ præstabant Sedi Apostolicæ omne aliud plus remittendo. Quæ omnia refert Volatera. lib. 2. commēta. cap. de Sarracenorum, initio. fol. 12. col. 1. cum sequen. & pleniùs lib. 3. de tertio genere Francorum fol 24. col. 1 post princip. & fol. 25. col. 1. in princ. vsque ad finem capituli. & lib. 6. cap de Siciliæ historia posteriori. fol. 77. col. 2. in princip. Mich. Ritio. lib. 3. de regibus Francorum. fol. 21. col. 1. versi. apulit. & versi. in ipso genere. Math. de Affl. decis. 403. num. 2. & 3. habetur lib. 15. supplem. fol. 425. & 434. colum. 2. cum sequen. & fol. 445. col. 1. & sequentibus, & in historia particulari acquestus regni Neapolitani. per totam. Ex supradictis enim causis, & alijs multis vrgentissimis Maie-
116 stas nostri † Catholici regis Ferdinādi fuit declaratus pro vero, & legitimo successore totius regni Neapolitani (in quo est incorporatus Ducatus Pullæ, & Calabriæ) & etiā regni Siciliæ. refert Thom. Grama. decis. 59. num. 10. in medio. Post hæc autem prædictus rex Federicus in Galliam confugit ad Franciæ regē Ludouicum, misericordiam

petens

perens, à quo fuit susceptus pro regis dignitate, & quadriennio post ab humanis excessit Volate.lib.3.comment. cap. de tertio genere Francorum.fol.25.col.1. in princip. & in fine illius capituli,& lib. 6. cap. de Siciliȩ historia posteriori.fol.77.col.1.cum sequent. Vbi hic Author in d. fol.77.ait, quòd in hoc Federico defecerunt reges Aragoniȩ, qui fuerunt reges regnorum Neapolis, & Siciliȩ, & ipsa regna peruenerũt ad perquàm Catholicos reges nostros Hispaniarũ, tanquàm consanguineos proximiores regum antiquorum ipsorum regnorum Neapolis & Siciliæ, & descendentes à regibus Aragoniæ. Mortuo Catholico rege Hispaniarum (qui in ordine regum Neapolitani, & Siciliæ huius nominis fuit) successit in eisdem regnis, & in Ducatu Pullæ, & Calabriæ donna Ioanna domina nostra regina Hispaniæ, & Aragoniæ filia vnica legitima d. Ferdinandi regis Catholici. Et ea defuncta successit in eisdem regnis perquàm Catholicus, ac inuictissimus imperator, & Rex Hispaniarũ dominus noster Carolus Quintus eius primogenitus. Qui anno Domini. 1555. regna omnia sua cessit, & renunciauit in fauorẽ perquam Catholico regi, ac domino nostro potẽtissimo Philippo II. eius filio dilectissimo Ex eisdemquè causis etiã se-

117 quitur † quòd iustissimè, ac meritò nostri reges Catholici Hispaniarum, tanquàm reges regnorum Neapolis, & Siciliæ, sunt etiam reges Hierusalem, vt in præsenti quȩstione deducemus, in eius 5.part.n. 90.& seq.versi. solũ enim pertinet,& sequent.

Ciuitas enim Neapolita-
118 na † est caput regni Neapolitani,& antiquitùs vocabatur Parthenope,& est in Campania vna de principalioribus Prouintijs Italiæ, eiusquè fundator fuit Diomedes, fuitquè nimis populosa anno Creationis Mundi 4034. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1162. habetur in chronica generali ætatũ Mũdi 3. ætate fol.42.pagin. 2. & lib.3.supplemen.chronic. fol. 65.colum. 1. Et multò antequàm Sancta Ciuitas Roma-
119 na † ædificaretur, fuerunt reges in hoc regno Neapolitano, nam antiquitùs ante ædificationem dictæ Ciuitatis Romanæ fuit rex Ciuitatis Neapolitanæ Æneas Troyanus, ex And. de Isernia in

prohæm.Constitutio Neapol. 1.part.colum.2. in principio versi. deindè si quis respexe-
120 rit. Et similiter † regnum Siciliæ, fuit antiquitùs vna de prouintijs principaliori-bus Italiæ, sed propter magnum terremotum fuit diuisa à regnis Italiæ cum vna magna parte Maris, & est vltra Italiam,& ab ea separata 1500.passus, qui faciunt vnã millam,& mediam.Quod suc cessit anno Domini 1227. quod referunt Authores statim citandi. Antiquitusquè Sicilia vocabatur horrea, ex eo,quòd abundaret tritico,& alijs fructibus necessarijs ad humanam vitam, ex Plinio. quem sequitur Author supplemen.fol.43.colum. 2. lib. 3.& lib.13.fol.355 colum.1. Volate.lib.6. cap.de Sicilia. fol.72. colum. 2. Solinus in memorabilibus Mundi cap. 10.fol.34.col. 2.(vbi & ait, quòd ex isto regno Siciliæ fuit naturalis Cæres magistra seminaddi triticum,& ordeũ. quod & refert Author chronicæ generalis ætatum Mundi 3.ætate fol.25 pag. 1.in fine.) Et idem Author 6.ætate fol.20 post princip. Sicilia
121 fuit sic vocata † à Siculo(filio Neptuni, aut Corinthio fratre Dardã) qui fuit Siciliæ primus rex antiquissimus,qui inibi regnabat anno Creationis Mundi 3757. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1442.traditur lib. 3. supplemen.fol.43.col.2.Solinus in d.cap.10.fol.33.col.2. Et ante dictum regem Siculũ & destructionem regni Troyani Sicilia vocabatur Sicania,à rege Sicano, ex Solino in d.fol.33.colum.2. traditur in d.chroni. general. ætatum Mundi 2. ætate fol. 19. colu. 2.& in 3.ætate fol.38.colu.2. Et inter antiquissimos dominos Sicilię,qui erant comites cùm Sicilia erat comitatus, successum etiã fuit iure sãguinis de patre in filiũ,& de proximiore consanguineo in sequentem successorem consanguineum. Volatera. lib.6. comment. cap. de historia Sicil. fol. 74. colum. 2. & sequentibus pluribus. & Auth. supplem. lib. 12. fol. 328. colum.1.In regno Sicilię primò adinuentæ fuerunt Comediæ. refert. Author. chronica gen. ætatum Mundi 2. ætat.fol.19.col.2.
122 Regnũ Neapolitanũ † et etiã regnũ Siciliæ,Pullę, & Calabrię fuit pluries à diuersis dominis,ac nationib. occupatũ. Nã Bellisarius dux singularissimus Imperat.Iustinian.1.an-

no Do-

no Domini 534. acquisiuit Ciuitatem Neapolitanam, & eam, & eius Ciues debellauit. Illesc. 1. part. historiæ pontif. lib. 3. cap. 8. de vita Bonifacij. 2. Papæ 57. fol. 97. colu. 3. in fine. cum sequen. Et iterum etiam eã acquisiuit anno Domini 538. nomine dicti imperatoris Iustiniani Illesc. d. lib. 3. cap. 11. fol. 104. colum. 3. in fine. Et similiter idem Belisarius nomine ipsius imperatoris acquisiuit regnum Siciliæ, cùm venisset à Ciuitate Constantinopolitana cõtra Theodatum regem Italię. idem Illesc. d. lib. 3. d. cap. 11. de vita Siluerij Papæ. 60. fol. 104. colum. 3. in medio. Præ-

123 terea † & regnum Siciliæ fuit olim occupatum per Romanos, & tunc gubernabatur per prætores. Volate. lib. 6. cõmenta. cap de Siciliæ historia posteriori fol. 74 colum. 2. in princip. Et postea fuit in potestate Romanorum, vsquè ad tẽpus Caroli Magni, tunc igitur partito Orbe inter vtrũq; imperium, omnis Sicilia cum Calabria, & Pulla Constantinopolitano cessit, cui sine cõtradictione paruit, vsquè ad imperatorem Nicephorum (cognomento Thomã) quo tempore Sarraceni Apullam, & alia loca occupauerunt anno Domini 914. donec (secũdum aliquos Authores) Ro-

124 bertus cognomento † Guiscardus expulsis Grecis simul & Sarracenis in suam potestatem redegit, aut (secũdum alios) Tancredus Normandus, cũ magno exercitu Normandorum Siciliam, Pullam, & Calabriam cæpit, ipseque Tancredus moriens imperiũ reliquis fratribus ex successione diuisit; qui comites Siciliæ dicti sunt per tẽpus 43. annorum. Quæ omnia refert Volatera. lib. 6. commenta. cap. de historia Siciliæ col.

125 1. Olim etiam † regnũ Neapolitanum Romanis se concessit, vt inquit tex. in l. 2. ff. de offi. quæsto. & in authenti. vt præpo. nomi. imperato. §. si quis enim colum. 5. refert Isern. in d. prohæm. constitu. Neapol. 1. part. colu. 2. versi. deinde. si. quis, vbi optimè probatur. traditur libro chronicæ generalis ætatum Mundi 3. ætate fol. 42. col. 1. Sarra-

126 ceni † etiam Egipti debellauerunt regnum Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ anno Domini 680. tẽpore imperatoris Cõstantini 4. Volate. lib. 23. cõmenta. c. Martianus. fol 273. colum. 2. in fine. Alia etiam vice Sarraceni anno Domini 671. acquisierunt regnum Si-

ciliæ. Illesc. in d. 1. part. lib. 4.
cap. 13. de Deodato Papa, 79.
fol. 144. colum. 4. Longobar-
127 di † etiam superauerunt ci-
ues, ac dominos Pullæ, & Ca-
labriæ anno Salutis nostræ.
584. tẽpore imperatoris Ti-
berij 2. & Pelagij 2. Papæ. Il
lesc. lib. 3. dictę 1. part. cap. 16
de vita Pelagij 2. Pap. 65. fol.
114. col. 4. & sequen. Tempo-
128 re Ottonis imperatoris † &
cùm possideret ipse impera-
tor regnum Siciliç, illud de-
bellauit Reynaldus anno Do-
mini 960. Volate. lib. 23. cõ-
menta. fol. 279. colum. 1. post
principium. Ducatus Cala-
129 briæ † erat in potestate Eu-
stachij anno Domini 961. qui
erat subiectus imperatori Ni-
cephoro 2. cui annuatim sol-
uebat certum tributum ipsi
imperatori. Volate. in d. lib.
23. cap. Marcianus fol. 275.
colum. 1. post medium. Hic
imperator Nicephorus iussit
prędicto Eustachio Duci su-
pra dicto, quòd vt Sarraceni
desererent Ducatum Pullæ,
& Calabriç ipsi Eustachio li-
berè, solueret eis tributũ de-
bitum ipsi imperatori, quod
Eustachius compoluit, & Sar-
raceni derelinquerunt ei li-
berè terras, & Ciuitates illarũ
prouintiarum. Volate. d. fol.
130 275. colum. 1. Totila † Rex
Gothorum ferro, & igne, re-
gnum Neapolitanũ suæ Mo-
narchiæ Italię subiecit, & etiã
regnum Siciliç. Platina in vi-
ta Pelagij 1. Papæ. fol. 30. col.
1. propè finem. Theodoricus
131 etiam Gothorum rex † cum
possideret regnum Italię, de-
bellauit regnum Siciliæ. an-
no Domini 496. Platina in
vita Pelagij 1. fol. 26. colu. 2.
Similiter anno Salutis nostrę
916. aut 2. sequentibus impe-
ratores Constantinopolitani
Cõstantinus, & Romanus vo-
luerunt Sanctam Ciuitatem
Romanam destruere, quia eis
noluerũt obedire, & ad arma
venerunt cõtra vnum ex suis
Ducibus, & adduxerunt in
suum fauorẽ Sarracenos Af-
132 fricæ, qui † debellarũt Nea-
politanum regnum, Pullam,
& Calabriam, & alias multas
Prouintias, & Terras propè
ipsam Ciuitatem Romanam
133 † quos resisterunt Papa Ioã-
nes 10. & Albertus Dux To-
scaniæ, & se recoligerunt ad
montem Garganum, in par-
tibus Pullæ, & Calabriæ, vbi
fecerunt aliqua fortalicia, in
quibus se munierunt, & exin-
dè Christianos, ac Terras eo-
rum debellabant. Illesc. lib. 4.
part. 1. pontif. cap. 61. de vita
Ioannis 10. Pap. 128. fol. 218
colum. 1. & 2. Postea tamen

idem

idem Ioánes 10. Papa iterum superauit eosdem Sarracenos & recuperauit dictum regnũ Neapolitanum Pullá, & Calabriam, eaquè omnia cõcesserunt in feudum certis baronibus sub certo tributo annuo in fauorem Ecclesię Romanæ. refert Illesc. in d. fol. 218. colum. 4. & sequen. Verùm, & imperator Nicephorus 2. cùm in partibus Italiæ aduenit anno Salutis nostræ. 961. (vocatus Phocas) acquestus fuit Siciliam, & Calabriã Volate. lib. 23. commenta. ca. Martianus fol. 275. colum. 1. post medium. Tempore etiã Gregorij 4. Papæ & Impera-
134 toris Ludouici Pij † regnũ Siciliæ fuit à Sarracenis possessum, & Christiani eos repelerunt ab eodẽ regno. Platina in vita Greg. 4. Pap. 103. fol. 50. colum. 1. in medio. Papa Clemens 5. anno Domini 1306. recuperauit à Sarracenis insulam Cerdeñę, quam statim concessit regi Siciliæ Federico, vt potiuùs ex ea excluderet dictos Sarracenos. Platina in vita dicti Clementis 5. Papæ fol. 95. colu. 1. Anno etiam salutis nostræ 138. Carolus de prosapia præclarissima regum Franciæ iussu
135 † Papæ Vrbani 6. (qui egrè tulit, reginam Ioannam occidisse Andream maritum suũ regem Vngriæ, & horum regnorum sine causa.) ex hac causa, & alijs iustissimis, debellauit regnum Neapolitanum, ac comprehendit omnes Principes Neapolitanos, & etiam ipsam reginam, & eam vltimo supplitio tradi fecit. traditur lib. 14. supplem. fol. 390. Thom. Grama. decisio. 1. num. 22. & sequentibus cuius, & nos iam mentionem fecimus in præsenti par. n. 96

Regnum Neapolitanum,
136 †. & regnum Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ fuit propriũ patrimonium Ecclesiæ Romanæ, vt inquit glo. in clem. Romani Principes verb. Siciliæ. de iu. iuran. Tum ex donatione, & concessione expressa, quam de eisdem regnis fecit imperator Ludouicus Pius, post annum 824. Domini nostri. Tum etiam (vt nunc diximus in hac 3. part. nu. 124. & sequentibus) summi Pontifices Romani regna hæc à Sarracenis, & alijs inimicis recuperauerunt, eaquè dominio Sãctissimæ Ecclesiæ Romanæ submisserunt, & addiderũt, vt particulariter refert (vltra Authores Latinos) Illesc. 1. part. historiæ pontifical. lib. 4. cap. 62. de vita Ioannis 10. Papæ. 128. fol. 218. & seq.

Tum item, quia ex quo omnia ista regna, & status sũt de patrimonio Ecclesiæ Romanæ, ac de eius dominio directo, Summi Pontifices Romani ea regibus Christianis cõcesserunt in feudum, & tributum, & eodem titulo perquã Catholicus rex noster Hispaniarum, ac dominus noster Philippus 4. ea possidet. Ex
137 quibus † concessionibus, & donationibus probatur regna illa feudalia esse in fauorem Sanctissimæ Sedis Apostolicæ Romanæ. clemen. pastoralis. de re iud. cap. ad Apostolicę. eod. tit. lib. 6. notat Math. de Affl. decis. 282. orta. num. 11. Gram. ti. decis. 1. num. 30. in fine. Vnde ait Cuiatius lib. 1. de feud. tit. de his, qui feud. da. po. pagin. 15. post princip. quòd regnum Siciliç pendet à Summo Pontifice, ex quo illud in feudum concessit. Cũ
138 enim † regnum Neapolitanum, & regnum Siciliç cum Pulla, & Calabria sint regna feudalia, in eis etiam succeditur in infinitum inter omnes consanguineos, & descendentes regum, qui ea in feudum tenuerint iure sanguinis, & perpetuę consuetudinis, vt & nos etiam iam annotabimus in 1. part. huius secundę quęstionis. num. 2. & sequentibus & num. 3.



SVMMARIVM QVARTAE PARTIS Huius QVAESTIONIS SECVNDAE.

1 *Regno Ægypti olim successum fuit iure sanguinis, non per electionem, & num. 6. & 8. & num. 10.*

2 *Aegypti prouintia fuit prius habitata à Mensram nepote Noæ filio Cam.*

3 *Agypti regnum quare sic vocatum sit, & num. 16. Et ibi dicitur, quòd primus populator huius regni fuit Mesram filius Can filij Noa.*

4 *Aegypti fuit primus rex Sores.*

5 *Aegypti reges fuerunt vocati Pharaon. Et post Tholomeum regem Aegypti alij eodem nomine vsi fuerunt num. 15.*

7 *Alexander Magnus diuisit tẽpore suæ mortis omnia sua regna inter omnes suos Principes, & cui legauerit regnum Aegypti.*

9 *Tholomeus Philadelphus rex Aegypti fecit in* Hierusalem *vnam bibliothecam septuaginta millia librorum.*

11 *Cleopatra filia* Tholomei *Dionysij regis Aegypti, fuit vltimus rex Aegypti.*

12 *Regnum Aegipti quando fuerit finitum.*

13 *Regnum Aegypti fuit primum in Monarchijs.*

14 *Regnum Aegypti incepit anno 131. post Diluuium.*

17 *Alexander Magnus tempore quo occupauit regnum Aegypti, edificat* Alexandriam *Ciuitatem, eam appellando à suo nomine.*

18 Aegypti *in regno prædicauit Euangelium Christi Domini nostri beatus Simon Apostolus.*

19 *Regno* Babiloniæ *successum fuit iure sanguinis, & non per electionem, & num. 20.*

21 Babilonia *Ciuitas, fuit fundata à Nembroht* Gigante *ann. 130 post Diluuium.*

22 *Regnum* Babiloniæ *fuit primũ regnum Mundi, & est caput Caldeorum hæc Ciuitas* Babiloniæ, *& propter eius excellẽtiam denominatur Assyria, & Messopotania* Babilonia.

23 Regno *Persarum succedebatur iure sanguinis, & non per ele-*

ctionem

ctionem num. 25 & 29.
24 Regnum Persarũ est antiquissimum, & incepit in Dario, et Cyro.
25 Regnum Persarum fuit captum ab Alexandro Magno.
26 Regnum Persarum à quo sic fuerit denominatum.
27 Persarum in regno prædicauit Christi Domini nostri Euangelium beatus Thomas Apostolus.
28 Regnum Persarum translatum est ad Sarracenos, et Turcas. Eorumquè primus rex fuit Mahoma num. 29.
30 Regno Assyriorum succedebatur iure sanguinis, & non per electionem.
31 Ninus rex Assyriorum fundauit Ciuitatem Niniue.
32 Ninus rex Assyriorum fuit primus rex Mundi, qui vicit reges suos conuicinos.
33 Regnum Assyriorum fuit primum in Monarchijs, & incepit sub Saruch proauo Abrahæ. Et incepit anno 130. post Diluuium num. 35.
34 Assyriorum vltimus rex fuit Sardanapalus.
36 Idolatria primũ incepit in regno Assyriorum.
37 Regnum Assyriorum est vna de Prouintijs principalibus Asiæ.
38 Regnum Assyriorum vnde sic vocetur.
39 Regno Syriæ succedebatur olim iure sanguinis.
40 Syriæ vltimus rex fuit Philippus, eiusquè regnum deuenit ad Romanos.
41 Regno Parthorum succedebatur iure sanguinis, & non per electionem.
42 Rex Primus Parthorum fuit Arsace, à quo sequentes reges eodem nomine fuerunt vocati.
43 Regno Parthorũ beatissimi Apostoli Thomas, & Philippus prædicauerunt Christi nostri Euangelium.
44 Regno Scytharum iure sanguinis succedebatur, & non per electionem.
45 Regnum Scytharum est in terris Septentrionalibus, eiusquè gentes habuerunt originem à Maggog nepote Noæ.
46 Regno Scytharum beatissimus Andreas Apostolus prædicauit Christi Domini Nostri Euangelium.
47 Regnum hoc Scytharum post alios reges peruenit ad Amazonas.
48 Amazonæ quare sic fuerunt appellatæ. Vbi & agitur de earum quadam consuetudine.
49 Amazonæ fuerũt fortissimè mulieres, & intra 100. annos debellauerunt magnam partem Asiæ, & aliorum regnorum Europe, & num. 56.
50 Amazone ædificauerunt illam

Ciuitatem magnam vulgo dictam Epheso.

51 Euãgelium Diuinum fuit prædicatum in Ciuitate Ephesi tempore beati Pauli, in qua Ciuitate fuerunt multi sancti ac fideles.

52 Amazone inciperunt regnare ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 2246. annis Et quis fuerit earum primus Dux, & vndè traxerint originem num. 54. & 55.

53 Gentes Scytharum sunt vetustiores omnibus gentibus Mũdi, etiam Ægiptijs, & fuerunt Græci appellati. num. 54.

57 Amazonæ quandò fuerunt superatæ, & victæ.

58 Regno Lazedemonum fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

59 Regnum Lazedemonum, quo tempore incæpit. Et ibi, quis fuerit eorum primus Dux.

60 Regnum Lazedemonum quarè sic fuerit vocatum.

61 Regnum Lazedemonum fuit postea Spartanis subiectum.

62 Lacedemonij expellerunt à sua Ciuitate omnes libros, continentes parum verecundam lectionem.

63 Regno Mazedonum iure sanguinis fuit succeßum.

64 Mazedonum vltimus rex fuit Perseus, qui fuit superatus à Paulo Æmilio Romano.

65 Regnum Macedonum quando incæpit.

66 Regnum Mazedoniæ sic fuit vocatum à Mazedo filio Osirides.

67 Regnum Mazedoniæ fuit superatum ab Alexandro Magno.

68 Regnum Mazedoniæ quanto tempore durauit.

69 Regno Macedoniæ prædicauit Euangelium Dei nostri diuinus Paulus.

70 Regno Sicionum succeßum fuit iure sanguinis. & non per electionem.

71 Regni Sicionũ fuit primus rex Egilaus. Eorumquè vltimus rex fuit Zeusipo num. 72

73 Regnum Sicionum sic fuit denominatum à Sicione 18. rege eorum.

74 Regnum Sicionum est situm in Achaya propè Samariam.

75 Regno Argiborum fuit succeßum iure sanguinis, & non per electionem, & num. 76.

76 Regnum Argiborum est hodiè regnum Grecorum. Et quando incepit. inibi.

77 Phoroneus fuit secundum rex Argiborum. Qui leges dedit Græcis, & modum defendendi causas coram iudicibus: à quo dicitur forum. inibi.

78 Regnum Argiborum quandò fuit finitum.

79 Regno Athenienſium fuit successum

cessum iure sanguinis, & non per electionem.

80 Regnum Atheniensium quandò fuit finitum.

81 Regno Atheniensium prædicauit Christi Euangelium diuinus Paulus.

82 Regno Troyano fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

83 Regnum Troyanum quarè sic fuerit vocatum.

84 Regnum Troyanū quando incæpit, & quando fuerit finitū.

85 Regno Candiæ successum fuit iure sanguinis, & non per electionem.

86 Regno Cypri fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

87 Regno Lydorum fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

88 Regno Ithacæ fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

89 Regno Armeniæ fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

60 Armeniæ prædicauit Euangeliū Dei beatus Bartholomeus, vbi glorioso martyrio fuit coronatus.

91 Armenij publico decreto receperūt Christi Dei Euangeliū tempere imperatoris Iustiniani 2.

92 Regno Phrygiæ fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

93 Regnum Phrigiæ quarè sic fuerit denominatum.

94 Regno Phrygiæ prædicauit Dei Euangelium diuinus Paulus

95 Regno Phenitiæ fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

96 Regno Mizenæ fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

97 Regno Corinthiorum fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

98 Regni Corinthiorum quis fuerit primus rex, ac etiam vltimus.

99 Regnum Corinthiorum quando incæpit fuit finitum. n. 100.

101 Regni Corinthiorum fuit caput Ciuitas Corinthio. Et inibi, quis eam fundauit.

102 Regno Corinthiorum prædicauit Euangelium diuinus Paulus.

103 Regno Cyreneorum fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.

104 Regno Samariæ olim reges iure sanguinis succedebant, & non per electionem.

105 Regno Samariæ prædicauit Euangelium Diuus Iacobus Maior Apostolus, qui in eo infinitas Gentes conuersit ad fidē Domini nostri Iesu Christi. Immo, & ipse Christus

Salua.

Saluator noster prædicauit. eod.num. 105.

106 Regno *filiorum Ammon successum fuit iure sanguinis, & non per electionem.*

107 Regno *Tyri successum fuit iure sanguinis, & non per electionem.*

108 Regno *Rusiæ fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.*

109 Regno *Numidiæ fuit successum iure sanguinis, & nō per electionem.*

110 Regno *Caryæ successum fuit iure sanguinis, & non per electionem.*

111 Regno *Athali, seu Pergami succeditur iure sanguinis, & non per electionem.*

112 Regno *Antiochiæ succeditur iure sanguinis, & non per electionem.*

113 Regno *Antiochiæ fuerunt primi Christiani. Et in eo regno fidelibus nomen Christianorum fuit impositum.*

114 *Antiochiæ* Episcopus *fuit primus Diuinus Petrus per 7. annos, & post eum fuit* Episcopus *diuinus Lucas Euangelista. Et ibi, quando Ciuitas* Antiochiæ *fuit superata à Soldano Babiloniæ.*

115 Regno *Vulgarorum olim succedebatur iure sanguinis, & non per electionem.*

116 Regno *Moscobitarum succedebatur iure sanguinis, et non per electionem.*

117 Regno *Mohabitarum fuit successum iure sanguinis, & non per electionem.*

118 *Regno Saba reges iure sanguinis succedebant, & non per electionem.*

119 *Regnum Saba quarè sic nominetur.*

120 *Saba regina, quæ venit audire sapientiam Salomonis, fuit regina regni Saba.*

121 *Saba regina tanquam Sibila nunciauit regi Salomoni lignum Sanctissimæ Crucis, in quo postea Christus Dominus noster passus fuit.*

122 *Regno Medorum olim reges iure sanguinis succedebant, & non iure electionis.*

123 *Regnum Medorum quarè sic vocatum fuerit.*

124 Regnum *Medorum quando incæpit.*

125 Regno *Medorum prædicauit Euangelium Dei beatus Thomas* Apostolus.

Medi fuerunt crudeles, & superb. eod.num. 125.

126 *Regno Sicymorum successum fuit iure sanguinis, & non per electionem.*

127 Regno *Cretæ successum fuit iure sanguinis, & non per electionem.*

128 *Regno Tartarorum succeditur iure sangu. & non per elect.*

129 *Regnum Tartarorum antequam fuisset Taborlanis, habuit initium in David Persiano ab anno Domini* 1230

130 Regno *Tremecensi succeditur iure sanguinis,& non per electionem.*

131 *Regno Tuneci succeditur iure sanguinis, & non per electionem.*

132 *Regno Coromandel succeditur iure sanguinis,& non per electionem*

133 *Imperio Turcarum succeditur iure sanguinis,& non per electionem.*

134 *Imperium* Turcarum *incæpit anno Domini* 758.

135 *Turcæ à quibus sic denominentur,& num.*136.

137 *Indiarum* Orientaliũ *regnis olim iure sanguinis succedebatur,& non per electionem.*

138 *India quarè sic fuit denominata.*

139 *Indiæ Hispaniarum detectæ primiter fuerunt à* Gentibus *Græcis ante aduentum Domini nostri Iesu Christi* 392. *annis.*

140 *Regno Chinæ succeditur etiam hodiè iure sanguinis de patre in filium primogenitum, & non per electionem.*



QVARTA PARS

Huius

QVAESTIONIS SECVNDAE.



Ecimò principaliter (& hæc erit quarta pars principalis, huius secundæ quæstionis, & in regno
1 † antiquissimo Ægypti iure sanguinis successum fuit de patre in filium, & non per electionem. notat Pet. Comestor in historia Scholastica tit. de historia Hester. cap. 8. fol. 171 Gerard. de Mercatore in demonstratione temporũ pagi. 40. 42. 59. & 70. refert plures successiones iure sãguinis delatas huius regni Aegypti Author supplemen. chronica fo. 34. col. 2. in fine. lib. 3 & etiam lib. 4. fol. 81. colum. 1. & lib. 7. fol. 137. colum. 2. 159. 161. colum. 1. & fol. 163. colum. 2.
2 Fuitquè hæc † prouintia primùm habitata à Mesran nepote Noæ, filio Cam (qui fuit filius secundus Noæ Genesis cap. 4.) trãditur lib. 12. supplemen. fol. 12. colum. 1. & fol. 15. colum. 2. Aegypti re-
3 gnũ † habuit huiusmodi nomen ab Aegypo filio Danai, & primus eius populator fuit Mesran filius Can filij Noæ, habetur lib. 2. supplemen. fol. 15. colum. 2. & dicemus in præsenti parte num. 16. Pri-
4 mus † rex huius regni Aegypti ante Alexandrum Magnũ & ante alios antiquissimos reges Aegyptios, fuit Sores. Authore Eusebio, quem sequitur Alphonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 61. colum. 1. habetur in chronica generali ætatum Mundi in 2. ætate fol. 18. pag. 2. & lib. 2. supplemen. fol. 15. colu. 2. Vbi, & dicitur, quòd hic Sores regnauit in Aegypto propè annum Creationis Mundi 2773. & ante aduentum Domini 2246. Inter primos reges Aegiptij, fuit Chencro Pharaon, & 11. in ordine, qui in Aegypto regnauit Anno Creationis Mundi 3668. & ante aduentum Domini. 1531 fuitquè hic Pharaon filius, & successor Accori. 10. Regis Aegypti lib. 3. supplemen. fol. 34. colum. 2. & sequentibus. Quibus in locis etiam dicitur

quod

quòd hic Pharaon. 11. Rex Aegypti fuit, qui persecutus fuit in Aegypto gentes populi Dei, propter quod meruit suffocari in Mari Rubeo(de quo habetur Exodi.cap.14.& sequentibus,& in Psal.77.79. & 104.& Act. Apostol.cap.7 in medio) & cum eo fuerũt suffocati 600.currus equorũ, & viginti Millia armati, & quinquaginta mille equi, vt habetur in dictis locis. Et vbi antea fecerat Pharaon suum Sepulchrum. refert Petrus Scouar Cabeça de Vaca in Lucero terræ Sanctæ. Canto 5.fol.35.& sequentibus. Post
5 hunc Pharaonem† omnes reges Aegypti fuerunt vocati eodem nomine Pharaonis, quod nomen non erat proprium regum,sed nomen dignitatis regalis. tradit Author chronicæ generalis ætatum Mundi 3. ætate fol. 27. colum.1.& Author supplem. chronica.lib.3.fol.34.colum. 2.in fine. Et non tantùm iure sanguinis succedebatur in
6 regno Aegypti† inter primos reges illius regni, & eorum descendentes,qui in codẽ regno successerunt à dicto Sores primo rege Aegyptii, vsq; ad tempus Alexandri Magni (qui etiam fuit rex illius regni, & in eo regnauit propè annũ Creationis Mũdi.4887 & ante aduẽtum Domini nostri 317.aliàs 335.secundùm Couarru.lib. 4. varia.resolu. cap.18. num. 6.) Hic enim Alexander Magnus tempore suæ mortis,ex quo decessit si-
7 ne liberis† diuisit quàm plurima regna sua inter suos Principes amantissimos, regnum què illud Aegypti legauit in suo vltimo elogio Tholomeo filio Lagij. Tholomeus enim hic fuit Primus Rex regni Aegypti post mortem dicti regis Alexandri Magni, qui in illo regno regnauit anno Creationis Mũdi 4888. Quæ omnia habentur in chronica generali ætatum Mundi. 5. ætate fol.76.colum. 1.& 77. colum.2.& lib.7. supplemen. fol.137.Volate.lib. 12 commenta cap.Aegyptus fol.137
8 col. 1. Sed etiam† post mortem huius Tholomei I. regis Aegypti) mortuo dicto Alexandro Magno omnes reges Aegypti successerunt iure sãguinis. Nam post dictũ Tholomeum regnauit etiam in Aegypto Tholomeus Philadelphus eius filius.lib. 7. supplemen.fol.137.colum. 2. & 141.colum.2.Vbi & dicitur, quòd hic Tholomeus primus rex Aegypti in eius morte constituit in regem successo-

rem eius filium Tholomeum Philadelphum. De isto Tholomeo Philadelpho Secundo rege Aegypti post Alexan-
9 drum Magnum legitur †quòd fecit in Hierusalem vnam bibliothecam septuaginta Millia librorum. habetur d. lib. 7.supplemen.fol.141.colum. 2. Volatera.d.lib.12.commẽta.cap.Aegyptus fol. 137.col. 1. Post Tholomeum Philadel phum 2. regem Aegypti successit in eodem regno Tholomeus Euergetes eius filius. Volatera.d.fol.137.colum.1. post medium. habetur idem lib.7.supplemen.fol.145.col. 1. De hoc Tholomeo Euergete legitur, quòd in suo testamento iussit, quòd Cleopatra eius vxor dedisset regnũ hoc Aegypti filio, quem de suis eligeret, quæ eius virtute elegit filium suum minorem, quia ei erat magis dilectus. Quod regnum contradixit, ex eo inquam, quòd filium suum maiorem natum non elegerit, ab ipsoque regno cõpulsa fuit maiorẽ natu postea nominare, & antequàm eum eligeret, fecit, quòd regnum Aegypti mitteret in exilium prædictum suum filium maiorem ex aliquibus causis in partibus regni Cypri, & cùm sic esset missus in exilium, vocauit Cleopatra ad se filium suũ minorem nomine Tholomeum Alexãdri, quẽ priùs in regem elegerat, cum quo simul regnauit in ipso regno Aegypti per plures annos. Qui Tholomeus Alexander metu dicti sui fratris maioris aufugit de eodẽ regno Aegypti, & cùm à sua matre esset vocatus, vt regimem sui regni continuaret, & ipse veniret, statim occidit dictã Cleopatram eius matrem, & in exilium missit duas eius filias & maritos earum occidi fecit, & cùm alias magnas crudelitates faceret, ab ipso regno fuit priuatus sua administratione, & illum in exiliũ missit, & ad eius gubernationem vocauit prædictũ suum fratrem maiorem cognomẽto Tholomeum Sotero, quæ omnia refert Author supplemen.chronic.lib.7.fol. 161. colum. 1.& 163.colum. 2. in
10 fine. Verùm † & in alijs regibus, huius regni Aegypti descendentibus à dictis vltimis regibus (qui in illo regno successerunt suis parentibus post dictum Alexandrũ Magnum) eodem iure sanguinis etiam successum fuit. refert Volatera.lib. 12. comment.fol.137.colum.1. & sequentibus, & Author supple-

men.

men. lib. 7. fol. 148. & 152. colum. 2. & 157. colum. 2. & 159. colu. 1. in fine. 161. col. 1. & 165. colum. 2. in fine. Vl-
11 timusquè † rex Aegypti fuit alia Cleopatra filia Tholomei Dionysij, & ambo fuerunt descendētes dicti Tholomei Lagij (qui vt diximus in præsētiarum. num. 7. fuit primus rex Aegypti post Alexandrū Magnum.) Hāc enim Cleopatram reginam Epypti (cùm imperator Marcus Antonius Asiam peteret) matrimonio sibi iungit, repudiata Octauia
12 † mortuaq; dicta Cleopatra, finitum fuit dictum regnum Aegypti, quòd antea durauerat inter descendentes dicti Tholomei filij Lagij 106. annis, & ab Alexandro Magno tantùm fuerunt 13. reges habetur in chronica generali ætatum Mūndi 5. ætate. fol. 89. colum. 2. & lib. 7. supplemen. fol. 168. Alphonsus Venero in enchiridion temporū fol. 63. colum. 1. & Volatera. d. lib. 12. c. Aegyptus fol. 137. colum. 2. Quæ omnia in materia nostra vtilissima sunt, &
13 magnæ considerationis † ex quo regnū hoc Aegypti fuit primum in Monarchijs, vt diximus in præcedenti quæstione num. . . . , & vltra Authores ibi citatos, idem tenet Volatera. in d. cap. Aegyptus.
14 fol. 136. col. 1. Eiusquè † imperiū incepit anno post Diluuium 131. ex Tornamira in Cosmographia pagin. 245 Et secūdum alios incepit regnū hoc Aegypti anno Creationis Mundi 2773. & ante aduentum Domini 2246. traditur lib. 2. supplemen. fol. 15 colu. 2. Et ante Alexandrum Magnum aliosquè reges eorum successores in dicto regni Aegypti, hoc regnū fuit finitum, & trāslatum, ac iunctum cum regno Persarum, tempore quo Cambises filius Cyri (secundi regis Persarū) erat Persarum rex. habetur lib. 5. supplemen. fol. 102. col. 2. propè finem. Pod dictum
15 † Tholomeum primum regem Aegypti omnes reges illius regni fuerūt vocati Tholomei, propter excellentiās, & magnas virtutes ipsius primi Tholomei. habetur lib. 7. supplemen. fol. 137. colu. 2. Hoc
16 † regnum Aegypti sic vocatur ab Aegypto Danay fratre postea ibi regnante, antea verò vocabatur Essea. traditur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætale fol. 13. colū. 4. & diximus supra num. 7. Tē-
17 pore quo † Alexander Magnus occupauit regnū Aegypti, fundauit Ciuitatem Alexan-

xandriam (quæ est vna de principalibus ciuitatibus regni Aegypti) immo principaliter Ciuitas eius eam appellando à suo nomine. traditur in chronica generali ætatum Mundi 5. ætate fol. 77. colum. 2. in principio, & Calepin. (qui refert Solin.) in Dictionario vrbiũ verb. Alexandria. vbi & ait, quòd hæc Ciuitas Alexandria est caput Aegypti, & condita prope ostium Nili. idem refert Anto. Nebrisen. in Dictionario vltimo. verb. Alexandria, & Pet. de Escobar Cabeza de Vaca in Lucero Terræ Sanctæ. Canto 2. fol. 13. Dicitquè ibi Nebrisensis, quod Alexandria Ciuitas vulgo dicitur à Turcis Scãderia. Prodolor? quòd in vna die in hoc regno Aegypti fuit combusta bibliotheca quadraginta mille librorum. traditur in d. 5. ætate

18 fol. 92. col. 2. In hoc † regno Aegypti prædicauit Euangelium Christi Simon Apostolus Sanctissimus, qui fuit Episcopus, huius regni. refert Illesc. 1. part. historiæ pôtif. lib. 1. cap. 3. de vita Diui Petri, & aliorum Apostolorum §. Simon fol. 24. col. 3. Hic Beatissimus Simon fuit vocatus Niger. Act. Apostol. cap. 13. in princip. Fuitquè Chananeus. habetur Math. c. 10. in principio. Principalis Ciuitas fuit regni huius, quę vocatur Cayro, refert Pet. Scouar Caueza de Vaca in Lucero Terrę Sãctæ Canto 3. fol. 20. & Cant. 14. fol. 109.

Vndecimò principaliter (vt hanc nostram partem, huius 2. quæstionis prosequamur) etiam dicimus. Quòd in

19 † regno Babylonum similiter successum fuit iure sanguinis de patre in filium, & de consanguineo rege in proximiorem cõsanguineum, & non per electionem, vt constat in pluribus locis Diuinæ Scripture. Et hoc refert Ioseph lib. 10. de antiq. Iudaic. c. 13. colum. 1. versi. post mortem. Pet. Comestor in historia Scholastica. dum agit de historia Genesis cap. 38. in fine fol. 16. & in historia Danielis in princip. Author chronicæ generalis ætatum Mundi 5. ætate fol. 65. & Author supplemen. lib. 5. fol. 100. col. 1. & sequentibus, & 102. colu. 1. Alphons. Venero in Enchiridion temporum fol. 54. col. 1. (vbi & ait, quòd post Nembroth primum regem fundatorẽ Babiloniæ successit Bello eius filius.) & Gerardus de Mercatore in demonstratione temporum pag. 68. 91.

& sequentibus. Vnde dicit Pet. Comestor. in d. cap. 38. Genesis in fine fol. 16. quòd
20 † regnum Babyloniæ habuerunt, qui de semine Nembroth fuerũt, vsquè ad quartam Ciliadem, & vltimum Cusmidem. idẽ tenet Hect. Pinto in Esaiam cap. 39. pag. 322. in medio. Vbi expresè tenet, quòd imperium durauit, vsquè ad Babylonios per tempus 70. annorum, donec Cyrus, & Darius eos superauerunt, & vrbem illam penitus destruxerunt glo. in cap. si Paulus verb. descend. 32. quæst.
21 5. Babyloniæ hęc † Ciuitas fuit fundata à dicto Nembroth Gigante. habetur Genesis cap. 10. & 11. notat Paul. Orosi. lib. 2. historiæ tit. de regno Persarum in medio, & Ioannes Becatius lib. 1. de la Cayda de Principes cap. 4. Cùm enim hic Nembroth iret aduersus Persas, reliquit hoc regnum Babyloniæ Belo eius filio. habetur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate fol. 17. pag. 2. Alij dicunt, quòd Merodach fuit primus Rex Babyloniæ, qui priùs fuit Rex Assyriorum. habetur in dicta chronica ætatum Mundi 4. ætate fol. 62. colum. 2. Post Diluuium verò generale hæc Ciuitas Babyloniæ fuit fundata anno 130. ex Euseb. lib. 9. de præparatione Euangelij cap. 4. Alphonso Ventro in d. Enchiridion temporum fol. 4. & 54. colum. 1. Vbi
22 & inquit, † quòd hoc regnum Babiloniæ fuit primũ regnum Mundi. Babilonica Ciuitas fuit caput populorum Caldeorum (gl. in cap. si Paulus verb. Chaldeorum 32. quæst. 5.) & propter eius excellentiam, & nobilitatem Assyria, & Mesopotamia denominatur Babylonia; & cuius magnitudinis sit Ciuitas hæc Babylonica, refert Solinus de memorabilibus Mundi cap. 69. in principio fol. 131. colum. 2. & Author chronicæ generalis ætatum Mundi in 2. ætate fol. 13. colum. 3. Plini. in Dictionario vltimo. verb. Babylon. Anto. Nebrisensis in vltimo Dictionario. verb. Babylon. quibus in locis ij vltimi Authores plura referunt de hac Ciuitate Babiloniæ. Nabuchodonosor Rex Babyloniæ, & Caldeorum, cum infinito exercitu occupauit Sanctam Ciuitatem Hierusalem, & oppressit

Sede-

Sedechiam vltimum regem Hierusalem, occiditque omnes Iudeos cuiuslibet ætatis, & sexus, exceptis aliquibus, & per 70. annos fuerunt Iudei capti in Babylonia. habetur in locis Diuinæ Scripturæ, citandis in 5. part. huius 2. quçstionis. n. 51. versi. Ioachim rege Iuda, & num. 52. versi. omnes isti reges, & dicemus in sequen. part. num. 14. De Babyloniæ Gentibus legitur, quòd medicis non vtuntur. notat Ioan. Rauisi. in textoris officina. pag. 293.

Duodecimò principaliter,
23 & † in antiquissimo rege Persarum, & in eorum imperio successum etiam fuit iure sãguinis de patre in filium, & in consanguineum proximiorem, & non per electionem, ex Platone lib. 5. tit. de natura hominis pagin. 25. colum. 2. versi. postquàm verò. Ioseph. lib. 11. de antiq. Iudaic. cap. 6. in princip. Paul. Orosi. lib. 2. historiæ cap. 8. in fine. cum cap. sequen. Pet. Comestor. in historia Scholastica. tit. de historia Danielis. cap. 20. de Cambisse. & in tit. de historia Iudith. cap. 4. de Xerxe Ioan. Boem. lib. 2. de moribus omnium Gentium cap. 7. colum. 2. in princip. Volate. lib. 12. commenta. cap. de Persia. fol. 127. col. 1. & 2. & 128. col. 1. Ioan. Rauisi. in textoris officina pag. 330. Gerard. de Mercato. in demonstra. temp. pag. 56. in fi. 70. 92. 95. & 216. traditur in chronica generali ætatum Mundi 5. ætate. fol. 69. & lib. 5. supplemen. fol. 102. colum. 2. & sequen. 107. col. 1. 111. col. 1. & 117. col. 2. in princip. Couarru. lib. 4. varia. resolu. cap. 14. §. ex Metasthene per totum num. 6. & pleniùs ibi Couarru. §. ex Grçcis historicis per totum. post Ioan. Bocatium lib. 3. de la Cayda de Principes. cap. 6. in princip. vbi ait, quòd mortuo Daryo rege Persarum ei successit eius filius Xerxes potẽtissimus rex illius regni, vbi etiam cum cap. 7. sequenti. copiosè refert de infortunijs, & morte dicti regis Xerxes. Quin immo, & Persæ Gentes habent legem expræssam regni, vt in ipso regno filius succedat patri regi, ex Hærodoto lib. 7. historiæ. in princip. sequitur Gerard. de Mercato. in demonstra. temp. pag. 75. Idquè fuit à principio illius regni, ex Volate. in d. cap. de Persia. fol. 126. colum. 2. in fine. Hinc dicit Illesc. in 2. part. historiæ pontif. lib. 6. in vita Pauli 3 Papæ §. 2. in princip. fol. 350. quòd in regnis

Sophi.& præsertim in regno principali Persiæ succeditur iure sanguinis,& non per electionem. Licet frater Hieronym.Roman in republicis. lib.4.de republica Gentilica. cap.1.fol.2.colum.3.& fol.4. colum.1. dicat, quòd à principio Persæ eligebant reges. Vndè de Artaxerxe rege Persarum potentissimo legitur, in Diuina Scriptura, lib. 3. Esdræ. cap. 8. colum. 2. post medium,quod iubens augeri rex templi Domini dicebat, ne fortè exurgat ira Dei in regno regis, & filij, & filiorũ eius. quem locum Diuinæ Scripturæ, ad hoc refert Gerard.de Mercato. de demonstra.tempo.pag.78.De morte huius regis Artaxerxes.refert Ioan.Bocatius in d.lib.3. cap.

24 19 Istudquè regnum Persarum, & Medorum fuit antiquissimum, & eius Monarchia incepit in Dario, & Cyro nepote eius,anno Creationis Mundi 4640.& ante aduentum Domini 559. postquàm occiderunt regem Balthasar capta Babilone, & durauit,vsquè ad Daryum Vrsini,huius nominis 4.deuictum ab Alexandro Magno per successionem 14. regum Medorum,& Persarum,qui in Persia regnauerunt per tempus 254.annorum, vt copiosè refert Couarru.in d. cap. 14. §. ex Græcis historicis per totũ.

25 Quod finitum fuit † & captũ ab Alexandro Magno anno Creationis Mundi 4880.& ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 315. testè diuo Augusti.lib.12.de Ciuitate Dei, & beato Antonio Florentino 4. part. summæ. tit. 13.cap.4.§.1.colum.1.in fine Volate.lib.12.commenta.ca. de Persia. fol. 128. colum. 1. Gerard.de Mercato.in demõstra.tempo.pag.59. Couarru. lib.4.varia.resolu. cap. 14. §. ex Metasthene.num.6.per totum,&ibi §. ex Græcis historicis.num.6.in fine versi. Daryus Arsini. Tornamira in Cosmographia.pag.242. traditur in chronica generali ætatum Mundi 5. ætate. fol. 68.colum.2.& 69. colum. 1. & fol.75.& lib. 5. supplemen. fol. 119. colum. 2. Alphons. Venero in Enchiridion temporum.fol.60.colum.2. (vbi ait,quòd Cambises Secundus rex Persarum successit in locum Cyri eius patris) idem traditur lib.5.supplemen.fol. 101.colum.1.102.colum. 2. 110.colum.2.& 118.colum.2 & Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ religionis cap.16.num.10.pag.112.

Dario-

Dariusquè prædictus rex Persarum fuit nepos Magni regis Asueri mariti reginæ Hester.ex Alphonso Venero in d. Enchiridion temporum. fol. 150.colum. 2. versi. Alexandro Magno. Regnumquè hoc Persarum est vna de pro-
26 uintijs Asiæ maioris † nominatúquè fuit sic à Persio Acrisio rege Persarum nobilissimo Græco,qui anno Creationis Mundi 3823. occupauit prouintias,huius regni, ipséquè inter aliàs singulares Ciuitates,huius regni edificauit Ciuitatem Persipuli, quam constituit caput illius regni. habetur lib. 3.supplemen. fol. 47.& lib.5.fol. 101.colum. 1.
27 in fine. In hoc † Persarum regno prædicauit Sanctum Dei Euangeliũ beatus Thom. Apostolus Sanctissimus, & beatus Simon, ac Iudas Thadeus, eius frater, qui ambo fuerunt Apostoli Christi Domini nostri, & ambo fratres fuerunt in Persia martyrio coronati.Illesc.in 1.part.histo. pontif.lib. 1.cap. 3.de vita Diui Petri, & aliorum Apostolorum §. Thomas.fol. 23.col. 3.in fine. & §.Simon. fol. 24.
28 colum. 3. Deniquè † & hoc regnum Persarum trãslatum & ad Mauros & Sarracenos. & Turcas, vsquè in hodiernũ diem. Volate. lib. 12. commenta.cap.de Persia fol. 128. colum. 2. & eod. lib.cap.de Arabia fol. 131. colum. 2. &
29 sequen. Primus rex † Sarracenorũ fuit maledictus Mahoma,qui propè annum Domini 630. (cuius impissimã vitam, & mortem nouissimè refert Doctor Lorca Granatensis de secta Mahometana. fol 3.& sequentibus plurib.) qui eodem anno in totum superauit Syroem regem Persarum,& post eum Adeser eius filium,& Hormisdam vltimũ regem Persarum, qui in totũ fundit illud regnum potentissimum Persarum, & iure hæreditario,& successionis illud suis successoribus deinceps reliquit.refert Couarru. lib.4.variarum resolutionum cap. 18.num.7.per totum, & Illesc. 1.part.histo.pontif. lib. 4. cap. 6. de vita Honorij 1. Papæ 71.§.relacion de las cosas de Mahoma fol. 156. col. 2.& eodem lib.4.cap 12. de vita Vitaliani Papæ 78. fol. 143.colum.3.Et vndè dicantur Sarraceni refert Couarr. lib.4.varia.resolu. cap. 9. per totum post Roderi. Tolleta. lib. 3.suæ historiæ cap. 17.

Decimò tertiò principali-
30 ter † & in regno Assyriorum iure sanguinis successum fuit

de patre in filium, & non per electionem. Quorũ primus rex fuit Belo Nembroth, & post eum successit eius filius Nino, pluresquè similes successiones refert Author supplemen.lib.2. fol. 16. colum. 1.& lib.3. fol. 19. colu. 1.29. colum.2.32.colum.2.34.col. 2.45.colum.1. 52. colum. 2. & lib.4.fol.67.colum. 2. 75. colum. 2. & fol. 91.colum.1. Vndè Iustinus historicus in Trogi Pompei historia lib.1. fol.2.in princip.ait,quòd primus omnium Ninus rex Assyriorum fuit tempore Abrahæ Patriarchæ, & post eum eius filij, & descendentes regnauerunt in eodem imperio per tempus 1300.annorũ donec eorum imperium, & regnum fuit translatum ad Medos. quod priùs dixit beatus Augustin.lib.4.aut 18. de Ciuitate Dei. cap. 12. Beatus Tho.lib.3. de regimine principis cap.12.colum. 1. in medio. Pet. Comestor. in histo. Scholasti. tit. de historia Danielis.cap.5.in principio. Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianę religionis cap. 16.num. 10.pag.11.traditur lib.2.supplemen.fol.16.colu. 1.& lib.4.fol.83.colum. 2 & in chronica generali ætatum Mundi 2.ætate fol.17.pag.2. vbi fol. 20. colum. 2. dicitur

31 † quòd hic Ninus fuit, qui fundauit Ciuitatem Niniuẽ magnam valdè, nomini suo dedicans, & Calepin. in Dictionario vltimo. verb. Niniuæ. Vbi & ait, quòd hæc Ciuitas Niniuæ pst illa,quæ audiuit prædicationẽ Ionæ Prophetæ (de qua fit mentio Ionæ cap.3 Math c.12. & apud diuum Lucam cap. 11.) & quòd nunc est in totum debastata, ex Haitono. lib. de Tartaris cap.11.Lucan.lib.1. Erat enim hæc Ciuitas Niniue ita magna valdè, quòd Ionæ d.cap.3.in principio dicitur, quòd erat itinere trium dierum. Et etiam in cap. 4. in fine. dicitur,quòd erant in ea plus, quàm centum Millia hominum tempore, quo Ionas in ea penitentiam prædi-

32 cauit. Hic † rex. Ninus fuit primus rex Mundi,qui reges suos vicinos vicit, eis bella mouens, ex beato Isidor. lib. 18. Ethimologia cap. 1. in principio traditur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate fol.17.colum, 1. & fol. 20.colum.1.Regnumquè hoc

33 † Assyriorum fuit primum in Monarchijs, & secundum alios Authores incepit sub Saruch proauo Abrahæ,vel fortè à Nembroth, aut saltem à

Nino, qui regnauit in Niniue (de quo nunc mentionem fecimus) & durauit vsquè ad Balthasar, qui sedem tenebat in Babilone, vbi interfectus fuit, vt constat Daniel. cap. 5. quod firmat beatus Anto. Florenti. 4. part. summæ tit. 13. cap. 4. §. 1. colum. 1. & Paul. Orosi. lib. 1. historiæ. fol. 4. in fine, & fol. 7. cap. de regno Assyriorum. traditur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate fol. 17. colum.
34 2. Vltimus rex † Assyriorum fuit Sardanapalus, qui incepit regnare anno Creationis Mundi 4262. & ante aduentum Domini 843. fuitquè impijssimus, & malus Rex, refert copiosè Ioan. Bocati. lib. 2. Cayda de Principes. ca. 11. & 12. traditur lib. 4. supplemen. fol. 82. Alphonsus Guerrero in d. cap. 16. num. 10. pag. 111. Aut vltimus rex Assyriorum fuit Assaradone. lib. 4. supplemen. fol. 91. colu. 1. Nembroth secundum alios fuit fundator dicti regni Assyriorum: Tornamira in Cosmographia. pag. 241. vbi
35 & ait † quòd regnum istud Assyriorum eiusquè Monarchia incæpit anno 130. post Diluuium generale. Vel secundum Authorem supplementi lib. 2. fol. 16. colum. 1. regnum hoc Assyriorum incæpit anno Creationis Mundi 2980. & ante aduentum Domini nostri 2269. In re-
36 gno † isto Assyriorum habuit originem grauissimum illud crimen Idolatriæ in hũc modum, cùm enim Ninus prædictus Assyriorum rex valdè mestus esset de morte Beli sui patris regis Assyriorum, fecit in memoriam eius fieri quãdam statuam ad eius imaginem, quam publicè adorauit, & iussit, quòd qualiscunquè delinquens ad eam confugeret, statim liberationem consequeretur: quarè gentes Assyriorum inciperunt, eidem statuæ plura donna offerre idemquè fecerunt aliæ gentes in fauorem suorum parẽtum per diuersas nationes, & terras. habetur Daniel. cap. fi. & lib. 2. supplemen. fol. 16. colu. 1. & 17. colum. 1. in fine. traditur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate. fol. 17. pag. 2. & fol. 20. colum. 2.
37 in fine. Regnum † què hoc Assyriorum est vna de prouincijs principalibus Asiæ. habetur in d. 2. ætate fol. 13. colum. 3. Vocatumquè fuit
38 hoc † regnum Assyriorum à Assur secundo filio Sem nepote Noæ. traditur eadem 2. ætate fol. 15. pag. 2. Vbi & ait,

quòd

quòd ab eo fuit fundata Ciuitas Niniue, cùm egrederetur de terra Sannaar, quod & refert Calepin. in Dictionario vltimo verb. Niniue in principio.

Decimo quarto principa-
39 liter in regno etiam † Syriæ successum etiam fuit iure sãguinis de pátre in filium, & de consanguineo in consanguineum proximiorem,& nõ per electionem. habetur l.b. 4.Reg.cap. 13. in fine,vbi dicitur,quod illius regni Syriæ fuit rex Hazael, eoquè mortuo regnauit pro eo Benadad eius filius. Et in proprijs terminis, quòd in regno Syriæ succedatur iure sanguinis refert Pet. Comestor in histô. Scholasti. tit de historia Hester.c.10 de Saleuco fol. 171 & cap.sequentib. Gerard.de Mercatoræ. de demonstra. tempo pag. 9. & sequentibus 62. & 63. quibus in locis refert plures similes successiones delatas fuisse super hoc regno iure sanguinis. idem traditur lib.7.supplemen.fol. 141.colum.2.145. colum 1. 147.colum.1.& fol.152. col. 2.154.colum.l. 156. colum. 2.& fol.158. colum.1. & in chronica generali ætatum Mundi 5.ætate fol.78 col.2. Quæ omnia procedunt,non solùm antequàm Alexander Magnus fuisset etiam rex Syriæ, sed postquàm fuit ipse Alexãder dominus regni Syriæ (qui tàm regnum Syriæ, quàm omnia alia sua regna diuisit tempore suæ mortis inter suos dilectissimos Principes.) Nam primus rex Syriæ post imperatorem Alexãdrum Magnum,fuit Nicanor (aliàs Seleucus) cui successit in eodem regno Anthiocus, eius filius,ex Alphonso Venero in Enchiridion temporum fol.61.colum.2. Vltimusquè
40 † rex Syriæ fuit Philippus, qui fuit superatus à Gabino Consule Romano, cuius regnum tunc deuenit ad Romanos,& eorum potestatem, & finitum tunc fuit regnum illud, quod priùs durauerat per tempus 220. annorum. traditur in chronica generali ætatum Mundi. 5. ætate. fol. 87.colum.2.in fine. & lib. 7. supplemen.fol.163. colum.2. Regnũquè hoc Syriæ est vna de prouintijs Asię d.lib.7.supplemen. fol. 137. colum. 2. Quas contineat prouintias. habetur in d. chronica genetali ætatum Mundi 2. ætate fol.13.colum.3.

Verùm & decimo quinto
41 principaliter in regnotetiam Parthorũ succedebatur iure

sanguinis de patre in filium, & non per electionem. Quod verificari potest in pluribus successionibus, quarum meminit Author supplementi chronica. lib. 7. fol. 144. colu. 2. & 162. colum. 2. & lib. 15. fol. 436. colum. 1. in princip. & Ioan. Bocatio lib. 6. de la Cayda de Principes cap. 7.
42 Primusquè † rex Parthorum fuit Arsace, à quo omnes reges Parthorum eodem nomine fuerunt vocati. habetur in d. lib. 7. supplemen. fol. 144. colum. 2. Parthorumquè regio est vna de prouintijs Asiæ traditur in d. chronica generali ætatum Mundi 2. ætate
43 fol. 13. colum. 2. In hoc † regno Parthorum Beati Thomas, & Philippus Sanctissimi Apostoli prædicauerunt Dei Euangelium. tradit Illesc. 1. parte histo. pontif. lib. 1. cap. 3 de vita Diui Petri, & aliorum Apostolorum §. Thomas fol. 23. colum. 3. & §. Philipp. fol. 24. colum. 1. Postea verò prope annum 664. Salutis nostræ Cæsaria regina Parthorum, cum eius marito, & cum infinitis suis Gentibus conuersi fuerunt ad fidem Sanctissimã Domini nostri Iesu Christi, & receperunt Sanctissimũ Baptismum in Ciuitate Constantinopolitana tempore Vitaliani Papæ 78. & Constantini iniquissimi imperatoris illius imperij. latè hoc refert Illescas. 1. part. historiæ pontif. lib. 4. cap. 12. de vita Vitaliani Papæ fol. 143. colum. 3. & sequenti.

Proindè & decimo sexto
44 principaliter † in regno Scytharum iure sanguinis de patre in filium succedebatur, ex Herodoto in historia. pag. 42 sequitur Gerard. de Mercatore in demonstratione temporum pag. 70. Ioan. de Acosta de guberno rectoris in 2. tracta. & in 2. dialogo fol. 94. colum. 2. Regnumquè hoc
45 † Scytharum est in terris Septentrionalibus, eiusquè gentes habuerũt originem à Magog nepote Noæ, ex beato August. lib. 18. de Ciuitat. Dei cap. 3. sequitur Author suppl. lib. 2. fol. 15. colum. 2. Volate. lib. 14. commenta. cap. de Scytia. fol. 130. colum. 2. Author chron. gener. ætat. Mundi 2. ætate fol. 17. pag. 2. vbi & ait, hoc regnum Scytharum esse antiquissimum, quod etiam
46 ibi dixit fol. 18. In illo † regno Scytharum beatissimus Andreas Apostol. prędicauit Euãgelicã veritatẽ Domini nostri Iesu Christi. Illesc. 1. par. histo. pontif. lib. 1. ca. 3. de vita diui Petri, & aliorum Apostolo-

rum §. Andreas hermano. fol. 22. colum. 4. in fine. Post alios reges illius regni Scytharum
47 † peruenit hoc regnum ad reginas vulgo dictas Amazonas, à quibus per plures annos fuit possessum. Alphonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 61. colum. 1. & 2. & Author chronicæ generalis ætatum Mundi 2. ætate fol. 18. colum 2. Quibus in locis 11 Authores dicũt, quòd fuit consuetudo vetustissima harum Amazonarum, quòd si parturiebant filium, necabant eum, si verò erat fœmina, scindebant eius mamillã dexteram, vt meliùs possent præliare, & quòd hac de cau-
48 sa † fuerunt Amazonæ appellatæ, à dictione à, quæ significat, idest, sine, & mazone, quę in nostro vulgari sermone significat. Teta. Volat. lib. 7. commenta. cap. de Sarmatia. fol. 84. colum. 2. idem habetur in d. 2. ætate fol. 18. colu. 2. & lib. 2. supplemén. fol. 15. colum. 2. Ioan. de Acosta in d. 2. dialogo. fol. 194. colum. 1. Inter Amazonas sẽper duæ solebant esse reginæ, quarum vna procedens cum exercitu contra hostes dimicabat, altera interim rempublicam gubernabat. traditur in d. 2. ætate fol. 19. colum. 3. Ioan. de Acosta in d. 2. dialogo fol. 94. colum. 1. Fueruntquè
49 Amazonæ † effectæ tam fortes, & bellatrices breui tempore, quòd magnam partem Asiæ ferè 100. annis dominio suo subiecerunt, & quòd inter ipsas nullum penitùs masculum viuere, vel morari aliqua ratione permisserunt, & quòd ex finitimis Gentibus maritos sobolis gratia elegerunt, ad quos statutis temporibus prolem concipiebant, & quòd completo tempore ad conceptionis offitium constitutum, maritos à se excludebant, & reliqua verba, quæ refert Author. dicta chronicæ generalis ætatum Mundi 2. ætate fol. 19. colum. 3. & in 3. ætate, fol. 28. colum. 2. & Ioan. Acosta in d. cto fol. 94. colum. 2. Vbi & ait hic
50 Acosta † quod hæc mulieres Amazonę edificauerunt in Asiam illam magnam, atquè celeberrimam Ciuitatem vulgo dictam Ephesо, quod scribit Strabo Iustinus, lib. 1. & Plinius lib. 1. historiæ, & copiosè Calepin. in Dictionario vltimo verbo, Ephesus in 1. & 2. Tempo-
51 re † enim Diuini Pauli in hac Ciuitate Ephesi fuit Euãgelium Dei Nostri Omnipotentis

tentis diuulgatum, ac rece-
ptum,& in ea erant tūc mul-
ti Sancti,ac fideles in Christo
Iesu Domino nostro, ad quos
plures epistolas scripsit idem,
Diuinus Paulus, vt constat in
suis epistolis ad Ephesos, &
Act. Apostol. cap. 20. Prædi-
52 ctæquè † Amazonæ ceperūt
regnare ante aduentum Do-
mini nostri Iesu Christi 2246
annis habetur lib. 2. supplem.
fol. 15. colum. 1. Similiter &
53 prædictum regnum † Scytha
rum, eiusquè Gentes Scythas
sunt vetustiores omnibus po-
pulis Mundi, etiam Egiptia
nis, ex Throgo lib. 2 historiæ.
Volate. lib. 12. commenta. ea.
de Scythia fol. 130. colum. 1.
in fine. Vbi & dicit, quòd
54 olim Gètes † illius regni fue-
runt Græci appellati, & quòd
quàm plurimos reges cū suis
insignis exercitib. multoties
superauerūt, & quòd primus,
qui contra Amazonas bellū
intullit, fuit Vesores rex Aegy
pti, & quòd primum originē
habuerunt à Raxe fluuio Ar-
meniæ ex paruis initijs, &
quod Scytha fuit Primus Dux
earum fortissimus. Vbi & no-
minat plurima nomina earū.
tradit etiam Author ætatum
Mundi 2. ætate fol 18. colum.
1. & 2. & Author supplemen.
lib. 3. fol. 60. colum. 1. Ibiquè
affirmat, quòd Pantasilea re-
gina Amazonarum fuit, quæ
priùs vsa fuit, quòd naues Grę
corum concremaretur. Fue-
55 runtquè † hæc Amazonæ na-
turales Insulæ Schandianæ in
Mari Germaniæ sub Septen-
trione, aut secundum alios in
mari Anglico, vt copiosè re-
fert Ioa. de Acosta in d. 2. dia-
logo fol. 91. col. 2 post med.
& fol. 92. colum. 2. in fine.
56 Fuitquè tanta potētia † Ama-
zonarum fœminarum, quòd
magno exercitu venerunt in
partibus Bohemiæ, regnandi
cupiditate, & inibi habuerūt
per plures annos dominium
multarum terrarum. traditur
in chronica generali ætatum
Mundi 6. ætate fol. 229. colu.
2. Immò & maiorem partem
Europæ debellauerunt. refert
dominus meus Burgos de
Paz in prohemio ll. Tau. nu.
51. & Ioan. de Acosta in d. se-
cundo dialogo fol. 94. colum.
1. in principio. Vbi hic Aco-
sta fol. 93. col. 2. refert, vndè
habuerunt originē hæc Ama
zones. Vbi etiam fol 94. col.
57 2. in fine refert † quòd om-
nes Amazonæ fuerunt vi-
ctæ, & superatæ tempore quo
Troyana Ciuitas fuit destru-
cta.
Itē & decimo septimo Prin
58 cipalitèr in regno † Laze-

demonum obſeruatiſſimum
fuit, quòd iure ſanguinis de
patre in filium ſuccedebatur,
& non per electionem, ex
Plutarcho de viris illuſtribus.
in vita Lycurgij.ſequit. And.
Tiraquel.de primogen.quęſt.
40.num.2.& Gerard.de Mer
cato.in demonſtra.temp.pag.
52.habetur lib.4.ſupplemen.
fol. 74.colu.1.verſi. Agi pri
mogenito §. In contrarium
tamen videnda ſunt, quæ in
præſenti quæſtione 8. part.n.
24 deducemus in verſi. præ
terea Dux Spartanæ. In con
trarium verò aliqua dicemus
8. part. num. 26. Hoc enim
59 † regnum Lacedemonum
incepit anno Creationis Mũ
di 4120. & ante aduentum
Domini 1086.traditur lib.3.
ſupplemen fol. 72. colum.1.
Eorumquè Primus Dux fuit
Euriſteo. refert Author ſup
plemen.d.lib.3.fol.72. col. 1.
& Author chronicæ genera
lis ætatum Mundi 3. ætate.
fol.28.colum.2.& fol.40.col.
60 1.Vocatumquè fuit † hoc re
gnum Lacedemonum à prin
cipaliori Ciuitate eius, quæ
vocatur Lacedemonia (alias
dicta Laconia vrbs. traditur
in d.lib.3.ſupplemen.fol.prę
dicto 72.colum. 1.& in dicta
chronica generali ætatũ Mũ
di 3. ætate fol.28. colum. 2.
Calepin. in vltimo Dictiona
rio.verb. Laconia. Fundata
fuit à Lacedemone filio Iouis
vt habetur in aliquibus ex di
ctis Authoribus.Regnumquè
61 hoc † fuit poſtea ſubiectum
Spartanis, & ab eorum rege
ſuperatum. habetur in chro
nica ætatum Mundi 4.ætate.
fol.54.colum.2. in fine. De
62 Lacedemonijs legitur † (&
fuit res ſingulariſſima (quòd
olim prouiderunt in ſua Ci
uitate,quòd ex ea expelleren
tur omnes libri, continentes
parum verecundam,ac pudi
cam lectionem, noluerũtquè
in ea liberorum ſuorum ani
mos imbui, ne plus moribus
noceret, quàm ingenijs pro
deſſet,quod refert Valer. Ma
xim.lib.6.hiſtoriæ cap.exter
na.de Archilocho poeta. fol.
152.colum.2.vbi & ait, car
mina indecentia non eſſe per
miſſa, & poetam maximum
ex eadem cauſa in exiliũ mi
ſiſſe. Et vtinam inter Chri
ſtianos prohiberetur lectio
talium librorum. De Roma
nis etiam legitur, quòd nun
quàm voluerunt admittere
libros Magicos. habetur in
commento Valerij Maximi
fol. 11.col.1.

Præterea, & decimo octa
63 uo in † regno Macedonum
eidem conſuetudo obſeruatiſ

ſima fuit, vt in eo iure ſágui-
nis ſuccedebatur. refert Io-
ſeph.lib. 1 1.de antiqu.Iudaic.
cap.7.colum.fi. verſi. per idē
tempus, quod optimè proba-
tur lib. 1. Machabeo cap. 10.
verſi.quoniam reggreſſus, &
ſequen. Vbi referuntur hæc
verba Magni Alexandri re-
gis Mazedoniæ, in quadam
epiſtola per eũ miſſa ad Tho-
lomeum regem Aegyptiorũ.
Quoniam (inquit) regreſſus
ſum in regnum meum, & ſe-
di in ſedem patruum meorũ,
quod notat Paul.Oroſi. lib. 3.
ſuæ hiſtoriæ cap. 14. in prin-
cip. & ſequen. Et plures ſuc-
ceſſiones ſimiles regum Ma-
zedonum refert Solin.de me
morabilibus Mundi cap. 13.
fol.44.colum.2.Ioan.Bocacio
lib. 4. de la Cayda de Princi-
pes cap. 12. & Author chro-
nicæ generalis ætatum Mun-
di 4.ætate fol.54.colum. 1.in
fine, & Author ſupplemen.
chronica lib.4.fol.84.colum.
1.in fine,& lib.5.fol.114.col.
2.& lib.7.fol. 138. & ſequen-
tibus,& 145. colum. 2.& ſe-
quentibus, & 148. colum.2.
153.colum. 2. in fine, vbi &
dicitur,quòd vltimus rex Ma
zedonum fuit Perſeus, qui
Philippo ſuo patri ſucceſſit
64 in eodem regno † & quòd
hic Perſeus fuit ſuperatus à
Paulo Aemilio Romano, qui
eum ſecum duxit Romæ, &
quòd ex illo tempore ceſſauit
regnum illud Mazedonum,
& fuit ſubiectum Romanis.
refert plura in propoſito Io-
annes Bocatius in d.lib. 4. de
la Cayda de Principes cap.
12. & Volatera. lib. 8. com-
menta. cap. de Macedonia
fol. 94.Philippus enim ſequēs
intruſus rex Macedonum ef-
fectus etiam fuit imperator,
quo imperio obtento, regem
ſe terrarum omnium, ac Mũ-
di appellari iuſſit. traditur in
d.chronica ætatum Mundi 5.
ætate fol.74.pag.2.in fine, &
Philippus fuit Mazedonum
65 † regnum incæpit ann.Crea-
tionis Mundi 4387. & ante
aduentum Domini noſtri Ie-
66 ſu Chriſti 812. Et vocatum
fuit Mazedonia à Macedo
primo rege Mazedoniæ, qui
fuit filius Oſirides.habetur in
d.chronica ætatum Mundi 4
ætate fol. 54. colum. 1. & in
lib.4.ſupplemen.fol.84.colu.
1. Alphonſus Venero in En-
chiridion temporum fol. 59.
colum.2. Et hic Macedo fuit
nepos Deuchalionis,priùs ve-
rò dicebatur Aemathia.tradi-
tur in chronicà generali æta-
tum Mundi in 2.ætate.fol.14.
colum.1.Hoc regnum Mace-
67 donæ † fuit maximè amplia-

& sequentibus. Vnde dicit Pet. Comestor. in d. cap. 38. Genesis in fine fol. 16. quòd
20 † regnum Babyloniæ habuerunt, qui de semine Nembroth fuerũt, vsquè ad quartam Ciliadem, & vltimum Cusmidem. idẽ tenet Hect. Pinto in Esaiam cap. 39. pag. 322. in medio. Vbi expresè tenet, quòd imperium durauit, vsquè ad Babylonios per tempus 70. annorum, donec Cyrus, & Darius eos superauerunt, & vrbem illam penitus destruxerunt glo. in cap. si Paulus verb. descend. 32. quæst.
21 5. Babyloniæ hęc † Ciuitas fuit fundata à dicto Nembroth Gigante. habetur Genesis cap. 10. & 11. notat Paul. Orosi. lib. 2. historiæ tit. de regno Persarum in medio, & Ioannes Bocatius lib. 1. de la Cayda de Principes cap. 4. Cùm enim hic Nembroth iret aduersus Persas, reliquit hoc regnum Babyloniæ Belo eius filio. habetur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate fol. 17. pag. 2. Alij dicunt, quòd Merodach fuit primus Rex Babyloniæ, qui priùs fuit Rex Assyriorum. habetur in dicta chronica ætatum Mundi 4. ætate fol. 62. colum. 2. Post Diluuium verò generale hæc Ciuitas Babyloniæ fuit fundata anno 130. ex Euseb. lib. 9. de præparatione Euangelij cap. 4. Alphonso Ventro in d. Enchiridion temporum fol. 4. & 54. colum. 1. Vbi
22 & inquit, † quòd hoc regnum Babiloniæ fuit primũ regnum Mundi. Babilonica Ciuitas fuit caput populorum Caldeorum (gl. in cap. si Paulus verb. Chaldeorum 32. quæst. 5.) & propter eius excellentiam, & nobilitatem Assyria, & Mesopotamia denominatur Babylonia; & cuius magnitudinis sit Ciuitas hæc Babylonica, refert Solinus de memorabilibus Mundi cap. 69. in principio fol. 131. colum. 2. & Author chronicæ generalis ætatum Mundi in 2. ætate fol. 13. colum. 3. Plinius in Dictionario vltimo. verb. Babylon. Anto. Nebrisensis in vltimo Dictionario. verb. Babylon. quibus in locis ij vltimi Authores plura referunt de hac Ciuitate Babiloniæ. Nabuchodonosor Rex Babyloniæ, & Caldeorum, cum infinitó exercitu occupauit Sanctam Ciuitatem Hierusalem, & oppressit

Sede-

Sedechiam vltimum regem Hierusalem, occiditquè omnes Iudeos cuiuslibet ætatis, & sexus, exceptis aliquibus, & per 70. annos fuerunt Iudei capti in Babylonia. habetur in locis Diuinæ Scripturæ, citandis in 5. part. huius 2. quęstionis. n. 51. versi. Ioachim rege Iuda, & num. 52. versi. omnes isti reges, & dicemus in sequen. part. num. 14. De Babyloniæ Gentibus legitur, quòd medicis non vtuntur. notat Ioan. Rauisi. in textoris officina. pag. 293.

23 Duodecimò principaliter, & † in antiquissimo rege. Persarum, & in eorum imperio successum etiam fuit iure sãguinis de patre in filium, & in consanguineum proximiorem, & non per electionem, ex Platone lib. 5. tit. de natura hominis pagin. 25. colum. 2. versi. postquàm verò. Ioseph. lib. 11. de antiq. Iudaic. cap. 6. in princip. Paul. Orosi. lib. 2. historiæ. cap. 8. in fine. cum cap. sequen. Pet. Comestor. in historia Scholastica. tit. de historia Danielis. cap. 20. de Cambisse. & in tit. de historia Iudith. cap. 4. de Xerxe Ioan. Boem. lib. 2. de moribus omnium Gentium cap. 7. colum. 2. in princip. Volate. lib. 12. commenta. cap. de Persia. fol. 127. col. 1. & 2. & 128. col. 1. Ioan. Rauisi. in textoris officina pag. 330. Gerard. de Mercato. in demonstra. temp. pag. 56. in fi. 70. 92. 95. & 216. traditur in chronica generali ætatum Mundi 5. ætate. fol. 69. & lib. 5. supplemen. fol. 102. colum. 2. & sequen. 107. col. 1. 111. col. 1. & 117. col. 2. in princip. Couarru. lib. 4. varia. resolu. cap. 14. §. ex Metasthene per totum num. 6. & pleniùs ibi Couarru. §. ex Gręcis historicis per totum. post Ioan. Bocatium lib. 3. de la Cayda de Principes. cap. 6. in princip. vbi ait, quòd mortuo Daryo rege Persarum ei successit eius filius Xerxes potẽtissimus rex illius regni, vbi etiam cum cap. 7. sequenti. copiosè refert de infortunijs, & morte dicti regis Xerxes. Quin immo, & Persæ Gentes habent legem expræssam regni, vt in ipso regno filius succedat patri regi, ex Hærodoto lib. 7. historiæ. in principe. sequitur Gerard. de Mercato. in demonstra. temp. pag. 75. Idquè fuit à principio illius regni, ex Volate. in d. cap. de Persia. fol. 126. colum. 2. in fine. Hinc dicit Illesc. in 2. part. historiæ pontif. lib. 6. in vita Pauli 3. Papæ §. 2. in princip. fol. 350. quòd in regnis

Sophi.& præsertim in regno principali Persiæ succeditur iure sanguinis,& non per electionem. Licet frater Hieronym.Roman in republicis. lib.4.de republica Gentilica. cap.1.fol.2.colum.3.& fol.4. colum.1. dicat, quòd à principio Persæ eligebant reges. Vndè de Artaxerxe rege Persarum potentissimo legitur, in Diuina Scriptura, lib. 3. Esdræ. cap. 8. colum. 2. post medium,quod iubens augeri rex templi Domini dicebat, ne fortè exurgat ira Dei in regno regis, & filij, & filiorũ eius. quem locum Diuinæ Scripturæ, ad hoc refert Gerard.de Mercato. de demonstra.tempo.pag.78.De morte huius regis Artaxerxes.refert Ioan.Bocatius.in d.lib.3. cap.
24 19.Istudquè † regnum Persarum, & Medorum fuit antiquissimum, & eius Monarchia incepit in Dario, & Cyro nepote eius,anno Creationis Mundi 4640.& ante aduentum Domini 559. postquàm occiderunt regem Balthasar capta Babilone, & durauit,vsquè ad Daryum Vrsini,huius nominis 4.deuictum ab Alexandro Magno per successionem 14. regum Medorum,& Persarum,qui in Persia regnauerunt per tempus 254.annorum, vt copiosè refert Couarru.in d. cap. 14.§. ex Græcis historicis per totũ.
25 Quod finitum fuit † & captũ ab Alexandro Magno anno Creationis Mundi 4880. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 315. testè diuo Augusti.lib.12.de Ciuitate Dei, & beato Antonio Florentino 4. part. summæ. tit. 13.cap.4.§.1.colum.1.in fine Volate.lib.12.commenta.ca. de Persia.fol. 128. colum. 1. Gerard.de Mercato.in demõstra.tempo.pag.59.Couarru. lib.4.varia.resolu. cap. 14. §. ex Metasthene.num.6.per totum,&ibi §. ex Græcis historicis.num.6.in fine versi. Daryus Arsini. Tornamira in Cosmographia.pag.242. traditur in chronica generali ætatum Mundi 5. ætate. fol. 68.colum.2.& 69. colum. 1. & fol.75.& lib. 5. supplemen. fol. 119. colum. 2. Alphons. Venero in Enchiridion temporum.fol.60.colum.2. (vbi ait,quòd Cambises Secundus rex Persarum successit in locum Cyri eius patris) idem traditur lib.5.supplemen.fol. 101.colum.1.102.colum. 2. 110.colum.2.& 118.colum.2 & Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianæ religionis cap. 16.num.10.pag.112.

Dariusquè prædictus rex Per-
sarum fuit nepos Magni re-
gis Asueri mariti reginæ He-
ster.ex Alphonso Venero in
d. Enchiridion temporum.
fol. 150.colum. 2. versi. Ale-
xandro Magno. Regnumquè
hoc Persarum est vna de pro-
26 uintijs Asiæ maioris † nomi-
natûquè fuit sic à Persio Acri
sio rege Persarum nobilissi-
mo Græco,qui anno Creatio-
nis Mundi 3823. occupauit
prouintias,huius regni , ipse-
què inter aliàs singulares Ci-
uitates,huius regni ædificauit
Ciuitatem Persipuli, quam
constituit caput illius regni.
habetur lib.3.supplemen. fol.
47.& lib.5.fol.101.colum.1.
27 in fine. In hoc † Persarum
regno prædicauit Sanctum
Dei Euangeliū beatus Thom.
Apostolus Sanctissimus , &
beatus Simon, ac Iudas Tha-
deus, eius frater, qui ambo
fuerunt Apostoli Christi Do-
mini nostri, & ambo fratres
fuerunt in Persia martyrio
coronati.Illesc.in 1.part.histo.
pontif.lib.1.cap.3.de vita Di-
ui Petri, & aliorum Aposto-
lorum §. Thomas.fol.23.col.
3.in fine. & §.Simon. fol. 24.
28 colum. 3. Deniquè † & hoc
regnum Persarum trāslatum
& ad Mauros & Sarracenos.
& Turcas, vsquè in hodiernū
diem. Volate. lib. 12. com-
menta.cap.de Persia fol. 128.
colum. 2. & eod. lib.cap.de
Arabia fol.131. colum. 2. &
29 sequen. Primus rex † Sarra
cenorū fuit maledictus Ma-
homa,qui propè annum Do-
mini 630. (cuius impiissimā
vitam, & mortem nouissimè
refert Doctor Lorca Grana-
tensis de secta Mahometana.
fol. 3.& sequentibus plurib.)
qui eodem anno in totum su-
perauit Syroem regem Persa-
rum,& post eum Adeser eius
filium,& Hormisdam vltimū
regem Persarum, qui in totū
fundit illud regnum poten-
tissimum Persarum, & iure
hæreditario,& successionis il-
lud suis successoribus dein-
ceps reliquit.refert Couarru.
lib.4.variarum resolutionum
cap.18.num.7.per totum, &
Illesc.1.part.histo.pontif.lib.
4. cap. 6. de vita Honorij 1.
Papæ 71.§.relacion de las co-
sas de Mahoma fol. 136. col.
2.& eodem lib.4.cap 12.de
vita Vitaliani Papæ 78. fol.
143.colum.3.Et vndè dican-
tur Sarraceni refert Couarr.
lib.4.varia.resolu. cap. 9. per
totum post Roderi. Tolleta.
lib. 3.suæ historiæ cap. 17.

Decimò tertiò principali-
30 ter † & in regno Assyriorum
iure sanguinis successum fuit

de patre in filium, & non per electionem. Quorũ primus rex fuit Belo Nembroth, & post eum successit eius filius Nino, pluresquè similes successiones refert Author supplemen.lib.2. fol. 16. colum. 1.& lib.3. fol. 19. colu. 1.29. colum. 2. 32. colum. 2.34.col. 2.45.colum.1. 52. colum. 2. & lib.4.fol.67.colum. 2. 75. colum. 2. & fol. 91.colum.1. Vnde Iustinus historicus in Trogi Pompei historia lib.1. fol.2.in princip.ait,quòd primus omnium Ninus rex Assyriorum fuit tempore Abrahæ Patriarchæ, & post eum eius filij, & descendentes regnauerunt in eodem imperio per tempus 1300.annorũ donec eorum imperium, & regnum fuit translatum ad Medos. quod priùs dixit beatus Augustin.lib.4.aut 18. de Ciuitate Dei. cap. 12. Beatus Tho.lib.3. de regimine principis cap.12.colum. 1. in medio. Pet. Comestor. in histo. Scholasti. tit. de historia Danielis.cap.5.in principio. Alphonsus Guerrero in Thesauro Christianę religionis cap. 16.num. 10.pag.11.traditur lib.2.supplemen.fol.16.colu. 1.& lib.4.fol.83.colum. 2 & in chronica generali ætatum Mundi 2.ætate fol.17.pag.2. vbi fol. 20. colum. 2. dicitur

31 † quòd hic Ninus fuit, qui fundauit Ciuitatem Niniuẽ magnam valdè, nomini suo dedicans, & Calepin. in Dictionario vltimo. verb. Niniuæ. Vbi & ait, quod hæc Ciuitas Niniuæ fuit illa,quæ audiuit prædicationẽ Ionæ Prophetæ (de qua fit mentio Ionæ cap.3 Math c.12. & apud diuum Lucam cap. 11.) & quòd nunc est in totum debaltata, ex Haitono. lib. de Tartaris cap.11.Lucan.lib.1. Erat enim hæc Ciuitas Niniue ita magna valdè, quòd Ionæ d.cap.3.in principio dicitur, quòd erat itinere trium dierum. Et etiam in cap. 4. in fine. dicitur,quòd erant in ea plus, quàm centum Millia hominũm tempore, quo Ionas in ea penitentiam prædi-

32 cauit. Hic † rex. Ninus fuit primus rex Mundi,qui reges suos vicinos vicit, eis bella mouens, ex beato Isidor. lib. 18. Ethimologia cap. 1. in principio traditur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate fol.17.colum. 1. & fol. 20.colum.1.Regnumquè hoc

33 † Assyriorum fuit primum in Monarchijs, & secundum alios Authores incepit sub Saruch proauo Abrahæ,vel fortè à Nembroth, aut sàltem à

Nino, qui regnauit in Niniue (de quo nunc mentionem fecimus) & durauit vsquè ad Balthasar, qui sedem tenebat in Babilone, vbi interfectus fuit, vt constat Daniel. cap. 5. quod firmat beatus Anto. Florenti. 4. part. summę tit. 13. cap. 4. §. 1. colum. 1. & Paul. Orosi. lib. 1. historiæ. fol. 4. in fine, & fol. 7. cap. de regno Assyriorum. traditur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate fol. 17. colum.
34 2. Vltimus rex † Assyriorum fuit Sardanapalus, qui incepit regnare anno Creationis Mundi 4262. & ante aduentum Domini 843. fuitquè impijssimus, & malus Rex, refert copiosè Ioan. Bocati. lib. 2. Cayda de Principes. ca. 11. & 12. traditur lib. 4. supplemen. fol. 82. Alphonsus Guerrero in d. cap. 16. num. 10. pag. 111. Aut vltimus rex Assyriorum fuit Assaradone. lib. 4. supplemen. fol. 91. colu. 1. Nembroth secundum alios fuit fundator dicti regni Assyriorum. Tornamira in Cosmographia. pag. 241. vbi
35 & ait † quòd regnum istud Assyriorum eiusquè Monarchia incæpit anno 130. post Diluuium generale. Vel secundum Authorem supplementi lib. 2. fol. 16. colum. 1. regnum hoc Assyriorum incæpit anno Creationis Mundi 2980. & ante aduentum Domini nostri 2269. In re-
36 gno † isto Assyriorum habuit originem grauissimum illud crimen Idolatriæ in hũc modum, cùm enim Ninus prædictus Assyriorum rex valdè mestus esset de morte Beli sui patris regis Assyriorum, fecit in memoriam eius fieri quãdam statuam ad eius imaginem, quam publicè adorauit, & iussit, quòd qualiscunquè delinquens ad eam confugeret, statim liberationem consequeretur: quarè gentes Assyriorum inciperunt, eidem statuæ plura donna offerre idemquè fecerunt aliæ gentes in fauorem suorum parẽtum per diuersas nationes, & terras. habetur Daniel. cap. fi. & lib 2. supplemen. fol. 16. colu. 1. & 17. colum. 1. in fine. traditur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate. fol. 17. pag. 2. & fol. 20. colum. 2.
37 in fine. Regnum † què hoc Assyriorum est vna de prouincijs principalibus Asię. habetur in d. 2. ætate fol. 13. colum. 3. Vocatumquè fuit
38 hoc † regnum Assyriorum à Assur secundo filio Sem nepote Noæ. traditur eadem 2. ætate fol. 15. pag. 2. Vbi & ait,

quòd ab eo fuit fundata Ciuitas Niniue, cùm egrederetur de terra Sannaar, quod & refert Calepin. in Dictionario vltimo verb. Niniue in principio.

Decimo quarto principa-
39 liter in regno etiam † Syriæ successum etiam fuit iure sãguinis de patre in filium, & de consanguineo in consanguineum proximiorem, & nõ per electionem. habetur l.b. 4. Reg. cap. 13. in fine, vbi dicitur, quod illius regni Syriæ fuit rex Hazael, eoquè mortuo regnauit pro eo Benadad eius filius. Et in proprijs terminis, quòd in regno Syriæ succedatur iure sanguinis refert Pet. Comestor in histõ. Scholasti. tit de historia Hester. c. 10 de Saleuco fol. 171 & cap. sequentib. Gerard. de Mercatoræ. de demonstra. tempo pag. 9. & sequentibus 62. & 63. quibus in locis refert plures similes successiones delatas fuisse super hoc regno iure sanguinis. idem traditur lib. 7. supplemen. fol. 141. colum. 2. 145. colum 1. 147. colum. 1. & fol. 152. col. 2. 154. colum. 1. 156. colum. 2. & fol. 158. colum. 1. & in chronica generali ætatum Mundi 5. ætate fol. 78 col. 2. Quæ omnia procedunt, non solùm antequàm Alexander Magnus fuisset etiam rex Syriæ, sed postquàm fuit ipse Alexãder dominus regni Syriæ (qui tàm regnum Syriæ, quàm omnia alia sua regna diuisit tempore suæ mortis inter suos dilectissimos Principes.) Nam primus rex Syriæ post imperatorem Alexãdrum Magnum, fuit Nicanor (aliàs Seleucus) cui successit in eodem regno Anthiocus, eius filius, ex Alphonso Vénero in Enchiridion temporum fol. 61. colum. 2. Vltimusquè
40 † rex Syriæ fuit Philippus, qui fuit superatus à Gabino Consule Romano, cuius regnum tunc deuenit ad Romanos, & eorum potestatem, & finitum tunc fuit regnum illud, quod priùs durauerat per tempus 220. annorum. traditur in chronica generali ætatum Mundi. 5. ætate. fol. 87. colum. 2. in fine. & lib. 7. supplemen. fol. 163. colum. 2. Regnũquè hoc Syriæ est vna de prouintijs Asię d. lib. 7. supplemen. fol. 137. colum. 2. Quas contineat prouincias. habetur in d. chronica genetali ætatum Mundi 2. ætate fol. 13. colum. 3.

Verùm & decimo quinto
41 principaliter in regno † etiam Parthorũ succedebatur iure

sanguinis de patre in filium, & non per electionem. Quod verificari potest in pluribus successionibus, quarum meminit Author supplementi chronica. lib. 7. fol. 144. colu. 2. & 162. colum. 2. & lib. 15. fol. 436. colum. 1. in princip. & Ioan. Bocatio lib. 6. de la Cayda de Principes cap. 7.
42 Primusquè † rex Parthorum fuit Arsace, à quo omnes reges Parthorum eodem nomine fuerunt vocati. habetur in d. lib. 7. supplement. fol. 144. colum. 2. Parthorumquè regio est vna de prouintijs Asię traditur in d. chronica generali ætatum Mundi 2. ætate
43 fol. 13. colum. 2. In hoc † regno Parthorum Beati Thomas, & Philippus Sanctissimi Apostoli prædicauerunt Dei Euangelium. tradit Illesc. 1. parte histo. pontif. lib. 1. cap. 3 de vita Diui Petri, & aliorum Apostolorum §. Thomas fol. 23. colum. 3. & §. Philipp. fol. 24. colum. 1. Postea verò prope annum 664. Salutis nostrę Cæsaria regina Parthorum, cum eius marito, & cum infinitis suis Gentibus conuersi fuerunt ad fidem Sanctissimā Domini nostri Iesu Christi, & receperunt Sanctissimū Baptismum in Ciuitate Constantinopolitana tempore Vitaliani Papæ 78. & Constantini iniquissimi imperatoris illius imperij. latè hoc refert Illescas. 1. part. historiæ pontif lib. 4. cap. 12. de vita Vitaliani Papæ fol. 143. colum. 3. & sequenti.

Proindè & decimo sexto
44 principaliter † in regno Scytharum iure sanguinis de patre in filium succedebatur, ex Herodoto in historia. pag. 42 sequitur Gerard. de Mercatore in demonstratione temporum pag. 70. Ioan. de Acosta de guberno rectoris in 2. tracta. & in 2. dialogo fol. 94. colum. 2. Regnumquè hoc
45 † Scytharum est in terris Septentrionalibus, eiusquè gentes habuerūt originem à Magog nepote Noæ, ex beato August. lib. 18. de Ciuitat. Dei cap. 3. sequitur Author suppl. lib. 2. fol. 15. colum. 2. Volate. lib. 14. commenta. cap. de Scytia. fol. 130. colum. 2. Author chron. gener. ætat. Mundi 2. ætate fol. 17. pag. 2. vbi & ait, hoc regnum Scytharum esse antiquissimum, quod etiam,
46 ibi dixit fol. 18. In illo † regno Scytharum beatissimus Andreas Apostol. prędicauit Euāgelicā veritatē Domini nostri Iesu Christi. Illesc. 1. par. histo. pontif. lib. 1. ca. 3. de vita diui Petri, & aliorum Apostolo-

rum §. Andreas hermano. fol. 22. colum. 4. in fine. Post alios reges illius regni Scytharum
47 † peruenit hoc regnum ad reginas vulgo dictas Amazonas, à quibus per plures annos fuit possessum. Alphonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 61. colum. 1. & 2. & Author chronicæ generalis ætatum Mundi 2. ætate fol. 18. colum 2. Quibus in locis ij Authores dicũt, quòd fuit consuetudo vetustissima harum Amazonarum, quòd si parturiebant filium, necabant eum, si verò erat fœmina, scindebant eius mamillã dexteram, vt meliùs possent præliare, & quòd hac de cau-
48 sa † fuerunt Amazonæ appellatæ, à dictione à, quæ significat, idest, sine, & mazone, quę in nostro vulgari sermone significat. Teta. Volat. lib. 7. commenta. cap. de Sarmatia. fol. 84. colum. 2. idem habetur in d. 2. ætate fol. 18. colu. 2. & lib. 2. supplemẽn. fol. 15. colum. 2. Ioan. de Acosta in d. 2. dialogo. fol. 194. colum. 1. Inter Amazonas sẽper duæ solebant esse reginæ, quarum vna procedens cum exercitu contra hostes dimicabat, altera interim rempublicam gubernabat: traditur in d. 2. ætate fol. 19. colum. 3. Ioan. de Acosta in d. 2. dialogo fol. 94. colum. 1. Fueruntquè
49 Amazonæ † effectæ tam fortes, & bellatrices breui tempore, quòd magnam partem Asiæ ferè 100. annis dominio suo subiecerunt, & quòd inter ipsas nullum penitùs masculum viuere, vel morari aliqua ratione permisserunt, & quòd ex finitimis Gentibus maritos sobolis gratia elegerunt, ad quos statutis temporibus prolem concipiebant, & quòd completo tempore ad conceptionis officium constitutum, maritos à se excludebant, & reliqua verba, quæ refert Author. dicta chronicæ generalis ætatum Mundi 2. ætate fol. 19. colum. 3. & in 3. ætate, fol. 28. colum. 2. & Ioan. Acosta in d. dicto fol. 94. colum. 2. Vbi & ait hic
50 Acosta † quod hæc mulieres Amazone edificauerunt in Asiam illam magnam, atquè celeberrimam Ciuitatem vulgo dictam Epheso, quod scribit Strabo Iustinus, lib. 1. & Plinius lib. 1. historiæ, & copiosè Calepin. in Dictionario vltimo verbo, Ephesus in 1. & 2. Tempo-
51 re † enim Diuini Pauli in hac Ciuitate Ephesi fuit Euãgelium Dei Nostri Omnipo-

tentis diuulgatum, ac receptum, & in ea erant tūc multi Sancti, ac fideles in Chriſto Ieſu Domino noſtro, ad quos plures epiſtolas ſcripſit idem, Diuinus Paulus, vt conſtat in ſuis epiſtolis ad Epheſos, & Act. Apoſtol. cap. 20. Prædi-
52 ctaquè † Amazonæ ceperūt regnare ante aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti 2246 annis habetur lib. 2. ſupplem. fol. 15. colum. 1. Similiter &
53 prædictum regnum † Scytharum, eiuſquè Gentes Scythas ſunt vetuſtiores omnibus populis Mundi, etiam Egiptianis, ex Throgo lib. 2 hiſtoriæ. Volate. lib. 12. commenta. ea. de Scythia fol. 130. colum. 1. in fine: Vbi & dicit, quòd
54 olim Gētes † illius regni fuerunt Græci appellati, & quòd quàm plurimos reges cū ſuis inſignis exercitib. multoties ſuperauerūt, & quòd primus, qui contra Amazonas bellū intullit, fuit Veſores rex Aegypti, & quòd primum originē habuerunt à Raxe fluuio Armeniæ ex paruis initijs, & quod Scytha fuit Primus Dux earum fortiſſimus. Vbi & nominat plurima nomina earū. tradit etiam Author ætatum Mundi 2. ætate fol. 18 colum. 1. & 2. & Author ſupplemen. lib. 3. fol. 60. colum. 1. Ibiquè affirmat, quòd Pantaſilea regina Amazonarum fuit, quæ priùs vſa fuit, quòd naues Grçcorum concremaretur. Fue-
55 runtquè † hæc Amazonæ naturales Inſulæ Schandianæ in Mari Germaniæ ſub Septentrione, aut ſecundum alios in mari Anglico, vt copioſè refert Ioa. de Acoſta in d. 2. dialogo fol. 91. col. 2 poſt med. & fol. 92. colum. 2. in fine.
56 Fuitquè tanta potētia † Amazonarum fœminarum, quòd magno exercitu venerunt in partibus Bohemiæ, regnandi cupiditate, & inibi habuerūt per plures annos dominium multarum terrarum. traditur in chronica generali ætatum Mundi 6. ætate fol. 229. colu. 2. Immò & maiorem partem Europæ debellauerunt. refert dominus meus Burgos de Paz in prohemio il. Tau. nu. 51. & Ioan. de Acoſta in d. ſecundo dialogo fol. 94. colum. 1. in principio. Vbi hic Acoſta fol. 93. col. 2. refert, vndè habuerunt originē hæc Amazones. Vbi etiam fol. 94. col.
57 2. in fine refert † quòd omnes Amazonæ fuerunt victæ, & ſuperatæ tempore quo Troyana Ciuitas fuit deſtructa.

Itē & decimo ſeptimo Prin-
58 cipalitèr in regno † Laze-

ſima fuit, vt in eo iure ſãguinis ſuccedebatur. refert Ioſeph.lib. 11.de antiqu.Iudaic. cap.7.colum.ſi. verſi. per idẽ tempus, quod optimè probatur lib.1. Machabeo cap. 10. verſi.quoniam reggreſſus, & ſequen. Vbi referuntur hæc verba Magni Alexandri regis Mazedoniæ, in quadam epiſtola per eũ miſſa ad Tholomeum regem Aegyptiorũ. Quoniam (inquit) regreſſus ſum in regnum meum, & ſedi in ſedem patruum meorũ, quod notat Paul.Oroſi. lib.3. ſuæ hiſtoriæ cap.14. in princip. & ſequen. Et plures ſucceſſiones ſimiles regum Mazedonum refert Solin.de memorabilibus Mundi cap. 13. fol.44.colum.2.Ioan.Bocacio lib. 4. de la Cayda de Principes cap. 12. & Author chronicæ generalis ætatum Mundi 4.ætate fol.54.colum. 1.in fine, & Author ſupplemen. chronica lib.4.fol.84.colum. 1.in fine,& lib.5.fol.114.col. 2.& lib.7.fol.138. & ſequentibus,& 145. colum. 2.& ſequentibus, & 148. colum.2. 153.colum. 2.in fine, vbi & dicitur,quòd vltimus rex Mazedonum fuit Perſeus, qui Philippo ſuo patri ſucceſſit

64 in eodem regno † & quòd hic Perſeus fuit ſuperatus à Paulo Aemilio Romano, qui eum ſecum duxit Romæ, & quòd ex illo tempore ceſſauit regnum illud Mazedonum, & fuit ſubiectum Romanis. refert plura in propoſito Ioannes Bocatius in d.lib. 4. de la Cayda de Principes cap. 12. & Volatera. lib. 8. commenta. cap. de Macedonia fol.94.Philippus enim ſequẽs intruſus rex Macedonum effectus etiam fuit imperator, quo imperio obtento, regem ſe terrarum omnium, ac Mũdi appellari iuſſit. traditur in d.chronica ætatum Mundi 5. ætate fol.74.pag.2.in fine, & Philippus fuit Mazedonum

65 † regnum incæpit ann.Creationis Mundi 4387. & ante aduentum Domini noſtri Ie-

66 ſu Chriſti 812. Et † vocatum fuit Mazedonia à Macedo primo rege Mazedoniæ, qui fuit filius Oſirides.habetur in d.chronica ætatum Mundi 4 ætate fol. 54.colum. 1. & in lib.4.ſupplemen.fol.84.colu. 1. Alphonſus Venero in Enchiridion temporum fol. 59. colum.2. Et hic Macedo fuit nepos Deuchalionis,priùs verò dicebatur Aemathia.traditur in chronicâ generali ætatum Mundi in 2.ætate.fol.14. colum.1.Hoc regnum Mace-

67 donæ † fuit maximè amplia-

tum

tum tempore Alexandri Magni, qui fuit rex eiusdem regni, & quàm plura alia regna tàm conuicinia, quàm remotissima debellauit, & acquisiuit proprio Marte, & fuit primus rex, qui regnauit in Gręcia. habetur lib. 1. Machabeo. cap. 1. traditur copiosè in d. chronica ætatum Mundi 5.
68 ætate. fol 75. Durauitquè regnũ hoc Mazedoniæ per spatium 344. annorum, & ipsius regni fuerunt 39. reges, quos in particolari refert Author supplemen. lib. 7. fol. 156. col. 1. Alphons. Guerrero in Thesauro Christianæ religionis. cap. 16. num. 10. Beatissimus
69 † Paulus prædicauit Euangelium Domini nostri Iesu Christi in hoc regno Mazedoniæ. Act. Apostol. cap. 16. quod & affirmat idem deuotissimus Paul. atquè diuinus in epistola. 2. ad Corinthios cap. 9. Et etiam in eodem regno prædicauit Euangelium Domini Dei Nostri Beatus Mathias Apostolus ex Illesc. 1. part. historiæ pontif. lib. 1. cap. 3. de vita Diui Petri, & aliorum Apostolorum §. Mathias fol. 24. col. 4.

Decimo nono principali-
70 ter. Et in † regno Sicionum olim succedebatur iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. Cuius regni, quàm plurimas successiones refert Author supplemen. lib. 2. fol. 16. 19. colum. 2. & lib. 3. fol. 21. 29. colum. 1 47. colum. 1. 51. colum. 1. & priùs fol. 36. colum. 2. Primus
71 rex † Sicionum fuit Egilaus, qui in eodem regno cæpit regnare anno Creationis Mundi 3109. in quo regno fuerũt tantum 25. aut 26. reges, & regnauerunt plusquàm 960. annis. traditur in d. lib. 2. supplemen. fol. 16. colum. 2. & lib. 3. fol. 71. colum. 1. vbi hic Author particulariter refert nomina dictorum regũ. Vlti-
72 mus què rex eorum fuit Zeusipo, & ex quo decessit sine liberis, fuit hoc regnum finitum, ex Beato Augustin. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 20. sequitur Author supplemen. in d. lib. 3. fol. 67. colum. 2. & 71. colu. 1. Regnumquè hoc
73 † Sicionum sic fuit nominatum à Sicione 18. rege eorũ, nam antea vocabatur regnũ Egilai, à dicto Egilao primo rege eorum. habetur lib. 3. supplemen. fol. 48. colum. 2.
74 Fuitquè regnum † istud Sicionum sitũ in Achaya, prope Samariam. habetur lib. 2. supplemen. fol. 16. colum. 1. in fine, & lib. 4. fol. 78. colu. 2. post med.

Vigesimo principaliter in
75 regno † Argiborum successum etiam fuit iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem, refert Diuus Augustin. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 6. in princip. Gerard. de Mercatore in demonstr. tempo. pag. 31. habetur lib. 3. supplemen. fol. 23. 25. 28. 33. 39. 40. & 48. quibus in locis referuntur plures successiones iure sanguinis delatas fuisse de patre in filium. Etsi contrarium referat Hieronym. Romam. in republicis lib. 4. de republica Gentilica cap. 1. fol. 3. colum. 4. Regnumquè
76 hoc † Argiborum dicitur hodiè regnum Græcorũ, ex Alphonso Venero in Enchiridion temporum fol. 38. colu. 1. Incæpitquè hoc regnum Argiborum anno Creationis Mundi 3355. & ante aduentum Domini 1813 & durauit per tempus 544. annorum lib. 3. supplemen. fol. 23. & 50 colum. 2. Vbi & dicitur, quòd primus rex Argiborum fuit Inachus. Et post Inachum regem successit in eodem regno Phoroneus eius filius. eodem lib. 3. supplemen. in d. fol. 23. colum. 2. Vbi & refert Diuum Augusti. lib. 18 de Ciuitate Dei cap. 3. dicentem
77 quòd hic Phoroneus † fuit primus, qui leges dedit Græcis, & modum defendẽdi causas coram iudicibus. Inibiquè etiam Author supplemẽti refert, quòd ab isto Phoroneo dicitur forum, locus in quo causæ ventilantur. Quæ omnia refert Author chronicæ ætatum Mundi 3. ætate fol. 29. colum. 1. Finitumquè fuit
78 † hoc regnum Argiborum sub Acrisio vltimo rege eorũ. nam post eum fuit hoc regnũ Argiborum translatum anno ante aduentum Domini 1313 ad Mizenates, vbi fuit Agamenon rex Græcorum, ex diuo Augustino lib. 18. de Ciuitate Dei, quem sequitur Author supplemen. lib. 3. fol. 50. col. 2. in med.

Vigesimo primo in anti-
79 quissimo † regno Atheniensium eadem viget consuetudo, quòd in eorum regno iure sanguinis antiquitus succedebatur de patre in filium, & non per electionem, ex Gerardo de Mercatore. in demonstra. tempo. pag. 34. & sequentibus. Tornamira in Cosmographia pag. 264. in princip. traditur lib. 3. supplemen. fol. 44. 47. 51. 54. & 68. Vbi huius regni refert plures successiones iure sanguinis delatas. Huius regni Atheniensium fuit primus rex Cecropa, qui

inibi incæpit regnare Anno Creationis Mundi 3636. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1560. habetur lib. 3. supplemen. fol. 33. colum. 1. Vbi refert., quid significat hoc verbum Athenas, & quare sic appelletur. Athenas regnum fuit sic denominatum à Atho filia Granai. Secundi regis Atheniẽsium. habetur in d. lib. 3. supplemen. fol. 37. col. 1. Huius regni Atheniensium fuit rex Alcibiades preclarissimus, qui inter alias nationes superauit Lazedemonios. refert copiosè Ioan. Bocacius lib. 3. de la Cayda de los Principes cap. 13. Vltimus rex Atheniensium fuit Codro, & quia decessit
80 sine descendentibus fuit hoc regnum finitum anno Creationis Mundi 4124. & ante aduentum Domini 1706. & tantum fuerunt 17. reges, qui in hoc regno regnauerũt per tempus 487. annorum, vsquè ad mortem dicti Codri vltimi regis Athenensium, qui fuit mortuus à Peleponensibus eius inimicis sine descendentibus, quo tempore Athenienses eligerunt sibi in suũ ducem, & dominum Solonẽ hominem sapientissimũ. habetur lib. 3. supplemen. fol. 72 colum. 2. & sequentibus. In
81 hoc † autem regno Atheniẽsium Diuinus Paulus prædicauit Christi nostri Sanctissimum Euangelium. habetur Act. Apostol. cap. 17. Ciuitas hæc Atheniensis erat estans anno Domini 664. quia tunc nondùm erat destructa. refert Illesc. 1. part. historiæ pontif. lib. 4. cap. 12. de vita Vitaliani Papæ 78. fol. 143. colum. 4 in medio. Ciuitas hæc fuit olim fons, & mater Philosophorum, & Poetarum. habuit què reges præclarissimos. refert Ioan Bocati. lib. 3. Cayda de Principes cap. 10.

Vigesimo secundo principaliter prædicta consuetudo,
82 † quòd in regnis succedatur iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem, obseruata etiam fuit in regno Troyano. Cuius regni plures successiones, refert Author supplemen. lib. 3. fol. 47. 51. 54. & 62. Primusquè rex Tro
83 yæ † vocatus fuit Tros (aliàs Troyo) & ipse fuit, qui priùs edificauit Ciuitatem Troyanam, a quo dicta fuit Troya, quæ sita fuit, & edificata in Dardania, quæ est vna de Prouintijs Asiæ minoris, fuit què hæc Ciuitas dignior Mũdi, licet de eius situ in quo fuerit edificata ignoretur. traditur in chronica ætatũ Mũ-

di 2.

di 2.ætate fol.13.colum.4. & 5.ætate fol.36.lib.3.supplem. fol.47.colum. 2.in fine. Vbi
84 & ait † quòd hoc regnum Troyanū incepit anno Creationis Mundi 3830. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1359. Fuitquè prędicta Ciuitas Troyana penitùs destructa anno Creationis Mundi 4033. & ante aduentum Domini 1166. & ante ædificationē Sanctissimæ Ciuitatis Romanæ 430. & Græci in illo tempore inciperunt enumerare anno primo captiuitatis Troyanæ. traditur lib. 3.supplemen. fol. 61. & sequ. Et plura de destructione dictæ Ciuitatis refert Ioan. de Acosta in libris de guberno rectoris in 2. tracta. & 2.dialogo fol. 84. colum. 2. & sequentib. pluribus, & fol. 117. Huius Ciuitatis fuit rex Priamus, de cuius antiquissimo genere, & nobilitate refert plura Ioan. Bocaci. lib. 1. Cayda de Principes cap. 13.

Vigesimo tertiò principa-
85 liter in † regno, ac insula Candiæ olim successum fuit iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. habetur lib. 3. supplemen. fol. 18. 21. 29. & sequentib. & 46. Eiusquè primus rex fuit vocatus Demogorgono, cuius primus filius, & successor illius regni fuit Cresus, à quo totum hoc regnum eiusquè insula Cādia fuit vocata Creta, quod vulgariter significat Candia. habetur in d. lib. 3. supplemen. fol. 21. colu. 2. Illesc, 1. part. historiæ pontific. lib. 4. c. 36. de vita Eugenij 2. Papæ 101. Insula enim hæc Candiæ fuit caput regni Græcorum. Quod incæpit anno Creationis Mundi 3313. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1886. refert Author. supplem. lib. 3. fol. 21. col. 2.

Vigesimo quarto princi-
86 paliter in regno † Cypri obseruatissimum fuit à tempore antiquissimo, quòd in eo succedebatur iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem, vt dixit Nicodes rex illius regni, cuius nomine hoc dixit Socrates in sua oratione post principium. Licet à tempore antiquissimo gentes regni Cypri solebant reges eligere, ex Hieronymo Roman in republicis, lib. 4. de republica gentilica. cap. 1. fol. 4. Pluresquè successiones illius regni delatas postea fuisse iure sanguinis de patre in filium. refert Author supplemen. lib. 12. fol. 340. colum. 2 Vbi & ait, quòd hoc regnum

Cypri fuit possessum à Guido ne Lugsinano,& eius descendentibus per tempus 275.annorum,quod & affirmat, idē Author lib.15.fol. 408. colu. 1.Regnumquè hoc Cypri ab arbore, quæ est in eodem regno nomen accepit. traditur in chronica generali ætatum Mundi. 2.ætate. fol. 19. colu. 1.Olim dicta fuit Macaria. Calepin. in 2. Diction. verb. Cypri. Et à quibus gentibus, hoc regnum Cypri fuerit possessum. refert idem Author 3.ætate fol.38.colum.2.& sequentib. In hoc regno Cypri beatus Paulus,ac Diuus Barnabas Apostoli Dei prædicauerunt Christi nostri Sanctissimi Euangelium. habetur act. Apostol.cap. 10. in principio.

Vigesimo quinto principaliter in † regno Lydorum
87 per 535. annos successū fuit iure sanguinis,& non per electionem. traditur lib. 5.supplemen.fol. 100. colu. 2. Gerard. de Mercatore in demōstra. tempo. pagin. 36. post Ioan. Bocatium lib.2.Cayda de Principes cap. 19. Primus rex Lydorum fuit Ardisio,& vltimus vocabatur Creso; regnumquè eorum fuit finitū, & translatum ad Persas, eorumquè regnum tantùm durauit per tempus 230. annorum. traditur lib. 5. supplem. fol. 101. colum. 2. Regnūquè hoc Lydorum sic fuit vocatum à Lydio nepote Noæ filio Chus quarti filij Noæ.traditur chronica ætatum Mundi 2.ætate fol. 14.pag.2.Priùs verò vocabatur Meonia, & nunc appellatur Morea. Fuitquè regnum hoc multum insigne,& est vna de prouintijs Asiæ minoris, & vna de ciuitatibus principalioribus eius est ciuitas,quæ vocatur Ephesus, fuitquè postea hoc regnū à Persis subuersum. traditur in chronica ætatum Mundi. 4. ætate fol. 54. colum. 2. In proposito huius regni refert plura in proposito Calepinus in Dictionario vltimo. verb. Lydia,& sequentibus. Ciuitas prædicta Ephesus fuit fundata à Amazonis,vt in præsenti parte diximus num. 50.

Vigesimo sexto principa-
88 liter in regno † seu insula Ithacæ (quæ est in partibus Gretiæ) succedebatur olim iure sanguinis,& non per electionem. Nam in lib. 3.supplemen.fol.61. colum. 2. legitur, quòd anno Creationis Mundi. 4012. & ante Aduentum Domini 1186. successit in illo regno mortuo Laerte Rege illius Regni

Vlixes eius filius. Hæc enim Insula Ithacæ, ideò fuit sic nominata à dicto Vlixes, qui priùs nominabatur Ithaco. habetur in d.fol.61.colum.1. dicti lib.3.supplemen. Vbi & ait quòd hic Vlixes fuit, qui vicit Troyanos. Circa quam insulam Ithacam refert plura Plinius in vltimo Dictionario.verb. Ithaca, & sequentibus.

Proindè, & vigesimo septi
89 mo in regno † Armeniæ antiquitus succeſſum fuit iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem.. traditur lib. 15. supplemen. fol. 436. Vbi & dicitur, quòd hoc regnum Armeniæ est in partibus Mesopotaniæ. refert plura Plin. in Dictionario vltimo verbo Armenia. Regnum hoc Armeniæ est multis ab hinc annis occupatum per Turcas vt per quàm notorium est. Et in Ciuitate Albana, quæ est
90 maioris Armeniæ † Beatus Bartholomeus glorioso martyrio fuit coronatus, & antequàm martyrium paſſus eſſet prædicans Dei Euangelium Polenium (aliàs Palemoniũ) ipsius vrbis regem, & reginam cum duodecim Ciuitatibus ad Christum Dominũ nostrum conuertit. traditur in chronica generali ætatum Mundi 6. ætate fol. 105. colu. e. Illesc. 1. part. histo. pontif. lib. 1. cap. 3. de vita Diui Petri, & aliorum Apostolorum. §. Sant Bartholome. fol. 24. colum. 2. Præterea cùm in Dei Ecclesia Romana præsideret Ioannes 3. Papa anno Domini 571. & sequentibus, & tempore Iustiniani 2. impe
91 ratoris † publico decreto Armenij receperunt fidem Sanctiſſimam Domini nostri Iesu Christi, antea verò erant Idolatræ, & subditi dominio Cosdroes regis potentiſſimi Persarum. refert Illesc. in dicta 1. part. pontif. lib. 3. ca. 14. de vita Ioannis 3. Papæ 63. fol. 112. colum. 2.

Vigesimo octauo principa
92 liter etiam † in regno Phrygiæ succedebatur olim iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. Pluresquè similes succeſſiones, refert Author supplemen. lib. 3. fol. 50. & 52. Regnumquè
93 hoc † Phrygiæ sic nominatũ fuit à Phrygia Europis filia tradit Author chronicæ ætatum Mundi 2. ætate fol. 13. colu. 4. refert plura in proposito Calepinus in Dictionario vltimo verbo Phrigia, & sequentibus. De regno hoc Phrygiæ, legitur quòd anno Domini 1238. fuit in ipso

regno magnus terremotus repentè, quòd penè totum fuit submersum à maritimis fluctibus, in quo centum Millia hominum fuerunt demersa. traditur in d. chronica ætatũ. in 6. ætate. fol. 209. colum. 1.
94 in fine. In hoc enim † Phrygiæ regno prædicator ille veritatis Diuinus Paulus prædicauit Euangeliũ Christi Domini nostri. Act. Apostol. cap. 18. Etsi antea per frigiam per transiens permissu Diuino nõ prædicauit verbum Dei. habetur Act. Apostol. c. 16. Similiter etiam Diuus Philippus prædicauit fidem Catholicã in hoc regno Phrygiæ. refert Illesc. in d. cap. 3. de vita Diui Petri, & aliorum Apostolorũ. §. Philippo fol. 24. colum. 1. in fine. Midas rex Phrygiæ omnes reges sui temporis pecunia anteceßit, refert Plin. in vltimo. Dictionario. verbo Midas.
95 Vigesimo nono † in regno etiam Phyniciæ eodem iure sanguinis fuit succeßum de patre in filium, & non per electionem. traditur lib. 3. suppl. fol. 52.

Trigesimo & principaliter
96 in regno † Mizenæ fuit etiam succeßum iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. traditur in d. lib. 3. supplemen. fol. 51. & 59. Regnumquè hoc Mizenæ ideò sic vocatur à Mizena ninfa. habetur eodem lib. 3. supplemen. fol. 50. in fine. Huius regni fuit Rex Agamenon. de quo plura refert Ioan. Bocacius lib. 1. de la Cayda de Principes cap. 15.

Primo & trigesimo Prin-
97 cipaliter † in regno Corinthiorum iure sanguinis fuit succeßum de patre in filium, & non per electionem. traditur lib. 4. supplemen. fol. 85. colum. 2. Franciſc. de Tornamira in Cosmographia. pag.
98 264. Primus † rex huius regni fuit Alectes Græcus (famosissimus luctatur) ex Alphonso Venero in Enchiridion temporum fol. 61. colu. 1. tradit Author chronicæ generalis ætatum Mundi 3. ætate fol. 34. colum. 1. & fol. 40. colum. 1. Aut secundum alios Authores, fuit primus rex Corinthiorum Sisiphus latro. Volatera. lib. 9. commenta. cap. de Penepoleso. fol. 102. colu. 2. refert plura in proposito Calepino in vltimo Dictionario. verb. Corinthus, & sequ. Vltimusquè rex Corinthiorũ fuit Anthomene, filius Theleste. 12. regis Corinthiorum. traditur lib. 4. supplemen. fol.
99 85. colum. 2. Hoc enim † re-

gnum Corinthiorum incepit anno Creationis Mūdi 4120 & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1088. habetur lib. 3. supplemen. fol. 72 colum. 1. Alectesquè primus rex huius regni, & eius descēdentes regnauerunt vsquè ad quintam generationem, & vltimus eorum fuit expulsus à Bachide, qui in eodem regno regnauerunt per totidē successiones, ex Volatera. in d. cap. de Peloponeso. lib. 9. fol. 102. Et post dictum Anthoneme vltimum regē Corinthiorum, regnū illud fuit gubernatum per magistratus
100 † durauitquè hoc regnum Corinthiorum per tempus. 323. annorum. traditur lib. 3. supplemen. fol. 85. colum. 2. Principalisquè Ciuitas, huius
101 regni † & multum dignissima fuit Corinthio, in partibus Acayæ, quam populauit prædictus Sisiphus latro filius Eoli anno Creationis Mundi 3682. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1514 Secundum Eusebium. tradit Author chronicæ generalis ætatum Mundi 3. ætate. fol. 34. colum. 1. & Author suppl. fol. 35 colum. 1. lib. 3. Vbi & hic Author ait, quòd hæc Ciuitas fuit destructa, & reedificata à Corintho filio Orestis vocās eam suo nomine, quod etiam refert Calepin. in Dictionario vltimo verb. Corin-
102 thus. Regnum hoc † Corinthiorum recepit Domini nostri Iesu Christi Euangelium eiusquè Sanctissimum Euangelium ex Diuini Pauli prædicationibus, vt constat Act. Apostol. cap. 18. & in epistol. 1. & 2. ipsius Sanctissimi Apostoli, quas missit ad eosdem Corinthios, & refert etiam Author supplemen. lib. 3. fol. 35. colum. 1. & Author ætatū Mundi 3. ætate fol. 34. colum. 1. Vbi & ait, quòd hodiè hoc regnum Corinthiorum adiectum est imperio Turcarum.
103 Trigesimo secundo † in regno Cyreneorum succeditur etiam iure sanguinis de patre in filium; & non per electionem, & vltimus eorum Rex, qui fuit Tholomeus (aut secundum alios fuit Alexāder) regnum hoc in suo testamento reliquit Romanis. traditur lib. 7. supplemen. fol. 161. col. 1. Et quamobrem sic vocetur regnum, ac Ciuitas Cyrenæ, & alia plura in proposito refert Calepin. in Dictionario vltimo. verb. Cyrenæ, & sequentibus.

Trigesimo tertio principa
104 liter in regno † Samariæ olim reges iure sanguinis re-

gnauerunt,& non per electionem.habetur lib.4. Reg. cap. 10.& 15. notat Ioseph. lib. 9. de antiq.Iudaic. cap. 6. traditur lib.4. supplemen. fol. 85. colum.2.Hoc enim regnum Samariæ est Palestina, & eius principalis Ciuitas, vocatur Samaria,vbi communiter reges Israel tenuerunt sedem regni, & est vna de principalioribus Prouintijs Iudeæ, & est sita inter Iudeam, & Galileam. tradit Author chronicę ætatum Mundi in 2. ætate. fol. 13.colum. 3. Calepin. in Dictionario vltimo verb. Samaria in 1. & 2. vbi ad hoc refert Plin.lib. 5. cap. 13. In

105 hoc † regno Samariæ beatissimus Iacobus Maior Apostolus Christi dilectissimus prædicauit ipsius Euangeliũ Sanctissimum,& infinitas gẽtes ad eius Sanctissimam fidem conuersit.refert Illesc. 1. part.historiæ pontif.lib. 1. ca. 3. de vita Petri, & aliorum Apostolorum §. Iacobo hijo del Zebedeo.fol.23.colum.1. in medio. Etetiam in eodem regno Samariæ prædicauit fidem nostræ Sanctissimæ Religionis Beatus Philippus.habetur Act.Apostol.cap. 8. in principio. Quin immò, & ipse Saluator Dominus noster Iesus Christus prædicauit suũ Sanctissimum Euangelium in dicta Ciuitate Samariæ.habetur Ioan.cap.4.

Præterea & trigesimo quar

106 to in regno † filiorum Ammon legimus etiam, quòd in eo succedebatur de patre in filium iure sanguinis,& non per electionem. habetur lib. 2. Reg. cap. 10.in principio. nam ibi dicitur, quòd post Naam eorum regem, regnauit,Hannus filius eius.Prædictus Ammon fuit filius Manasses regis Hierusalem, & nepos Sãctissimi Ezechiæ regisHierusalem.habeturMath. cap. 1.& lib.2.Paralipo.ca. 33 in fine,& lib.4.Reg.cap.20.in fine.

Trigesimo quinto principaliter

107 in regno † Tyri iure sanguinis successum fuit de patre in filium, & nõ per electionem,ex Gerardo de Mercatore in demonstra. tempo. pagin.42. Hoc enim regnum Tyri est in Syria,& eius principalis Ciuitas vocatur Tyron quæ secũdum Eusebium fuit vocata antequàm templum Salomonis plusquàm 240.annis.traditur lib.3.supplemen. fol. 51.colum.2.in fine. Nam Salomon templum Domini edificare fecit anno 4. sui regni lib.3.Reg.cap. 6. & lib.2. Paralipo.cap. 3. & sequentib.

Cæpit-

Cæpitquè Salomon regnare anno Creationis Mũdi.4164 & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1155. traditur lib.4.supplemen.fol.74 colum. 2. Ex quibus deducẽdo quatuor annos, constat liquidissimè, quòd Salomon cæpit ædificare templum Domini anno Creationis Mundi 4168. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi. 1139. Prædictaquè Ciuitas Tyron hodiè vocatur Sandalium. refert Volat. lib. 11. cõmenta. cap. de Syria. fol. 121. colum. 2. post principium.

108 Trigesimo sexto † in regno Rusiæ etiam successum fuit olim iure sanguinis, & successionis, & non per electionem. Lauren. Surius in commentario rerum gestarum in Orbe ab anno 1550. vsquè ad annum 1568. pagin. 95. Hæc gentes Rusiæ tantùm habent ducem in superiorẽ, ex Ioan. Boemo de moribus omnium Gentium cap. 6. col. 5.

109 Trigesimo septimo † in regno Numidiæ successum fuit iure sanguinis de patre in filium, & non per electionẽm. traditur lib. 7. supplemen. fol. 159. Et quid Numidia significet refert Calepin. in Dictionario vltimo verb. Numidia.

110 Trigesimo octauo † in regno Caryæ fuit etiam successum iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. traditur lib. 5. supplemen. fol. 114. colum. 1. Vbi & ait, quòd hoc regnum Caryę est vna de prouintijs Asię minoris, sic nominata à Caryo, ex Plinio lib. 7. de naturali historia.

111 Trigesimo nono †, in regno etiam Attali, seu Pergami (quæ est in Asia) Calep. dictionario vltimo verb. Atali, successum etiam fuit iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. refert Author supplemen. lib. 7. fol. 158. col 2.

Quadragesimo principali-
112 ter, † filius in regno Antiochiæ succedit patri, & non per electionem. Iustinus in Trogi Pompei historia lib.
113 27. in principio. In hoc † verò regno Antiochiæ fuerunt primi Christiani; & illis primum nomen Christianorum exortum est. habetur Act. Apostol. cap. 11. in fine, & cap. 15. in fine cap. Sacrosancta Romana. in medio 22. distin. In regno hoc Antiochiæ legem Domini docuerũt Beatissimus Paulus, & beatus Barnabas, vt in cap. 13. & in d. cap. 15. propè finem, & c. 18. Act. Apostol. Illesc. 1. part. pontif.

lib. 1.cap. 3.de vita Diui Petri fol. 20.colum. 2.in fine. Diuinus Petrus Vicarius Domini nostri Iesu Christi, ac Prin-
114 ceps Apostolorum † fuit primus Episcopus Antiochiæ per tempus 7.annorum, in qua semper habitus fuit pro Summo Pontifice (cap. mutationes 7.quæst. 1.c. Sacrosancta Romana 22.distin.notat Volate.lib. 22.comment.fol. 248 colum. 2.post medium. Illesc. 1.part.histo.pontif. lib. 1.cap. 3.de vita Diui Petri,& aliorũ Apostolorum fol. 20. colu. 2. in fine)& post eum fuit septimus Episcopus ipsius Ciuitatis Antiochiæ Beatus Lucas Euãgelista, in qua scripsit librum actuum Apostolorum, in qua fuit celebratum vnum de primis Concilijs Christianorum. habetur lib. 6. supplemen.fol. 136.colum. 1.in fine & lib. 12. fol. 323. colum. 2. Quibus in locis etiam dicitur quòd hæc Ciuitas Antiochiæ fuit capta per Soldanum Babiloniæ anno Salutis nostræ. 1267. qui misit omnes eius naturales in exilium perpetuum, eamque suis gentibus populauit, & quòd illa Ciuitas fuit gubernata per Christianos per spatium mille annorum. Mazedones fuerunt fundatores huius Ciuitatis, & ab Authoribus antiquis qualiter fuerit vocata. refert Couarru. lib. 4. varia. resolu. cap. 7. per totum.

115 Quadragesimo primo in regno † Vulgarorum (quod est in partibus Orientalibus propè terras imperij Constãtinopolitani) olim succedebatur iure sanguinis, de patre in filium, & non per electionem, vt legitur de rege, qui in illo regno regnabat propè annum Domini 860. nam hic rex ad instantiam Innocentij 1. Papæ Sanctissimi, qui tunc præsidebat in Ecclesia Romana, licet antea fuerat Christianus, quia aliquas opiniones hæreticas tenebat, eis verè relictis, cõuersus fuit ad veram Dei nostri Iesu Christi fidem,& religionem,& statim relicto regno suo filio maiori, in cuius fauorem illud renunciauit, effectus fuit Monachus. refert Illesc. 1. par. histo. pontif. lib. 4. cap. 43. de vita Innocentij 1. Papæ 107. fol. 206. colum. 2. post med. cum sequ.

116 Quadragesimo secũdo † in imperio etiam Moscobitarũ successum fuit iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. Lauren. Suri. in commentario rerum gestarũ in Orbe ab anno 1550. vsque

ad annum 1568. pagi. 34. Hieronym. Roman in republicis lib. fi. de republica Septentrionali cap. 15. colu. 2. fol. 362. Vnde idem Lauren. Suri. in eod. commenta. pagi. 36. ait, quòd Baſilius primus rex Moſcobitarum vſurpauit ſibi titulum regium Moſcobitarum, cùm alij ante eum magni Duces dicti ſint: etſi pater eius totius Roſię ſe ſcripſerit dominum. Moſcobitarum regnum eſt propè regnũ Poloniæ, & gẽtes huius regni vocantur Moſcobitæ, ex nomine Fluuij Moſcobij. Volatera. lib. 7. commenta. cap. de rebus Vandalorum fol. 83. col. 1. Antiquitùs enim, quando hæc prouintia regebatur regibus, ipſi reges vocabãtur reges Roxalanorum. Volate. lib. 23. commenta. cap. Martianus in finalibus verbis fol. 277. col. 1.

117 Quadrageſimo tertio † in regno Mohabitarum hoc idẽ diſpoſitum eſt, & quòd in eo ſuccedatur iure ſanguinis, & nõ per electionem. refert Ioſeph. lib. 9. de antiq. Iudaic. cap. 3. colum. 2. verſi. nam ad quandam, & lib. 7. cap. 6. in princip. Mohabitarum gentes deſcendunt à Moab nepote Loth. traditur lib. 3. ſupplemen. fol. 20. colum. 2. Calepin. in Dictionario vltimo. verb. Moab.

118 Quadrageſimo quarto † in regno Saba reges ex ſucceſſione habentur. Ioãnnes Boemus lib. 2. de moribus omniũ gentium cap. 1. col. pe. Regnũ hoc Saba eſt regio Æthiopię, quod poſtea Cambiſſes res à ſororis ſuæ nomine Meroem nominauit, ex Ioſeph. quem ſequitur Calepin. in Dictionario vltimo verb. Saba. di-

119 cens etiam † quòd hoc verbum Saba Arabum lingua myſterium ſignificat, & quòd beatus Hieronym. autumat, conuerſionem ſonare, vbi hic Author verb. Saba in 2. aſſignat aliã huius vocabuli Saba ſignificationem. Huius re-

120 gni fuit regina Saba † quæ venit audire ſapientiam Salomonis, iuxta diuinas literas. lib. 3. Reg. cap. 10. Nam hæc regina Saba fuit regina regni Aegypti, & Aethiopæ, & Saba, ac etiam domina inſulæ Meroæ propè regnum Aethiopæ, aut Arabiæ: & olim hæc regina vocabatur Nicaula, fuitquè ſapientiſſima Prophetiſſa, & Sibilla,

121 † & nunciauit multa futura Regi Salomoni; & inter alia, dicitur de ea, quòd oſtendit Salomoni lignum Sanctiſſimæ Cru-

cis, in qno postea Christus Dominus noster passus fuit, quod copiosè refert Pet. Comestor in historia Scholastica, quod etiam tradit Author chronicæ generalis ætatum Mundi 4. ætate fol. 46. col. 2. & Author supplemen. chronica. fol. 76. colum. 1. lib. 4. quod etiam tenent alij Authores, quos sequitur latisſimè Ioan. Pineda. in 1. part. Monarchiæ Ecclesiasticæ. Regnumquè hoc Saba olim vocabatur Arabia, quæ est in partibus Asiæ. traditur in chronica ætatum Mundi 2. ætate fol. 13. col. 3.

122 Quadragesimo quinto † in regno etiam Medorum eodē iure sanguinis succeditur de patre in filium, & nō per electionem. habetur lib. 15. supplemen. fol. 436. col. 1. Couar. lib. 4. varia. resolu. cap. 14. §. ex Græcis, post Ioan. Becaciū lib. 2. de Cayda de Principes. cap. 16. Regnumquè hoc Medorum pluries fuit à diuersis regibus Mundi superatum, vt habetur lib. 3. supplemen. fol. 54. colu. 2. Vbi & inquit eius Author, quòd hoc regnum Medorum est in Asia mino-

123 ri † & fuit nūcupatum Media à Medo, qui ædificauit in terris eiusdem regni Ciuitatem nomine Mede, à qua totum regnum fuit vocatum Media, à qua Medi populi dicti sunt, ex Solino, & Iosepho, idem traditur in chronica generali ætatum Mundi 2. ætate fol. 13. colum. 3. Calepin. in Dictionario vltim. verb. Media. Estquè hoc regnum Me-

124 dorum † antiquissimum, nam incępit esse regnum anno Creationis Mundi 3970. & ante aduentum Domini. 1225. habetur lib. 3. supplemen fol. 54. colum. 2. In hoc

125 † regno Medorum beatus Thom. Apostolus prædicauit Christi Domini nostri Euangelium Sanctissimum. refert Illesc. in 1. part. histo. pontif. lib. 1. cap. 3. de vita Diui Petri & aliorum Apostolorum §. Thomas fol. 13. colum. 3. in fine. Medi fuerunt superbi, & crudeles permissione Diuina. habetur Esaiæ cap. 13. in fine, ibi, Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quęrant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos. interficient, & lactētibus vteri, nō miserebuntur, & super filios nō parcet oculus eorum idem etiā constat Ierem. c. 51

126 Quadragesimo sexto † in regno etiā Sychimorū iure sanguinis fuit succesſū. traditur in chron. gen. ætat. Mundi 3. ætate fol. 26. col. 1.

127 Quadragesimo septimo† in regno Cretæ iure sanguinis fuit successum. traditur in d. 3.ætate fol. 34.colum. 1. Regnum hoc Cretæ est quædã insula sita in medio Ponto centum vrbium fama clara, & vnde Creta dicatur. refert plura videnda Calepin.in vltimo Dictionario verb.Creta per totum. Vbi hic Author ait colu. 2.quòd nullum animal noxium est in Creta.

128 Quadragesimo octauo† in regno etiam Tartarorum eodem iure sanguinis succeditur de patre in filium, & non per electionem. Nam post magnum Taburlam primũ regem eorum, successerunt in dicto eius regno duo eius filij, ex expressa eiusdem Taburlanis dispositione. habetur in d.chronica ætatũ Mundi 6.ætate fol.237. colum. 1. & lib.14.supplemen.fol.397. colum.2.Et quid hodiè serue tur,videre licet,quæ adducemus in præsenti quæstione 8. part.num.20.versi.7. in imperio etiam Tartarorum.Re-
129 gnum enim † hoc Tartarorum antequàm fuisset Taborlanis, habuit initiũ in Dauid Persiano ab anno Salutis nostræ. 1230. traditur in d. 6. ætate fol.207.colum.2.& lib. 13.supplemen.fol. 342.col.2.

130 Quadragesimo nono † in regno Tremecẽsi succeditur iure sanguinis,& non per electionem.refert Ludoui. Marmol.in 2. part.chronicarum Affricæ lib.5.fol. 178.cap. de las conquistas,que vbo en diferentes tiempos,e nel Reyno de Tremezen.

131 Quinquagesimo† in regno etiam Tunesi succeditur iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. Lauren. Surius lib. de guberno regni lib.7.fol. 51.colum. 1. Illesc.in 2. part.histo. pontif. lib.6.in vita Pauli 3. §.1.fol. 347.colum.2.Ludouic. Marmol.in d.2.part. historiæ Affricæ lib.6.cap.17.fol. 247.& sequentibus. Hoc enim regnum Tunesi olim vocabatur regnum Carthaginensiũ, cuius rex primus fuit regina Dido,quæ fuit filia Beli regis Tyri, vt constat ex chronicis antiquissimis, & refert Alphonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 62. colum. 1. & Author chronicæ ætatum Mundi 3. ætate fol.40.colum.2. Alij dicunt, quòd Cosdroes Rex Persarum,qui fuit Gentilis, & paganus destrueret Ciuitatem Carthaginensem Anno Domini. 619.ciues illius ciuitatis fugerunt in Asiam,& am-

pliauerũt populum adeò minimum, qui nunc vocatur Tunez, in eoquè constituerũt suam regiam habitationem. Illesc. 1. part. histo. pontif. lib. 4. cap. 5. de vita Bonifatij 5. Papæ fol. 132. colum. 4. Alij dicunt, quòd Ciuitas Tuneti abest à Carthagine duodecim millia fermè passuum. Calepin. in Dictionario. vltimo verbo Tunetum. in fine.

132 Quinquagesimo primo t in regno etiã Coromandel (quod est propè regnum Preste Ioannis) iure sanguinis succeditur de patre in filium, & non per electionem, ex Ioanne de Mendoza post historiã regni Chinæ. in itinerario noui Orbis. In hoc enim Regno, fuit martyrizatus Beatus Thom. Apostolus Domini nostri Iesu Christi, quod refert frater Ioannes Gonzalez de Mendoza ordinis Diui Augustini in d. itinerario regni Chinæ, vltima parte fol. 233. cap. 24.

133 Quinquagesimo secũdo t in imperio Turcarũ à suo principio semper fuit successum iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem. ita passim Authores moderni tradunt, & Volate. lib. 7. commenta. cap. de rebus Turcarũ. fol. 87. traditur in chronica ætatum Mundi 6. ætate. fol. 228. colum. 1. & 256. colum. 2. & in lib. 13. supplemen. chronica. fol. 373. & lib. 15. fol. 438. & sequentib. Multumquè in hoc consideratur gratia, & voluntas Ianizerorum, vt in præsenti quæstione deducemus. 8. part. num. 22. versi. vbi idem Hieronymus. Eorumtquè imperiũ & regnum incæpit anno Domini nostri Iesu Christi 738. traditur in d. 6. ætate fol. 165. colum. 1. Volate. in dicto fol. 85. & Author supplemen. lib. 10. fol. 287. colum. 2. Illesc. in 1. part. historiæ pontif. lib. 4. cap. 29. de vita Stephani 2. Papæ. fol. 172. colum. 2. Tur-

134

135 ci t denominantur secundum aliquos, à Turco filio Troyli filij regis Pryami. Alij verò dicunt, eorum originem fuisse ex Scythia, vt habetur in chronica generali ætatum Mundi 3 ætate fol. 37. colum. 1. in fine, & in 6 ætate fol. 165. colum. 1. Calepin. in vltimo Dictionario verb. Turcæ. Proindè & Turcæ Ottomani, multa regna cum suis regibus superauerunt post annũ Domini nostri Iesu Chri-

136 sti 1342. & sunt vocati t Ottomani, ab Ottomano eorum primo Principe. de quo, &

suis descendentibus plura refert Author chronicę ætatum Mundi 6. ætate fol. 228. colu. 1. Et propè annum Domini 754. receperunt sectam maledicti Mahomiæ. refert Illesc. 1. part. histo. pontif. lib. 4. cap. 29. de vita Stephani 2. Papæ. 94. fol. 172. colum. 3. in principio.

137 Quinquagesimo tertiò † in Indijs Orientalibus succeditur etiam iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem, quod constat ex chronicis illarum Indiarum nostrique temporis, & tenet expræsse Ioan. Boem. lib. 2. de moribus omnium Gentium. cap. 8. colum. 3. in fine. Idquè maximè obseruatum fuit in regno Mexicano, vt constat in dictis chronicis, & refert Hieronym. Roman. in republicis. in republica Indiarum cap. 1. 2. & 3. Obseruatum idē etiam fuit in omnibus regnis Indiarum del Peru, vt materno, ac vulgari sermone vtar) in quibus etiam antiquitùs iure sanguinis succedebatur de patre in filium, & non per electionem, vt traditur in di-

138 ctis chronicis. India † ex eo dicta est ab Indo fluuio, ex Plinio lib. 6 cap. 40. & Calep. in Dictionario vltimò verbo indus. Indiæ Hispaniarum

139 † detectæ fuerunt primitèr ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 393. annis à Gentibus Gręcis Carthaginēsibus, & quæ tūc successerint. tradit Florian de Ocāpo. lib. 3. suæ historiæ cap. 20.

Quinquagesimo quarto, & Orientales illi, qui adhuc incogniti nobis erant, qui degunt in remotissima illa regione vulgo nuncupata la China, qui licet Idolatræ sint, nihilominus tamen in multis ratione vtuntur. Maximè

140 † cùm primogenitus regis illius Prouintiæ succedit in eodem regno iure sanguinis inueteratissima, & immemoriali consuetudine, & primogenito defficiēte, absquè prole, succedit in regno illo proximior ex sanguine regio, quod affirmat Bernard. de Escalante in discursu nauigationis, quam nostri Lusitani faciunt ad regiones Orientales (& maximè ibi differit de rebus magni regni Chinæ) cap. 12. in principio fol. 65. & Ioan. de Mendoza lib. 1. historiæ regni Chinæ. cap. 5. in principio. fol. 8 colum. 2. & lib. 3. cap. 1. fol. 45. & sequ. Quibus in locis hic Author ait, quòd à primo rege illius regni, vsquè ad præsentem Regem successerunt in illo

regno 243. rege iure sanguinis per tempus 2258. annorum, & quod primi fundatores illius regni fuerunt nepotes Noæ.

SVMMARIVM QVINTAE PARTIS
Huius
QVAESTIONIS SECVNDAE.

1 *Regno Hierusalem, & Iuda successum fuit iure sanguinis, & non per electionem, inter primos reges Hierusalem, & multis sequentibus.*

2 *Saul fuit electus in primum regem Hierusalem.*

3 *Dauid fuit unctus in regem Hierusalem mādato Dei nostri, & num. 5.*

4 *Dauid, quo tempore incapit regnare.*

6 *Dauid descendentes successerunt in regno Hierusalem, & Iuda iure sanguinis, et perpetua consuetudinis, & non per electionem, & seq.*

7 *Salomon filius Dauid successit in regno Hierusalem mortuo Dauid.*

8 *Salomon, quo tempore incapit regnare in Hierusalem.*

9 *Salomon, quo tempore incapit edificare templum Domini.*

10 *Roboam successit in regno Hierusalē mortuo Salomone eius patre.*

11 *Roboam, quo tempore capit regnare.*

12 *Regnum Israel fuit scissum in duo regna tempore Roboam regis Hierusalem, & nu. 13.*

13 *Ieroboam permissione Diuina occupauit regnum Israel.*

14 *Regnum Israel quando fuit finitum.*

15 *Abia successit in regno Iuda, mortuo Roboam filio Salomonis eius patre.*

16 *Abia quo tempore incepit regnare in regno Iuda.*

17 *Asa successit in regno Iuda mortuo Abia rege eius patre.*

18 *Asa quo tempore successit in regno Iuda.*

19 *Iosaphad successit in regno Iuda mortuo Asa eius patre.*

Iosa-

20 *Iosaphad, quo tempore incæpit regnare in regno Iuda.*
21 *Ioram (aliàs Ocozias) regnauit in Iuda mortuo Iosaphad eius patre.*
22 *Ioram, quo tempore incæpit regnare in regno Iuda.*
23 *Ochozias regnauit in regno Iuda mortuo Ioram eius patre.*
24 *Ochozias quandò incæpit regnare in regno Iuda.*
25 Regnum *Iuda fuit consequutū per Iehu, quo defuncto regnauit pro eo Ioachaz filius eius.*
26 *Ioachaz quo tempore incæpit regnare in regno Iuda.*
27 *Ioas regnauit in Iuda.*
28 *Ioas quo tempore sncæpit regnare in Iuda.*
29 *Amasias successit in regno Iuda, mortuo Ioas eius patre.*
30 *Amasias quo tempore incæpit regnare in Iuda.*
31 *Azarias successit in regno Iuda mortuo Amasia rege Iuda eius patre.*
32 *Azarias quo tempore incæpit regnare in regno Iuda.*
33 *Ioatham successit in regno Iuda mortuo Azarias eius patre, et etiam eius vita durante, propter Lepræ impedimentum.*
34 *Achaz successit in regno Iuda, mortuo Ioatham eius patre.*
35 *Achaz quo tempore incæpit regnare.*
36 *Ezechias mortuo Achaz eius patre successit in regno Iuda.*
37 *Ezechias quo tempore incæpit regnare in Iuda.*
38 *Manasses defuncto Ezechias eius patre successit in regno Iuda.*
36 *Manasses quandò incæpit regnare.*
40 *Ammon successit in regno Iuda mortuo Manasses eius patre.*
41 *Ammon quandò incæpit regnare.*
42 *Iosias successit in regno Iuda mortuo Ammon eius patre.*
43 *Iosias quandò incæpit regnare.*
44 *Ioachaz successit in regno Iuda mortuo Iosia eius patre.*
45 *Ioachaz quādò incæpit regnare*
46 *Eliachus regnauit in Iuda capto rege Iuda Ioachaz èius fratre in Ægyptum.*
47 *Eliachus quandò incæpit regnare in Iuda.*
48 *Ioachim successit in Iuda capto Eliachus eius patre in Babilonem.*
49 *Sedechias successit in regno Iuda capto in Babilonem* Ioachim *eius fratre.*
50 *Sedechias quandò incæpit regnare in Iuda.*
51 *Sedechias fuit vltimus rex Iuda et Hierusalem, & propter eius captiuitatem in Babiloniam, fuit in eo finitum regnū Iuda.*
52 Reges *Hierusalem, et Iuda ante Natiuitatem Domini no-*

stri Christi quot fuerunt , & per quot annos regnauerunt.

53 *Ethimologiam prædictorum regum Hierusalem, & Iuda. remissiuè.*

54 *Ieroboam filius Nabat successit in regno Israel, & in 10. tribus eius , quandò Oci mandato regnum Iuda fuit scissum.*

55 *Ieroboam quandò incæpit regnare in Israel.*

56 Nadab *successit in regno Israel mortuo Ieroboam eius patre.*

57 *Nadab quandò incæpit regnare in regno Israel.*

58 *Baasa occupauit regnum Israel in vita Nadab. Eoquè mortuo successit in eodem regno Ela eius filius.*

59 *Zambri occupauit regnũ Israel Et post septem dies fuit occisus, & omnis Israel constituit sibi in regem Amri num. 60.*

41 *Achab successit in regno Israel mortuo* Amri *eius patre.*

62 *Ieroboam occupauit regnum Israel , eoquè mortuo successit in eodem regno Zacharias eius filius.*

63 *Pontifices Iudeorum succedebãt in sua dignitate Pontificali iure sanguinis , & non per electionem.*

64 *Pontificalis dignitas antiqua Iudeorum fuit redacta ad regiam dignitatem . Et ibi, quæ personæ successerint in illa regia dignitate.*

65 *Hierusalem Ciuitas fuit capta à Romanis, cum eorum Dux fuisset Pompeus.*

66 *Imperator Octauianus fecit regem Hierusalem Herodem Ascalonitam .* Herodes *hic fuit alienigena , & non Iudeus num.67.*

68 *Iudeis fuit regnum sublatum paulo ante Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi . Et tunc fuit adimpleta Prophetia* Iacob.*n.69.*

70 Archelaus *successit in* Regno *Hierusalem mortuo Herode Ascalonita eius patre,et n.75*

71 *Herodes Antipa successit in regno Hierusalem remoto Archelao eius fratre per imperatorem Octauianum.*

72 *Agrippa Magnus successit in Hierusalem remoto Herode Antipa per imperatorem Gayum, & num.73.*

74 *Agrippa fuit vltimus rex Hierusalem , qui* Romanis *in suo testamento reliquit illud regnum .*

76 Regno *Hierusalem possesso iam per reges Christianos successiũ fuit iure sanguinis, & nõ per electionem, & sequentib. pluribus.*

77 *Hierusalem quandò fuerit occupata per Christianos. Et tũc eligerunt in suum primum regem Catholicum* Gotifredũ, *& seq.*

Bal-

79 *Balduinus Primus successit in regno Hierusalem mortuo Gotifredo eius fratre.*

80 *Balduinus Secundus succesfit in regno Hierusalem mortuo Balduino Primo eius frater patruelis.*

81 *Folchus successit in regno Hierusalem tanquàm gener Balduini 2. regis Hierusalem, mortuo dicto 2. Balduino.*

82 *Balduinus 3. succesfit in regno Hierusalem, mortuo Folcho eius patre.*

83 *Almericus succesfit in regno Hierusalem, mortuo Balduino 3. eius fratre.*

84 *Balduinus 4. succesfit in regno Hierusalem, mortuo Almerico eius patre.*

85 *Sibilla succesfit in regno Hierusalem, mortuo Balduino 4. eius frater ex eius expressa dispositione. Et dicta Sibilla contraxit matrimonium cum Guillermo Longaespada marchione Monferrat.*

86 *Guido Lusignano successit in regno Hierusalem ex persona Isabellæ Sororis Balduini 4. olim regis Hierusalem: Qui fuerunt vltimi reges Hierusalem, & superati à Saladino rege Aegypti anno Domini 1188 num. 87.*

88 *Guido Lusignano vltimus rex Hierusalem postquã fuit victus à Saladino renunciauit regnum* Hierusalem *in fauorem Ricaredi regis Angliæ, & sequentibus.*

90 Regni *Hierusalem acquæstus verè pertinet ad nostros Catholicos Hispaniarum reges, tanquam ad reges Siciliæ, & num. seq. plurib.*

91 *Regni acquæstus conseruatur, ex eo, quòd quis se vocat rex illius regni.*

92 *Papa concedere potest regi Catholico acquæstum regni existentis apud infideles, & nu. sequenti.*

93 Regnum *Hierusalem an pertinebat ad comitem Vienæ Ioãnem de Bregna.*

94 *Hierusalem Ciuitatem multi reges Christiani procurauerũt recuperare ab infidelibus.*

95 *Hierusalem antequàm destrueretur, fuit derelicta à Christianis*

96 *Hierusalem Ciuitas quamobrẽ sit sic nominata. Et plura in eius laudem.*

97 *Hierusalem Ciuitas quandò fuerit fundata.*

98 Hierusalem *Ciues, quandò fecerunt pacem cum* Romanis.

QVINTA PARS
Huius
QVAESTIONIS SECVNDAE.



D quintam verò partem deueniẽdo, dici
1 mus, † quòd etiam in populo Israeliti co, & Iuda, seu Hierusalem, fuit semper successum iure sanguinis de patre in filium, & in consanguiueum proximiorem vltimi regis, sine filijs decedentis; & non per electionem. Quod sic constat.

Postquàm enim Propheta
2 Samuel † mandato Domini Dei nostri vngit Saulem in primum regem filiorũ Israel ad ipsorum supplicationem (lib. 1. Reg. cap. 8. & 10. & Act. Apostol. cap. 13. in medio. Quod contingit anno Creationis Mundi 4098. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 1101. traditur lib. 3. supplemen. chroni. fol. 71. colum. 2.) Et quia ipse Saul fuit inobediẽs, & opere non impleuit mandata Domini (vt eodem lib. 1. reg. cap 9. & sequ. 15. & 28. notat beatus Anto. Florenti. 4. part. summæ tit. 3. §. 3. in fine. Beda in epistol. ad Rom. fol. 14 col. 2. habetur lib. 3. supplemen. fol. 91. colum. 2. in fine, cum
3 sequen.) Dauid fuit † vnctus in regem per eundem Prophetam mandato Dei, vt post mortem eius ipse Dauid regnaret in Iuda, & Israel, prout regnauit eo mortuo, & in regem fuit receptus per totum Israel. lib. 2. Reg. cap. 2. 5. & 7. & lib. 1. Paralipome. cap. 11. in princip. Act. Apostol. cap. 13. post medium notat Ioseph lib. 6. de antiq. Iudai. cap. 9. Author supp. lib. 4. fol. 73. col. 2. & sequen. Hieronym. Roman in repoblicis lib. 2. de re publica Hæbrea cap 1. col. 3.
4 fol. 42. Hic † enim Serenissimus rex Dauid incæpit regnare an. Creationis Mũdi 4130 & ante aduentũ Domini nostri Iesu Christi 1067. trad. d. lib. 4. supplemen. fol. 74. col. 1
5 Et postquàm † Dauid fuit receptus in regem, regnum, & domus Saulis semper venit in diminutionem, & regnum

Dauid in augmentum(lib. 2.
reg.cap.3.traditur in chroni-
ca generali ætatum Mundi 4
ætate fol. 47.col. 1.post Ioan-
nem Cocati.lib.2. Cayda de
Principes c. 1.) semper enim
6 † in dicto regno Israelitico,
& Iuda, seu Hierusalem post
Dauid regem, omnes eius de-
scendentes iure sanguinis, &
perpetuæ consuetudinis suc-
cesserunt de patre in filium,
& sic deinceps. Ex sequenti-
bus probatur.

7 Post Dauid Regem† sedit
super thronum eius Salomon
eius filius,& firmatum est re-
gnum eius nimis lib. 3. reg.
cap. 1. post med. cap. 3. & se-
quen. eod. lib.& lib. 1. Parali-
pome. cap. 23. in princip. &
29. in fine. Ioseph. lib. 7. de
antiq. Iudai. per totum. Al-
phonsus Venero in Enchiri-
dion tempo. fol 139. colum.
2. Author supplemen. lib. 4.
8 fol.74. Incepitquè regnare
Salomon anno Creationis Mū
di 4142. & ante aduentum
Domini nostri Iesu Christi.
1135. lib.4. supplemen. in d.
9 fol.74. colum. 1. Hic rex † Sa-
lomon 4. anno sui regni, &
anno 480. egressionis filiorū
Israel à terra Aegypti cæpit
ædificare templū Domini. li.
3. reg. c. 6. notat Gerar. de Mer
cat. in demon. temp pag. 43.

Mortuo Salomone regna-
10 uit † pro eo filius eius Roboā
in regno Israel. lib. 3. reg. cap.
11. lib. 2. Paralip. c. 9. in fine.
Ioseph. lib. 8. de antiq. Iudai.
c. 7. in fin. & 8. in princ. trad.
lib. 4. supplem. fol. 76. Hic rex
11 Roboam † incæpit regnare
anno Creationis Mūdi 4180
& ante aduentum Domini.
1034. habetur in d. lib. 4. sup-
plemen. fol. 76. col. 1. Alphōs.
Venero in Enchiridion tem-
porum fol. 59. col. col. 1. in fi.
Durante vita ipsius Roboam
propter eius multa,& grauis-
12 sima peccata regnum Israel
fuit scissum in duo regna, sci-
licet, in regnum Iuda, & in
regnū Israel, & apud Roboā
remanserunt duo tribus, scili-
cet, Iuda,& Beniamin. ref. do-
ctissimus Abulēs. super Math.
c. 1. q. 9. vers. Salomon non le-
gitur,& c. 14. q. 2. post princ.
Carol. Sigonius in hist. lib. 1.
pag. 172. & seq. Alphons. Ve-
nero in Enchir. temp. fol. 140
col. 1. habetur etiam in d. lib. 4
sup. fol. 78. col. 1. in fi. cū seq.
& copiosè Io. Boc. lib. 2. Cayda
de Princ. c. 4. per tot. Permis-
13 sioneq; Diuina Ieroboā filius
Nabat per vim occupauit re-
gnum Israel,& tāū Roboā,&
eius descēdētes possiderūt re-
gnū Iuda. li. 3. reg. c. 12. lib. 2.
Para. c. 10. Ioseph. li. 8. ant. Iud.

cap. 8. in princip. notat Hect. Pinto in Ezechiel. cap. 23. fol. 383. colum. 2. Regnumquè hoc Israel cõtinebat alias decem tribus, ex Abulen. super Math d. cap. 14 quæst. 2, Et ita fuit vterquè principatus regalis, & durauit sic longo tempore, scilicet, quousquè rex Israel Osee filius Hela, & decem tribus ei subiectæ trãslatæ fuerunt in Assyrios. habetur lib. 4. Reg. c. 17. Et tunc desijt esse regnum Israel, & solum mansit regnum Iuda ex Hæbreorum gente vsquè
14 ad captiuitatẽ Babilonis† quia tunc regnum Iuda similitèr desijt esse regnum, quia Iudeorum plurimi in Babilonẽ translati fuerunt, cæteri verò fugerunt in Aegyptum timore Caldeorum occiso Goliat. lib. 4. Reg. cap. 25. Hieremiæ. cap. 42. notat Ioseph. lib. 8. de antiq. Iudai. cap. 8. Et tunc remansit terra Iudeorum deserta, nullo habitante in ea per septuaginta annos lib. 2. Paralipo cap. 36. tradit plura in hoc proposito Abulensis super Math. in d. cap. 14. q. 2. per totam. idem diximus in 4 part. huius quæstionis 2. n. 22. 5. part. num. 51.

Defuncto Roboam filio
15 Salomonis † successit pro eo in regno Iuda Abia filius eius cap. 14. in fine, & cap. 15. lib. 3. Reg lib. 2. Paralipo cap. 12. in fine, & cap. 13. in princip. Alphonsus Venero in Enchiridion tempo. fol. 140. col. 1.
16 Incæpitquè Abia † regnare anno Creationis Mũdi 4224. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 975. habetur lib. 4. supplemen, fol. 77. colum. 1.

Post Abiam verò regem
17 Iuda † regnauit pro eo in eodẽ regno Iuda Asa filius eius lib. 3. Reg cap. 15. post principium lib. 2. Paralipo. cap. 14. in princip. notat Alphonsus Venero in d. Enchiridion fol. 77. colum. 1. Vbi, & ait,
18 quòd hic † Asa successit in regno Iuda anno Creationis Mundi 4236. & ante aduentum Domini 950.
19 Mortuo Asa rege Iuda † regnauit pro eo Iosaphad eius filius. lib. 3. reg. cap. 15. versi. verumtamen, & lib. 2. Paralipo. cap. 16. in fine, & 17. in principio notat Venero in d. Enchiridion. fol. 140. colum. 2. & Author supplemen. lib. 4. fol. 77. colum. 2. Vbi & in-
20 quit † quòd hic Iosaphat incæpit regnare in Iuda anno Creationis Mundi 4248. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi 931.

Iosaphad sepulto cum pa-

tribus

21 tribus suis † regnauit pro eo
in regno Iuda Ioram (aliàs
Ocozias) filius eius primoge-
nitus. lib. 2. Paralipo. cap. 21.
in principio notat Ioseph. lib.
9. de antiq. Iudai. cap. 3. col. 2.
versi. Iosaphat. & Author sup-
plemen. lib. 4. fol. 89. colum. 2
22 Vbi & inquit † quòd hic rex
Ioram successit in dicto re-
gno Iuda anno Creationis
Mundi 4290. & ante aduen-
tum Domini nostri Iesu Chri
sti 919.

Iorã occiso per Philistheos
23 regnauit pro eo in Iuda
Ochozias filius eius lib. 2. Pa-
ralipo. cap. 21. in fine, & cap.
22. in princip. & lib. 4. reg. ca.
8. in fine, & cap. 9. propè finẽ.
24 Hic † Ochozias incæpit re-
gnare in regno Hierusalem
anno Creationis Mũdi. 4298
& ante aduentum Domini
nostri Iesu Christi 907. tradi-
tur lib. 4. supplemen. fol. 90.
col 2.

25 Regnum autem Iuda fuit
consequutum per Iehu, & eo
defuncto regnauit pro eo Ioa
chaz filius eius lib. 4. reg. cap.
26 10. in fine. Hic † enim rex
Ioachaz cæpit regnare anno
Creationis Mundi 4338. &
ante aduentum Domini no-
stri Iesu Christi 879. habetur
lib. 4. supplemen. fol. 81. col.
2. Postea verò Iosabeath filia
regis Ioram, cùm homines
27 Israelitici † antea occidissent
prædictum regem Iehu in-
trusũ in regno Iuda, & Atha-
lia, mater Ochoziæ iussisset,
occidi omnes filios Ochoziæ,
ipso Iosabeath furata fuit Ioã
filium dicti regis Ochoziæ,
de medio fratrum interfecto
rum, post septem verò annos
ipsa Iosabeath congregatis
Zebitis de cũctis vrbibus Iu-
da, & principibus familiarũ
Israel, ex consilio Iojadis Sa-
cerdotis dixit ad eos, ecce fi-
lius regis regnauit, sicut lo-
quutus est Dominus super fi
lios Dauid. Tunc ipsi acce-
perunt in regem Iuda Ioas
filium dicti regis Ochoziæ,
qui priùs fuerat rex Iuda, &
ipso regno spoliatus. habetur
lib. 4. reg. cap. 11. lib. 2. Parali-
po. c. 22. & 23. notat Alphon-
sus Venero in Enchiridion
temporum fol. 144. Ioannes
Bocatius lib. 2. de la Cayda de
Principes cap. 7. & Author
supplemen. lib. 4. fol. 80. col. 2
dum ibi agit de vita dictæ
Athaliæ reginæ. Lætatusq;
fuit omnis populus terræ, &
ipsa Ciuitas Iudæorum nem-
pè Hierusalem conquieuit cũ
dicto Ioas, eo quod erat filius
sui antiqui regis Ochoziæ.
lib. 4. reg. c. 11. tradit Ioseph.
lib 9. de antiq. Iudai. cap. 7. &

doctissimus Abulensis super
Math.cap.1.quæst.9. versi.de
his regibus,& sequen. Cæpit
28 què Ioas regnare anno Crea
tionis Mundi 4346.& ante
aduentum Domini nostri Ie
su Christi 878.habetur lib.4.
supplemen.chron.fol. 82.
Et postquã memoria Ioas
regis Iuda in luctu iacebat
29 † regnauit pro eo Amsias fi
lius eius lib.4.reg.cap.14.in
princip.lib.2.Paralipo.ca.24.
in fine,& 25.in princip. no
tat Alphonsus Venero in d.
Enchiridion.fol. 144 colum.
30 2. Hic † Amasias rex cæpit
regnare anno Creationis Mũ
di 4347. & ante aduentum
Domini Nostri Iesu Christi.
853.traditur lib. 4. supplem.
fol.83.col.2.
Cùm fuit mortuus Ama
31 sias † regnauit pro eo in Iu
dá Azarias filius eius lib. 4.
reg.cap. 15.in princip. notat
Alphonsus Venero in d. eius
Enchiridion.fol.144. colum.
32 2.Hic enim † Azarias rex cæ
pit regnare in Hierusalem
anno Creationis Mũdi.4375.
& ante aduentũ Domini no
stri Iesu Christi 824.traditur
lib.4. supplem. fol. 84.& fol.
86.col.2.
Defuncto Azarias rege Iu
33 da † regnauit pro eo Ioathã
filius eius, & durante vita di
cti sui patris gubernauit re
gnum paternum, ex quo eius
pater erat plenus lepra lib. 4.
reg.cap. 15.post. princip. lib.
2.Paralipo.cap.26.in fine, &
27.in princip:refert Alphon
sus Venero in d.eius Enchiri
dion.fol.144.col.2.
34 Ioatham vita functus † re
gnauit pro eo in Iuda Achaz
filius eius lib.4.reg.cap. 15.in
fine,& 16.in principio lib. 2.
Paralipo.c. 27.in fine, & 28.
in princip. refert Ioseph. lib.
9.de antiq.Iudai. cap. 13. in
princip.Venero in d.fol. 144.
35 col.2.Hic † rex Achaz incæ
pit regnare anno Creationis
Mundi 4426. & ante aduen
tum Domini 773. habetur
lib.4.supplemen.fol.87.col.1
Postquàm de hoc seculo
36 migrauit Achaz † regnauit
pro eo Ezechias filius eius.
lib. 4. reg. cap. 16. in fine, &
18.in princip.lib.2. Paralipo.
cap. 28. & 29. notat Ioseph
lib.9.de antiq Iudai. cap. 13.
in fine. Venero in d. Enchir.
tempo.fol.145. colum. 1. Au
thor chronicę ætatum Mun
di 4.ætate fol.55.colu. 1. Hic
37 † Ezechias rex incæpit regna
re anno Creationis Mundi.
4458.& ante aduentum Do
mini nostri Iesu Christi 741
habetur lib.4.supplemen.fol.
89.col.2.

Ezechias ab humanis re-
38 ceſo † regnauit pro eo in Iu-
da Manaſſes filius eius lib. 4.
Reg.cap. 20. in fine, & lib. 2.
Paralipo.cap.32.in fine notat
Ioſeph.lib.10 de antiq. Iudai.
cap.4.in princip. Venero in
39 d.fol. 145.col.2. Hic † Manaſ-
ſes cæpit regnare anno Crea-
tionis Mundi 4487. & ante
aduentum Domini noſtri Ie-
ſu Chriſti 712.habetur lib.4.
ſupplemen.fol.92.col.1.

Poſtquàm decretam vitam
fuit profectus Manaſſes Rex
40 Hieruſalem † regnauit pro
eo Ammon eius filius lib. 4.
Reg cap. 21. propè finem lib.
2.Paralipo.cap.33.in fine.no-
tat Ioſeph lib. 10. de antiqu.
Iudaic.cap.5.in princip.Incę-
41 pitquè † regnare in Hieruſa-
lem hic Ammon anno Crea-
tionis Mundi 4542. & ante
aduentum Domini noſtri Ie-
ſu Chriſti 664.habetur lib.4.
ſupplemen.fol.93.col.2.

Defuncto Ammon rege Iu
42 da † regnauit pro eo Ioſias
filius eius lib.2.Paralipo.cap.
33.in fine lib.4.Reg. cap. 21.
43 in fine. Ioſias hic † incæpit
regnare in Hieruſalem anno
Creationis Mundi 4554. &
ante aduentum Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti 645.habetur
lib.4.ſupplemen.fol.93.col.2

Ioſia rege Inda defuncto
44 † regnauit pro eo Ioachaz
eius filius ſecundus lib.4.reg.
cap 23.propè finem lib.2.Pa-
ralipo.cap.35.in fine,& 36.in
princip.& lib.3.Eſdræ cap. 1.
in medio, notat Beatus Hie-
ronym.in Sophoniam cap. 1.
glo.verb. congregans colum.
45 1.in fine.Hic enim † Ioachaz
ſolum regnauit per ſpatium
trium menſium, & incæpit
regnare anno Creationis Mū
di 4585. & ante aduentum
Domini noſtri Ieſu Chriſti.
613.habetur lib.4.ſuppleme.
fol.95.col.2.

Ioachaz rege Iuda capto in
46 Aegyptum † regnauit pro eo
Eliachus (aliàs Ioachim)eius
frater maior lib. 4. Reg. cap.
24.in princip.lib.2 Paralipo.
cap. 36.in princip.lib.3.Eſdrę
cap. 1. in medio. Incæpitquè
47 † regnare Eliachus prædictus
anno Creationis Mūdi 4590.
& ante aduentū Domini 609
habetur lib.4 ſupplem.fol.95
col.2.

Eliachus (aliàs Ioachim)
rege Iuda capto in Babylonē
48 † regnauit pro eo Ioachim
eius filius lib.4.Reg.cap. 24.
poſt princip. lib. 2. Paralipo.
cap.36.propè medium.refert
Ioſeph lib.10.de antiq.Iudai.
cap.8.in fine.

Ioachim rege Iuda capto
49 in Babylonem regnauit pro

co Sedechias frater eius lib. 2. Paralipo. cap. 36. in med., lib. 4. Reg. cap. 24. in fine. Hieremiæ cap. 32. in princip. lib. 3. Esdræ. cap 1. propè finem. In-
50 cepitquè † regnare hic Sedechias in Iuda, & Hierusalem anno Creationis Mūdi 4598. & ante aduētum Domini nostri Iesu Christi 602. lib. 4. supplemen. fol. 96. col. 2. Hic
51 † Sedechias fuit vltimus Rex Iuda, & Hierusalem, & in eo finitum, fuit regnum Iuda propter captiuitatem Babylonis. Nam hic Sedechias, fuit oppressus, quandò totus populus translatus fuit per Nabuchodonosor, & Nabuzardam in Babylonem, præter pauperes agricolas, & vinitores, qui relicti sunt ad collendum terram sub principe Godolia. lib. 4. Reg. cap. 25. traditur lib. 4. supplemen. fol. 96. colum. 2. & fol. 99. colum. 1. & diximus in 4. part. huius 2. quæstionis in 22. Occisso autem Godolia per insidias, omnes recesserūt in Aegyptum timore Caldeorum. habetur Hieremiæ cap. 41. & sequen. notat Abulensis super Mathe. cap. 1. quæst. 13. propè finem. Post Sedechiam omnes alij reges inter Babylonis captiuitatem, & Domini nostri Iesu Christi Natiuitatem (qui natus fuit temporaliter de gloriosissima Virgine Maria Domina nostra, & aduocata Sanctissima Anno Creationis Mundi 5210. ex beato Isidero lib. 5. Ethimologia c. fi. §. sexta ætas in principio fol. 38.) fuerunt de stirpe Machabeorum, ex Abulēsi super Math. cap. 2. quęst. 18 propè medium, & iterum in cap. 14. quæst. 2. in med.

Omnes isti Reges (computando à Saule primo rege populi Israelitici: vsquè ad vltimum annum Sedechiæ vlti-
52 mi regis) regnauerunt † per spatium 515. annorum, vel quasi, prout generaliter, & particulariter resoluit doctissimus Episcopus Abulensis super Mathe. cap. 1. quæst. 14. in principio. Et hæc computatio est secundum veritatem Hæbream, quam in specie refert Hispanus Pet. Mexia in Cosmographia temporum in 1. tracta. 4. ætate fol. 42. Hierony. Romam in republicis lib. 2. de republica Hæbrea cap. 1. fol. 43. colum. 4. Etsi Pet. Mexia dicat in dicto loco, quòd talis computatio differt in duobus annis ab interpraetatione Græcorum, & sic, quòd tantùm regnauerunt 513. annis. Secundum verò interpraetationem 70. interpraetum, dicti reges re-

gnauerunt vltra dictos 513. annos, & eorum imperium durauit per alios 12. annos, vt inibi refert Pet.Mexia,quã vltimam interpretationẽ approbat Beatus Hieronym.in præfatione super Penthateuco. Et secundùm Ioseph. lib. 10.de antiq. Iudaic. cap. 10. colum.pe.versi.fuerunt auté dicti reges Hierusalẽ regnauerunt annis quingentis, & quatuordecim, & mensibus sex,diebusquè decem. Et idẽ Ioseph.lib.5.de antiqu. Iudai. cap.14.in fine.dicit,quòd per 21. generationes virorũ Dauid (qui regnauit in Hierusalem) suis filijs longo tempore relinquit principatum. notat plura in proposito beatus Hieronym.lib. 1.Oseæ. c. 1.verb.diebus Oziæ.colum.1 & 2. & copiosè Carol. Sigonius in historia Sacra lib. 1. pagin.142.vsquè ad 235.Legitur etiam lib.4.supplemen. fol.99. quòd regnum Hierusalem, & Iudeorum fuit finitum tempore Sedechiæ vltimi regis Hierusalem, quod fuerat gubernatum per 23. reges per tempus 485. annorum, & sex mensium, quod etiam refert Author chronicæ generalis ætatum Mundi. 4.ætate fol.53.colum.2.in fine. Vbi etiam inquit, quòd tunc regnum Israel fuit translatum in Assyrios, idem & refert Ioan.Bocatius in historia Cayda de Principes lib.2. cap. 14. & 15. & Author 4. ætate fol.63.colum. 1. Sepulchra antiquissima dictorum regnum Hierusalem, & Iuda sunt sita cum magna auctoritate in mõte quodam in quo Hieremias Propheta fecit penitentiam vnam millam propè Hierusalem.refert Pet. de Scobar Cabeza, de Vaca in Luzero terræ Sanctæ Canto 22. fol. 175. & sequentibus.

53 Ethimologiam etiam † nominum prædictorum regum Hierusalem populi Israelitici, & quid eorum nomina resonent. videre licet per Beatum Isidorum. lib. septimo Ethimologia cap. 6. per totum.

54 Postquàm enim † regnum Israel fuit scissum mandato Domini Dei nostri in duo regna (vt in præsenti parte diximus numer. 12.) successit primò in regno Israel & in 10. tribulus eius Ieroboam filius Nabat. lib. 3. Reg. cap. 12. & lib. 2. Paralipomenon. cap. 12. tradit Diuus Hieronym. lib. 1.Oseę cap. 1. verb. in diebus Ozię col. 1.in medio,& habetur in

chronica generali ætatũ Mũdi 4. ætate fol. 48. colum. 1. & lib. 4. ſupplemen. chronica. fol. 76. colum. 2. Vbi & ait,
55 † quòd hic Ieroboam ſucceſſit in regno Iſraelitico anno Creationis Mundi 4204. & ante aduentum Domini 992
56 Mortuo Ieroboam † ſucceſſit pro eo in regno Iſrael Nadab filius eius lib. 3. Reg. cap. 15. verſi. Nadab verò. traditur lib. 4. ſupplemen. fol. 79. colum. 2. dicens etiam ibi
57 † quòd hic Nadab ſucceſſit in dicto regno Iſrael Anno Creationis Mundi 4228. & ante aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti 941.

In vita dicti regis Nadab
58 occupauit † totum regnum Iſrael Baaſa Ahiæ. Defunctoquè Baaſa regnauit pro eo Ela filius eius. lib. 3. Reg. cap. 16. in principio lib. 2. Paralipomenon cap. 16. & 17. traditur lib. 4. ſupplemen. fol. 79. colum. 2. & 80 colu. 2. Quibus in locis dicitur, quando dicti reges inciperunt regnare.

59 Contra dictum † regem Ela inſurregit ſeruus eius Zambri, regnumquè eius occupauit, & cùm iſte Zambri regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſolium regis Ela, occidit omnem domum Baaſa nemine relicto. Ipſequè Zambri tantùm regnauit ſeptem diebus, & occiſo Zambri per exerci-
60 tum Iſraeliticum † omnis Iſrael fecit ſibi regem Amri. lib. 3. Reg. cap. 16. in medio.

Mortuo Amri regnauit pro
61 eo in Iſrael † Achab, filius eius, vt in d. cap. 16. lib. 3. Reg. in fine. traditur lib. 4. ſupplemen. fol. 80. colum. 2. & fol. ſequentibus, quibus in locis etiam dicitur, quo tempore ſupradicti reges cæperunt regnare.

Eiuſdem imperij Iſrael,
62 fuit rex Ieroboam† eo tamen mortuo regnauit pro eo Zacharias filius eius lib. 4. Reg. c. 14. in fine, & 15. poſt principium.

Fueruntquè etiam multæ aliæ ſucceſſiones regni Iſrael ſimiles ſupradictis, de quibus habetur lib. 4. Reg. c. 1. & copiosè Author ſupplem. lib. 4. fol. 81. & ſequentibus pluribus.

Similiter, & à tempore an-
63 tiquiſſimo † antea, quàm regnum Hieruſalẽ, & Hæbreorum finiretur, vt in præſenti parte deducemus numer. 74. verſi. hic Agrippa. Etiã inter Pontifices Iudeorum, ac Templi Dei, ſuccedebatur in illa dignitate Põtificali Hieruſalẽ

iure

iure ſanguinis de patre in filium,& non per electionem. habetur cap. 15. in medio, & c. 16. in principio lib. 1. Machabeo. quod in terminis refert Volate. lib. 11. comment. cap. de Cæloſiria Paleſtina. fol. 123. colum. 2. poſt mediũ. Pluresquè ſimiles ſucceſſiones Pontificales Hieruſalem Ciuitatis refert Author ſupplemen. lib. 3. fol. 40. 44. 72. colum. 1. & lib. 4. fol. 74. colu. 1. & 84. & lib. 6. fol. 103. in fine. 115 & 117. & lib. 7. fol. 138. & ſequen. 147. 150. 154 & 2. ſequentibus, & fol. 60. Idẽ habetur in chronica generali ætatum Mundi 5. ætate fol. 65. col. 2.

64 Quid plura? † & poſt generalem deſtructionem ſanctiſſimæ Ciuitatis Hieruſalem, cùm Hæbrei gubernarentur per pontifices, & non per reges (vt traditur in d. chronica ætatum Mundi 5. ætate. fol. 64.) Ariſtobolus Pontifex anno Creationis Mundi. 5107. & ante aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti 90. & anno 484. poſt liberationem Babilonicam, decreuit cum conſenſu Hæbreorum, reducere illam dignitatem Pontificatus Hieruſalem; ad regiã dignitatem: & hic Ariſtobolus fuit primus, qui incæpit in Hieruſalem portare coronam in capite. Et quia hic Ariſtobolus deceſſit ſine liberis; ſucceſſit in eius dignitate regia Alexander cognomento Ianeo. Poſt mortem verò dicti Alaxandri, quia filios ſuos odio habebat, noluit eis dictum regnum Hieruſalem, & Hæbreorum relinquere, ſed Alexandriæ eius chariſſimæ vxori. Hæc omnia refert Author chronicæ generalis ætatum Mundi 5. ætate fol. 88. colum. 2 & Author ſupplemen. lib. 7. fol. 160. & 164. Vbi & hic Author ſupplemen. ait, quòd poſt mortem dictæ Reginæ Iudeorum, nomine Alexandriæ, ſucceſſit in eius locum, Ariſtobolus eius filius, & dicti ſui mariti; licet poſtea Hircanus eius frater maior per vim fecit ſe regem Hieruſalem, & Iudeorum. habetur in dicta 5. ætate fol. 88. colum. 2. in medio, & lib. 7. ſupplemen. fol. 165. col. 2. Quibus in locis etiam

65 dicitur † quòd tempore huius Hircani, Sancta Ciuitas Hieruſalem fuit capta à Romanis, cùm eorum Dux fuiſſet Pompeus, & quòd ex illo tempore Iudei amiſſerunt regiam dignitatem, & fuerunt effecti ſubditi Ro-

manorum, vt diximus in 1. quæst huius commentarij. n. 53. & 56. & alibi sæpè habe-
66 tur. Post hæc autem † imperator Octauianus anno Creationis Mundi 5169. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi anno 31. fecit regē Hierusalem Hærodem, qui fuit vocatus Magnus Hærodes cognomento Ascalonita, fuitquè filius Antipatri Ydumei. Hic verò Hærodes fuit ille, qui in Hierusalem regnabat tempore Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, qui fecit occidere Sanctissimos Innocentes. habetur Math. c. 2. quòd priùs prędixerat Propheta Hieremias in cap. 31. ante medium. traditur lib. 7. supplemen. fol. 174. colum. 2. Platina in vitis Pontificum in prohæmio. col. 2. in med. Magna enim fuit seuitia dicti regis Hærodis, cùm pueros infātes Hærodes decapitari iussit, cogitans inter eos occidere Iesum Dominum vitæ cæli, & terræ, ex Diuo Math. in d. c. 2. circa, quòd refert plura singularia verba Diuus Aug. in 3. sermo de Innocentibus. Fuit ita magna Hærodis prędicta seuitia, quòd etiam fecit interficere vnum filium suum duorum annorū, quod refert Ioan Bocatius lib. 7. de la Cayda de Principes cap. 1. propè finem. Macrobius Saturnal. lib. 4. cap. 4. quem sequitur Illesc. 1. part. historiæ pontif. lib. 1. cap. 2. de vita Christi fol. 11. colum. 1. post mediū, quod priùs dixit Platina in d. prohæm. col. 2. in medio, & copiosè Ludo. Grana. in 1. part. symboli fidei c. 36. §. 2. fol. 161. & sequentibus, & 2. par. cap. 26. pag. 147. col.
67 2. Hærodes † hic non fuit Iudeus, sed alienigena, & exterus regni Hierusalem, & Iuda (& constat, quia fuit natus ex patre Idumeo, & matre Arabe, ita Platin. in d. prohæm. colum. 1. & copiosè Francisc. Suarez in disputatio 1. sectione 1. pag. 7. versi. quamobrē)
68 & quòd tunc propter † Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, quę erat proxima nominationis dicti Hærodis in regem Hierusalem, fuit sublatum regnum, & Sacerdotium Iudeis, (vt diximus in 1. q. huius commentarij num. 55 & sequen.) Quo tempore fuit impleta prophetia Iacob di-
69 centis † non auferetur sceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium Genesis ca. 49. Numero. cap. 24. Math. c. 2. refert Author chronicę ge-

neralis ætatum Mundi 5.ætate fol.90.colum. 1. & Author supplemen.lib.7.fol.177.col. 2.in principio, & nos etiam 1. quæst. huius commentarij num. 55. Et hac de causa, Hærodes prædictus cùm vidit reges Magos, quærentes Christum Dominum, valde timuit, ne ab eo auferetur regnum Hierusalem, & Iuda, ex Diuo Math.cap.2.refert Ioan. Bocatio lib.7. de la Cayda de Principes cap. 1. post mediũ, & Illesc.in 1.part.histor.pontif.lib.1.cap.2. de vita Christi fol.10.colum.3.post medium. Mortuo verò prædicto Hero-
70 de † successit in eodem regno Iudeorũ Archelaus eius filius.habetur Math.cap.2. in fine. Et post aliquos annos fuit hic Archelaus remotus propter aliqua delicta per dictum imperatorem Octauianum Augustum,& in eius locum subrogauit Hærodem
71 † Antipam eius fratrem(Hic enim Hærodes est ille scæleratissimus, qui tempore Passionis Domini N. Iesu Christi,eum cæsit, & remisit ad Pilatum, & qui fecit decapitari Beatissimum Ioannem Baptistam.habetur Math. ca. 14.Marc.6.Luc.3.9.& 23. & transumptiuè in cap.cùm iuramento de iure iuran.) tradit Ioan.Bocatio lib. 7. de la Cayda de Principes cap.1.idẽ habetur in lib. 8. supplemen. fol. 182. colu. 1.Remoto isto
72 † Hærode Gayus (aliàs Claudius) imperator in eius locũ nominauit pro rege Hierusalem Agrippam cognomento Magnum, filium Aristoboli olim regis Hierusalem, qui etiam fuit nepos ex fratre dicti Herodis vltimi regis eiusdem regni, post cuius mortẽ successit in eodẽ regno alius Agrippa eius filius minor. habetur lib.8.supplemen.fol. 187.colum.2.& sequentibus. Et quia prædictus Agrippa iunior filius dicti Agrippæ, erat valde iuuenis, idem imperator Claudius elegit in regem Hierusalem alium Hærodem tertium fratrem dicti Agrippæ, interim quòd dictus filius Agrippæ esset perfectæ ætatis ad regendum regnum Hierusalem. Post tres
73 verò annos † hic Agrippa Magnus decessit, & restituit regnum Hierusalem d.Agrippæ iuueni filio dicti Agrippæ Magni. habentur iam dicta in chronica generali ætatum Mundi 6.ætate fol. 97. col.1. ad finem,& lib.8.supplemen.
74 fol. 192. Hic Agrippa † rex Hierusalem, fuit vltimus rex Iudeorum, qui post generalẽ

destructioné Sanctissimæ Ciuitatis Hierusalem, factã temporibus Titi, & Vespasiani imperatorum decessit, in gratia Romanorum, quibus suo testamento reliquit regnum Hierusalem. Et hoc modo fuit finitum dictum regnum Iudeorum, & Hierusalem, quæ omnia copiosè refert Author supplem. lib. 8.fol.200.
75 colum.2. Verùm & † cũ prædictus Herodes (qui tempore Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi erat rex totius regni Iudeorum) moreretur, instituit prædictum Archelaum filium suum in regem, vt ei succederet in toto illo regno Iudeorũ: iussit tamen ne coronam regiam sibi imponeret, sed quòd à Romanis illam acciperet. quod refert Ioseph, quem sequitur doctissimus Episcopus Abulẽsis super Mathe. cap. 3. quæst. 48. per totam.

Post prædictas verò successiones antiquorum regum Iudeorum, & Hierusalem (de quibus in hac 5.parte copiosam mẽtionem fecimus) eos computando, tàm à rege Dauid, vsquè ad Sedechiam vltimum regem Iuda, qui captus fuit cum suis gentibus à rege Babiloniæ, & eius exercitu (vt in præsenti parte num. 51. etiam diximus) & à Hieroboam filio Nabat, vsquè ad Zachariam, & alios reges Israel eorum successores, vt diximus à num. 54. vsquè ad num. 62.) quàm etiam, computando reges Iudeorũ post generalem destructioné eorum, & Sanctissimæ Ciuitatis Hierusalem, & etiam ab eorũ liberatione à gentibus Babyloniæ: vt annotauimus in præsentiarum num. 64. & sequentibus. & eos etiam computãdo, à tempore quo ipsa Ciuitas Hierusalem fuit superata atquè destructa à Pompeo eiusquè exercitu Romano, imperantibus Tito, & Vespasiano; vt suprà copiosè deduximus nu. 65. & 74. sciendum est etiam (vt nihil ommittamus) quod cùm Sanctissima Ciuitas Hierusalem (vbi omnium gentium salus est orta) eiusquè regnum possideretur
76 à Christianis regibus, † successerunt etiam in eo tales reges Christiani iure sanguinis de patre in filium, seu in proximiorem consanguineũ vltimi regis, & non per electionem Magnatum nec gentiũ, & populorum ipsius Regni Hierusalem. Quod quidem obseruantissimum, fuit per tempus 88. annorum (incæperũtquè peregrinare in prin

cipio

cipio mensis Octobris Anni Domini Nostri Iesu Christi 1089. (aliàs anno 1099.) multi Principes fideles, & Ca-
77 tholici † & Sanctissimam Ciuitatem Hierusalẽ expugnauerunt in principio Iulij. anni eiusdem Domini 1090. infideles superando, & Christiani reges eorumquè gentes feliciter permissionequè Diuina possiderunt prædictá sanctissimam Ciuitatem Hierusalem, vt copiosè traditur lib. 12. supplemen. chronica. fol. 336. colum. 2. & Christianus Adrichomio in theatræ terrę Sanctæ 1. part. §. 1. pag. 149. & alij quos in præsentiarum citauimus num. 87. Et quid contingerit in illo Sãctissimo itinere, & ingressu ipsius Ciuitatis, & quando visitarunt Christiani loca sanctissima Domini nostri Iesu Christi. refert copiosè Author chronicæ generalis ætatum Mundi 6. ætate. fol. 195. colum. 2. & sequentibus) Idquè particulariter sic constat, & habet in se manifestissimam probationem. Nam cùm ipsius Sanctissimæ Ciuitatis Hierusalẽ fuisset rex Calipha princeps Turcarum, Papa Vrbanus ad instantiam Petri hæremitæ (natione Francus) & multorum Principum Christianorum, cum magno exercitu inuasserunt ipsam Ciuitatem Hierusalem, eamquè occupauerunt, qua sic iustissimè occupata, omnes Christiani vnanimes, & concordes (nec suffragia inniri oportuit)
78 eligerunt † in primum regẽ Christianum, illius sanctissimæ Ciuitatis Hierusalem, Gotifredum Bohonium, comitẽ Galetiæ, aut Vienæ (aliàs Ducem Lothiringiæ) quod cõtingit Anno Salutis nostræ. 1090. & sequen. (aliàs 1099) trad. chronica generali ætatum Mundi 6. ætate fol. 196. colum. 1. & lib. 12. supplem. fol. 323. colum. 1. Volate. lib. 11. commenta. Vrbano. cap. de Cælo Siria Palestina. fol. 124. colum. 2. post medium. Papiri. Maffonio lib. 3. annal. reg. Franciæ. pag. 221. & seq. & Christianus Adrichomio in theatro Terræ Sanctæ. 1. par. §. 1. pag. 149. Tantumquè prædictus Gotifredus regnauit per annum in dicto regno Hierusalem, vt traditur in dictis locis.

Mortuoquè dicto Gotifredo primo rege Christiano dictæ Sãctissimę Ciuitatis Hie-
79 rusalem † ei successit Balduinus (huius nominis 1.) eius frater Anno Domini. 1093. aut sequenti. refert Volate. in

d. fol.

d.fol. 124.colum. 2. in fine. traditur lib. 12. supplemen. fol. 314.colum. 1. Platina in vitis Pōtificum, in vita Pascalis 2. Papæ fol. 70. colum. 1. & Author chronicæ generalis ætatum Mundi 6. ætate fol. 96. colum. 1. Vbi & ait, quòd hic Balduinus interemit Calipham regem Aegypti, qui cum suis gentibus, & Sarracenis venerat ad recuperandam Sanctam Ciuitatem Hierusalem, eosquè superauit, & in suum fauorem vocauit Genuenses, & Venetos.

Defuncto Balduino Secundo rege Hierusalē anno Domini nostri Iesu Christi 1118
80 successit † in eius locum absquè vlla electione alius Balduinus (huius nominis 2.) frater patruelis dicti Balduini regis Secundi Hierusalem. Qui durante eius vita superauit plures reges contrarios, qui voluerunt debellare dictam Sanctam Ciuitatē Hierusalem, acquisiuitquè Ciuitatem Antiochiæ, quam regno suo adiecit. Decessitquè hic Balduinus sine liberis masculis, vnica tantùm filia relicta. traduntur hæc omnia in chronica generali ætatum Mundi 6. ætate fol. 198. col. 2. in fine Volatera. lib. 11. cōmenta. cap. de Cælo Syria Palestina fol. 124. colum. 2. in fine Author supplemen. lib. 12. fol. 326. col. 1.

Post Balduinum regē ter-
81 tium Hierusalem † successit in eodem regno, & Ciuitate Hierusalem Folchus Rex 4. qui contraxit matrimonium, cum dicta filia vnica d. Balduini regis 2. Christiani Hierusalem; incæpitquè regnare anno Salutis nostræ 1149. traditur in d. 6. ætate fol. 199. colum. 2. in medio. Platina in vita Cælestini 2. fol. 75. colum. 1. in fine. Volate. in d. fol. 124. colum. 2. in fine, & habetur lib. 12. supplemen. fol. 329. col. 1.

Folcho 4. rege Hierusalē
82 mortuo † successit in eodem regno Hierusalem sine vlla electione Balduinus eius filius huius nominis 3. Anno Salutis nostræ 1158. qui decessit sine liberis. traditur in d. 6. ætate fol. 199. colu. 1. ad finem, & lib. 12. supplemen. fol. 330. col. 1. in fine. Volate. d. fol. 124. colu. 2. in fine. Platina in vita Cælestini 2. fol. 75. col. 1. post med.

Et cum anno Domini nostri Iesu Christi 1166. decederet Balduinus 3. rex Christianus dictæ Sāctissimæ Ci-
83 uitatis Hierusalem † successit in eius locum absquè vlla

electione Almericus eius frater sextus Rex Hierusalē, qui quãuis fuit Rex prudens, fortis,& sapiens; nunquã accessit ad prudentiã, fortitudinem,& sapientiã fratris sui. Qui etiã ab inimicis fuit laudatus, & sic (vt omnes aiunt) ille suus acerrimus pugnator, & hostis Norãdinus fleuit die quo sciuit mortem eius; Eumque cũsui christianorum debellationē, ob temporis opportunitatem, quã tanti Ducis præbebat defectus suaderint: responsũ fecit hoc. Sinite eos lugere,& cõtristari; iustũ equidem est: optimũ enim regem perdiderũt. Tradit Volaterra. in d. cap. de Cœlo Syria. Palestina. fol. 125. col. 1. habetur in chronica generali ętatũ Mundi 6. ętate fol. 205. & lib. 12. supplemen. fol. 336. col. 2. & 337. col. 2. copiosè Illescas lib. 5. in vita Lucij 3. f. 221. pag. 2. Almericus verò quamuis strenuus,& insignis Dux, post aliqua aduersus Saladinũ, fama summoperè clarũ. infęliciter gesta; instãs Imperatori pro subsidio, decessit Constãtinopoli. Illescas in dicta vita Celestini 3. d. fol. 221. pag. 2. Volaterran. fol. 125. col. 1. in princ. & Authores sup. citati.

Mortuo dicto Almerico, suc-
84 cessit † Balduinus filius eius in Regno Hierusalem, sine vlla electione; & fuit 4. huius nominis, & Hierosolimitanorũ. Regũ 7. incępitq; regnare anno humanæ salutis 1164. traditur in chronica gen. ętatum Mundi 6. ętate fol. 207. col. 2. in medio, Volaterranus f. 126. col. 1. in fine, & habetur lib. 2. supp. fol. 329 col. 2. Hic continuis, & prolixis morbis opressus alia desideria, & virtutes quibus pfulgebat adimplere nõ valuit, attamen egrotãs, assiduis incursionibus excitatus, ad compescendũ aduersarij insolẽtiam cõpulsus, suis gentibus, licèt imparibus in Saladinũ eruppit, singularemq; victoriã crucis auxilio est ademptus. sed post mulios diuerso Marte successus, graui obstãte ęgritudine absquè filijs decessit Anno Domini 1184. traditur in dicta 6. ętate fol. 208. col. 1. in princ. & lib. 12. supp. fol. 37. col. 2. & 339. col. 1. Illescas in vita dicti Lucij 3. lib. 5. suæ Pontif. Historiæ c. 27. fol. 222. pag. 1.

Defuncto (& secundũ alios viuẽte) prędicto Balduino 4. Rege Hierusalē. Sibila soror
85 eius successit † in Regno fratri ex eius expssa dispositione traditur in dicta ętate f. 211. col. 1. in fine, & lib. 12. suppl. fol. 38. col. 1. & 340. col. 1. Vo-

laterr.fol 126.col.2.in princ. & hæc Sibila contraxit matrimonium cum Guillermo Lōgaspada Marchione Monferrat, cui peperit filiū nomine Balduinum; qui fuit 5.huius nominis, & in numero Regum Hierusalem: cuius vita immaturam ætatem nōdum conclusit. Et cū decessisset dictus Guillermus Marchio Monferrat; Secūdò ducta fuit vxor à Guydo Lusignano ex nobilissimo genere.

Qua de causa dictus Guido Lusignanus tanquam eius
86 maritus successit † in eodem Regno Hierosolimitano, &
87 fuit 9.& vltimus Rex † illius sanctissimæ Ciuitatis Hierusalem superatus à Saladino Rege Aegypti Anno Dominicæ Natiuitatis 1188. traduntur hæc omnia in chronica generali ætatum Mundi 6. ætate fol.220. colum.1.in princ. & lib. 12. supplem.fol. 40.col. 2. in medio. Illescas lib. 5. suæ hist. Pontificalis in vita Vrbani 3. Volaterr. fol. 130.col.2.in fine.

88 Guidus Lusignanus † verò vltimus Rex Hierusalem post quam à Saladino fuit deuictus renuntiauit Regnū Hierusalem in fauorem Recaredi Regis Angliæ.

Cuius renunciationis fit mentio lib. 12. supplement. fol. 339. colum. 2. in princ.& idem refert Volate.lib.3.com menta. c.de populis,ac Regibus Britaniæ varijs fol. 28. col. 1. ad finem. Sed re vera
89 † regnum illud Hierusalem minimè pertinet ad Regem Angliæ, tanquàm cessionariū dicti Guidonis Lusignani, nisi ipse suis expensis, & diligentia illud regnum nouiter acquisierit, recuperauerit quē à Turcis nostris inimicis, in cuius potestate de præsenti est per violentiam, & tyrannidem: nec hoc casu habet locum remediū postliminij, si quidem Christiani quorum tunc illud regnum Hierusalem erat, fuerunt armis deuicti à dicto Saladino infideli, & suis gentibus. ex tex. notab. in proposito in l. postliminio carent.ff.de capt. & postlim. reuer. cuius hæc sunt verba, postliminio carēt, qui armis victi hostibus se dederunt. traditur in l. si captiuus. §. expulsis. ff. eod. tit. faciūt tradita per Greg. Lup. in l.32.verb.por su culpa.col. 1.tit.18.parti.2. facit tex in l. 1.§.item in bello capta.ff.de acquir. possess. & l. rem quæ nobis. in princ. ff. eodem tit. & quę habentur Genesis cap.

14.

14.versi.itaquè rex Sodomorum, cum multis sequentib. & lib. 1. Reg. cap. 14. in medio,& cap. 30.post medium. Maximè cùm multis ab hinc annis reges Angliæ sunt infideles,& hæretici,quarè nullo modo eis competere potest conquæsta ad recuperandum regnum Hierusalem possessum à Turcis, cùm non sint contra eos, sed contra Catholicos,ex tex.in cap.dispar. 23. quæst.8.Oldrad.consil.72.sequitur Greg. Lup. in d. l. 32. tit. 18.parti.2.verb.en la conquista.colum.2.in fine. Nam vt ait tex.notab.in c. qui contra 24.quæst. 1. Qui contra (inquit) Ecclesiæ pacem sũt, si dignitatem, aut cingulum militię habent,nudentur eis. Vnde Dauid in Psalm. 108. post princip.sic ait, fiant dies eius pauci,& Episcopatũ eius accipiat alter. eadem verba habentur Act. Apostol.cap. 1. propè finem. Hinc tex.in ca. vbi sana.in princip.24.quęst. 1.hæc verba ponit, vbi sana fides non est,non potest esse iustitia. Nam vt dixit Diuinus Dominus Math. cap. 21. in fine. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam, quæ verba habentur transumptiuè in c. si de rebus 23.quæst. 7. Omnia enim,quæ hęretici habuerint,& possiderint, debent ab eis aufferri,ne contra Sanctissimam Ecclesiam Romanam vires habeant, vt habetur per totã 23.q.7.& tex.in c.si vos& in c.si propterea 23.q.5.Quę ex plurib.similib. confirmari

90 possunt.Solùm enim pertinet conquæsta regni Hierusalem regibus nostris Catholicis Hispaniarum supræmis dominis nostris, tanquàm veris regibus regni Siciliæ, iuxtà concessionem Summorum Pontificum Romanorum,& præsertim Clementis IV. Papæ, qui paulò post annum Domini nostri Iesu Christi 1268. aut anno 1274 creauit,atquè pronunciauit Carolum regẽ Siciliæ,Pullę,& Calabriæ (fratrem Beati Ludouici Regis Franciæ) ac Ducem Andegauiensem, in regem Hierusalem, quod referunt Author supplemen.chronicarum Volateran.& Platina in locis iam à nobis recensitis in 3. partę, huius secundę quæstionis num. 90. & 91. Idem tenet Author chronicæ ætatum Mundi 6. ętate.fol. 215. col. 2. Quin, & Papa Innocentius Secundus statim, post Annum 1126. propter seruitia,atquè benemerita creauit Rogerium Magnũ regem

Siciliæ,Pullæ,&Calabriæ in regem vtriusquè Siciliæ, vt etiam annotauimus in d. 3. part.num.82.Ex qua creatione regis competunt omnia iura regalia prædictis regibus Siciliæ,Pullæ,& Calabriç ad regnū Hierusalem, & suis successoribus,ex inibi à nobis citatis num.89.ante versicul. postquàm enim. Ex quibus concessionibus reges Siciliæ semper se vocaberunt reges etiam Hierusalem,& vtriusq; Siciliæ,vsquè in hodiernum diem, vt per quàm notissimū est omnibus. Ex qua vocatione,& nominatione regum Hierusalem; & vtriusquè Si-
91 ciliæ † reges Siciliæ,Pullæ,& Calabriæ,acetiam regni Nea politani sibi conseruauerunt ius conquæstæ ad dictum regnum Hierusalem, vt in terminis similis nominationis regalis. tenet Bal.consil. 271. casus consilij in princip. lib. 1.Roderic.Suar.in l.quoniam in prioribus in 2. dubio comitatus Valentiæ colum. 1. versi.secundò etiam C.de inoffi.testamen.Multum enim
92 † Papæ concesio in his operatur. iuxtà notata per Bart. in tracta.de insula. super parte.nullius colum.2.& 3.& per eundem Bart.in l.liber homo ff.de verb.obliga.& in l. fi. ff. de act. empt. cum similibus quorum meminit Greg.Lup. in l.32.verb. en la conquista. colum. 1.& 2.tit. 18.parti. 2. Vbi colum. 2. hoc inter alia suadet, quia Sanctissimus Papa est Vicarius Christi, cui omnia sunt subdita. Et in proprijs terminis hoc suadetur, quia Christianis bellum licitum est contra infideles, quod potiùs tendit in charitatem, quàm ad gloriam, scilicèt vt eos reducant ad fidē. Notat copiosè Alphons.Guerrero in Thesauro Christianæ religionis cap.41.de bello iusto.num.11.pag.358.& sequ. Vbi num.13.hic Author ait, quòd hodiè non est iurisdictio,nec dominium, nec honor,nec potestas penes infideles,nam per aduentum Christi translata sunt in Christianos,ex tex.in cap. si de rebus 23.quæst.7.& alijs, ibi per eū citatis. Reges enim Catholici Hispaniarum tanquam reges Aragoniæ sunt reges Siciliæ,Pullæ, Calabriæ, ac etiā regni Neapolitani,à tempore Catholici regis,ac domini nostri Ferdinādi proaui perquā Catholici, ac domini nostri Philippi IV.Hispaniarum regis potentissimi, & in perpetuum erūt sui successores reges Aragoniæ, & Siciliæ, ac

aliorum regnorum nunc cõmemoratorum, vt copiosè diximus in 3. part. huius 2. quæſtionis num. 115. & 116. Et per conſequens pertinet etiam ad eos regni prædicti Hieruſalem cõquęſta; vt nũc diximus num. 90. & ſequent. In confirmationem etiam ſupradictorum, ac in fauorem Catholicorum regum Hiſpaniæ, & conquæſtæ, quam ſic habent ad regnum prædictũ Hieruſalem, tanquàm reges Siciliæ, Pullæ, & Calabriæ, atquè regni Aragoniæ. Con-
93 ſideramus etiam † quòd trãſactis aliquibus annis, poſt quàm Guido Luſignano rex vltimus prædicti regni Hieruſalem (ex perſona Iſabellæ vxoris ſuæ, atquè Sororis Balduini huius nominis quarti, ac octauus in ordine regis Hieruſalem) fuit ſuperatus, & victus cum omnibus ſuis Gentibus à Saladino Rege Ægypti ſtatim poſt annum. 1198. prætendit ſucceſſionẽ ipſius regni Hieruſalem comes quidam Vienæ (quæ eſt in partibus Franciæ in Delphinatu, & eſt Ciuitas principalis ipſius Delphinatus, ex Volatera. lib. 3. commenta. ca. de Nerbonenſi fol. 14. colum. 2. Anto. de Nebriſa in Dictionario locorum verb. Viena poſt Calepin. in Dictionario vltimo. verb. Viena in 1.) vocatus Ioannes de Bregna, qui deſcendebat ab illa nobiliſſima proſapia Gotifredi de Bullon (qui fuit primus rex Chriſtianis dicti regni Hieruſalẽ de quo in præſenti parte mẽtionem fecimus num. 78.) qui in executionem dictæ ſuę prætẽſionis fuit electus à Catholicis in regem Hieruſalẽ, & tanquàm talis fuit coronatus in Ciuitate Tyri ann. Saluatoris noſtri 1210. Et poſtquàm hic comes Ioannes, ac rex Hieruſalem obtinuit plures victorias contra Sarracenos Syriæ, & contra Soldanũ Aegypti, tandem ab eis fuit etiam victus, & ſuperatus. Et cũ ad has partes Europæ veniſſet, ad petendum auxilium à regibus Chriſtianis, collocauit vnicam eius filiam in vxorem cum imperatore Federico 2. hoc pacto, quòd ei auxilium præſtaret contra Sarracenos Hieruſalem, & ex tunc ei conceſſit ratione dicti matrimonij titulum regiũ regni Hieruſalem, & etiam omne ius, quod ipſi Ioanni comiti pertinebat ad dictum regnum Hieruſalem recuperandum. Ratione huius contractus, ac pacti matrimonialis reges Siciliæ (prout tunc

erat dictus imperator Federicus Secundus. Et post eum alij successores eius) fuerunt etiam vocati reges Hierusalē. Et vltra Authores antiquissimos hoc traditur in 1. parr. chronicæ beati Francisci lib. 10.cap.2.fol.337.colum.3.& 4. Præterea & in huius sententiæ fauorem facit, quòd legitur de eodem imperatore Federico Secundo rege Siciliæ supradicto, quod postquàm Papa Honorius 3. eum excōmunicauit, & regno suo Siciliæ priuauit,& ex quo se cum dicto Summo Pontifice recōciliauit,veniam ab eo petens, eum restituit in eodem regno,& fecit, quòd acciperet in vxorem filiam Iolæ, eiquè in dotē dedit omne ius, quod habebat, ac prætendebat habere ad dictum regnum Hierusalem,& quòd ex hac noua concessione, & indulgentia reges regnorum Siciliæ,Neapolitani, Pullæ, & Calabriæ deinceps reges Hierusalē sunt vocati, & titulum regiū Hierusalem defendunt non solū verbis (nominando se reges Hierusalem)sed etiam armis. Quæ omnia refert Platina in vita dicti Honorij 3.Papę fol. 82.colum.2.post medium.Et ex hac causa reges nostri Catholici Hispaniarum,vsquè in hodiernum diem, tanquàm reges dictorum regnorum Sicilię,Pullæ, Calabriæ,& Neapolitani, nominantur etiam reges Hierusalem,vt traditur in d. 1. part. chronicæ beati Francisci lib. 10. cap. 2. fol. 337.colum. 3. & 4. & nos idē diximus in 3.part.num. 115. & 116.huius 2.quæstionis.

94 Multiquè reges† Christiani procurauerunt redigere in suam potestatem dictam Sanctam Ciuitatem Hierusalem,& liberare eam de manu Sarracenorum,vt copiosè refert Author chronicæ ætatū Mundi 2. ætate fol. 17. Vbi etiam hæc verba refert, Heu pudor,Heu dolor,fons & origo nostræ Salutis defficit. Tēplum illud Salomonis fama clarum, in quo Dominus toties prædicauit. Bethleem in qua natus est, Caluariam in qua crucifixus, Partem ipsius Crucis, possident inimici Sepulchrum Domini Gloriosū, in quo propter nos obdormiuit in Domino, Sarraceni in potestate habent. Et nisi velint,Christiani in viscere non possunt. Et ipsam Dei viuentis Ciuitatem officinasq; nostræ Redemptionis,quā Deus noster miraculis illustrauit,& proprio sanguine dedicauit. Inqua primæ resurrectionis

flores apparuerunt, Mahometi Satellites conculcant, & ea Vrbs nūc sceleratæ gentis imperio paret. Vnum aliud sci-
95 tu dignum † referre hic mihi etiam visum fuit. Nempè, quòd per duos annos antequã dicta Sanctissima Ciuitas destrueretur à Tito, & Vespasiano, Christiani commorantes in eadem Sanctissima Ciuitate Hierusalem, ab Spiritu Domini responsum habuerũt quòd recederent ab ipsa Ciuitate omnes Christiani, nam intra duos annos proximos sequentes destruẽda erat Ciuitas illa Sãctissima, qui statim fugerunt ab eadem Ciuitate, quod refert Nizephor. lib. 3. suæ historiæ Ecclesiasticæ. c. 3. quod latissimè refert Villegas in vita Christi cap. 53. fol. 66. col. 2. A Solirio Turcarum Monarchia hæc Sancta Ciuitas Hierusalem fuit anno Domini 151. occupata, & inuasa, vsque in hodiernũ diem, tradit in d. Theatro terræ Sanctæ 1. par. §. 1. pag. 149

Prędicta enim Sanctissima
96 Ciuitas Hierusalẽ fuit priùs vocata Salem, aut à Sale filio Noæ, aliàs eius nepote (de quo fit mentio in cap. 10. Genesis) qui fuit eius primus fũdator, qui ei imposuit nomen suum refert Author chronicæ generalis ætatum Mundi in 2. ætate fol. 16. pag. 2. Aut à Melchisedeph, qui reparauit ipsam Ciuitatẽ, & fuit eius primus rex, qui ei imposuit prædictum nomen Salem, & ipse vocabatur Melchisedeph rex Salem. habetur Genesis cap. 14. notat Diuinus Paul. in Epistol. ad Hæbreos cap. 7. in princip. glo. expressa in cap. quoniam. 65. distin. Alij dicunt, quòd antequàm dicta Sancta Ciuitas Hierusalẽ vocaretur Salẽ, vocabatur Hiebus, ex eo quòd in ea priùs habitauerunt Hiebusei, vt constat lib. 1 Paralipo. cap. 11. in princip. & Iosuæ cap. 15. post princip. & Iudicum cap. 19. post principium glo. in d. ca. quoniam. traditur in d. 2. ætate fol. 17. colum. 1. in princip. Et ita ab his duobus nominibus Hiebus Salem fuit postea vocata Giebusalem, & cursu temporis litera B. fuit mutata in literam R. & ita fuit vocata Gierusalem glo. in d. cap. quoniam. refert Volate. lib. 11. commenta. cap. de Cælo Syria Palestina fol. 124. colu. 2. in princip. idem traditur lib. 3. supplem. fol. 20. & lib. 4. fol. 73. colum. 2. in fine. Calepin. in Dictionario vltimo. verb. Hierololym. in fine (vbi ad hoc citat Beatum Gieron.

& hoc idem refertFrater Didacus de la Camara in expositione Psalm. Miserere mei Deus. in 30. lectione folio 254.pagin. 1. Hiebusei enim ideo dicti sunt, quia fuerunt descendẽtes Hiebusei filij,seù nepotis Noę.habetur Genesis cap.10.in medio.Postea vero prædicta sancta Ciuitas Hierusalem fuit vocata Solyma à Solymis,vt quidam censent à Litiæ populis illic comigrantibus, & ideo dicta Hierosolyma: deindè & Hierusalem, & sacri nominis additione vocata Seda Vuza', & Bethel,postremò verò fuit vocata Helia (gl.in d.c.quoniã.) ab Helio Hadriano Imperatore, qui totam ipsam sanctã Ciuitatẽ destruxit propè annum Dñi 140. & tũc superauit omnes Iudęos,quos in perpetuum exules fecit à dicta Ciuitate Hierusalem, vt verè inciperẽt sentire supplitium mortis Domini nostri Iesu Christi, qui postea iussit eandem sanctissimam Ciuitatem Hierusalẽ reedificari, & Hæliam deinceps vocari in honorem sui nominis, quia vocabatur Hęlius Hadrianus.ex gl. in d.c.quoniam 65.distin. notat Volatera lib. 11. comment. c. de Cælo Syria Palestina fol.124. col. 2. in principio.author chronicæ generalis ætatum Mundi 6. ætate fol. 112. col. 1. Illesc. 1. part. pontif. lib.1.c.8. de vita Euaristi Papæ 6. fol. 30. col. 1. & fol.31. col.2. in fine, & lib.4. c.3.de vita Bonifacij 4. Papæ 69. fol.130. col.4. post Calepin. in dictionario locorum verb.Hierosolyma. Similitèr & dicta fuit Hierusalem Salomonia à Salomone: & etiã fuit dicta Hierusalem à Hierion, quod est sacra: & Salomon quasi sacra Ciuitas Salomonis. ita glo. prima in d. c. quoniam 65.distin. Præterea & de ethimologia huius dictionis Hierusalem Calepin. hæc verba refert in dicto eius vltimo dictionario verb. Hierosolyma. Dicuntur autẽ Hierosolyma (vt scribit Egesippus) quæ primò Solyma dicębatur: sed cùm Rex Cananeus (cognomento Iustus) qui fuit conditor Solymorũ, templũ addidisset, inde Hierosolyma nuncupauit. Eusebi. lib.9.Euang. præp.Hierosolyma appellari, quasi Hieron Solomonis,hoc est,ędem Salomonis, à tẽplo quod Salomon Hierosolymis pulcherrimum magnificentissimum cõstruxit. Hactenus Calepin. in d. loco. Gloriosa enim dicta sunt de te Ciuitas Dei Sã-

ctißima Hierusalem, vt constat in Psal.86.101.131.132. 136. 146. 147. & multis sequentibus. Vndè Ciuitas illa vocatur gloriosa, vt constat in eisdem locis,& Sophoniæ. c.2.in fin.Esaias c.60.in princip‍.sic ait,Surge,illuminare Hierusalem: quia venit lumē tuum,& gloria Domini super te orta est. Et ibi,super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur, & reliqua, & multa alia in c. 49. Et Dominus vocauit eam,vineam electam, habetur Hieremiæ.c.2.& sequen.& multa alia per Esaiam.c. 33. & in c. 49.per totum,& c.62. Vocaturquè Ciuitas Hierusalem, Ciuitas veritatis.Mons Domini exercituum, Mons sanctificatus,habetur Zachariæ. c.8. in prin. vocaturq; etiam hæc Ciuitas Domini,habetur Hieremiæ. c. 31. in fine. Etiam Ciuitas Dei, Tobiæ. c. 13. & ipse Christus Dominus ipsam Ciuitatem Hierusalem vocauit Ciuitatem Magni Regis. habetur Matth.c. 5. post medium. Et in diuina scriptura vocatur Ciuitas Sancta habetur lib.1.Machab.c.3.in prin. & Math.c.27.prope finem,vocata etiam fuit visio pacis. ex lib. 1.Paralip.c. 22. refert Alfonsus Guerrero in thesauro Christianæ religio. c. 50.nu. 22.pag. 503.post princ. in 2. part. Sermonis Episcopalis. vocatur etiam solium gloriæ & locus sanctificationis nostræ expectatio Israel habet Hieremiæ. cap. 17. Denique sciendum est etiam, quod hæc vox Hierusalem historicè significat Ciuitatem illam terrestrem, allegoricè Ecclesiam, moraliter animā fidelem, anagoricè Cælestem Hierusalem (habetur Apocalyp.cap.21. quæ verba refert glo.singul. in cap. ieiunium quarti. verb. anagogem. 76. dist.& glo.in.c.recurrat.verb. Ciuitatis.32.q.4. & notat, B. August. 9. tomo commentariorum.lib.vno meditationū. pag. 837. & seq. Deus enim omnipotens fecit pactum, ac fœdus iuratum cum gentibus Ciuitatis Hierusalem, & totius Israel,ac Iuda, accepitque eos in populum suum, & ipse fuit Deus,ac Rex,immediatus eorum habetur Genesis.cap.6. & c. 15. & Ieremiæ. c.31.propè finem.Vbi & dicitur,quòd eis legem suam dedit.

97 Ciuitas hæc Hierusalem † fuit fundata prope annum Creationis Mundi. 3257. & ante aduentum Domini nostri Iesu Christi. 1926.ita vo-

late.lib. 11.commen.c.de Cælo Syria Palestina. fol. 124. col.2.vbi etiam ait, quòd Serenissimus Rex Dauid liberauit dictam Ciuitatem Hierusalem à Gentibus Cananeorũ, & Hiebusorum, cùm in Regno Iudeorum regnaret. Posuitquè Dominus hanc Sanctam Ciuitatem Hierusalem in medio Gentium, habetur Ezechiel.c.5.post principium Vocatumquè est hoc regnum Iudea ex nomine Iudæ, ex eo quòd Hierusalem habuit reges ex illa tribu.refert author chronicæ ætatum Mundi. 2. ætate.fol. 13.col.3.Ciuitas enim hæc Sanctissima Hierusalem pluries fuit destructa post Sãctissimam Passionem Domini nostri Iesu Christi(in vindictam, & vltionem eius gloriosissimæ mortis, quam inuictissimè iniqui,ac perfidi Iudei ei dederunt. Ioan.c. 19. Matth.c.26.& 27.Marc.c.14 & 15.Luc.22.& 23.& passim habetur in Diuina Scriptura, & fuit etiam superata ab infinitis nationibus, & gentibus infidelibus, vt copiosè refert author chronicæ ætatum Mũdi.4. ætate. fol. 63. & author suplement.chronica. lib. 12. fol. 337. col.2. & lib.13. fol. 345.col.1. quod singularitèr refert tex.in d.c.ieiuniũ quarti.76. dist.cum suis glosis, & tex.in c. remittuntur. §. hinc notandum est. 23. q.5. & copiosè Ioan.Bocatio. lib.7. de la Cayda de Principes.cap. 7. & alibi sæpe. Per Prophetam enim Hieremiam fuerunt enunciatæ hæc deuastationes sanctissimæ Ciuitatis Hierusalem, vt constat Hieremiæ. c. 4. & sequentibus pluribus. 19.20.39.48. 49. 50. & 52. & ex eodem Hieremia in suis lamentationibus.cap. 1. & sequent. idem & constat Ezechiel.c.6.& Oseæ.cap.5.& sequent. & alibi sæpè habetur in Diuina Scriptura. Gentes
98 † huius sanctissimæ Ciuitatis pacem fecerunt cum Romanis.habetur lib. 1.Machabeo. cap. 8. & 14. huius sanctissimæ Ciuitatis fuit primus Archiepiscopus Beatus Iacobus, qui iustus dicebatur,& secundum carnem frater Domini Nostri nuncupatus est,& fuit verè filius sororis Sanctissimę Mariæ.c.fin.vbi glos.66.dist.

Quibus hæc quinta Pars huius secundæ quæstionis ad inuenit finem optatum ad laudem Omnipotentis Dei.

SVM-

SVMMARIVM SEXTAE PARTIS Huius Secundæ Quæstionis.

1 *Regnorum successiones iure sanguinis sunt delatæ, & non per electionem, & num. 2.*

3 *Regia sedes per succedentes generationes firmat, corroborat, ac perpetuat?*

4 *Reges laudantur, qui habuerunt suos primogenitores Reges.*

5 *Consuetudo, quòd in Regnis succedatur iure sanguinis, & non per electionem est generalis in toto Orbe.*

6 *Imperium atque dominium vitæ præsentis regum temporalium, vt multum vsque ad mortem tantum ostentatur, & sequentibus pluribus.*

8 *Epitaphium sepulturæ Cyri Regis Persarum. Vbi & alia epitaphia sepulturarum aliorum Regum scribuntur.*

10 *Sapiens non debet gloriari in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua. Et in quibus gloriari debet, inibi.*

11 *Potentes potenter tormenta patientur.*

12 *Reges iniqui quæ verba dicent tempore suæ mortis.*

13 *Reges iusti quæ verba dicent tempore suæ mortis.*



SEXTA PARS
Huius
QVAESTIONIS SECVNDAE.


D EVENIENDO ad hanc sextam Partem, breuitèr ex omnibus dictis in præcedétibus partibus huius secundæ quæstionis colligimus sequentem resolutioné.

Stantibus enim prædictis successionibus diuersorũ regnorum maximè Christianorũ, & etiam Populi Israelitici, atque Iuda & Hierusalé (hæreditatis peculiaris Dei Optimi Maximi ex dictis in 1. quæstio. huius commentarij nu. 51.) Quis negare poterit non fuisse obtentas † & delatas iure sanguinis & non per electionem Magnatum, & populorum? Nullus quidé ex omnibus ante dictis in præcedentibus partibus. Quã resolutionem in nostris terminis scribit Beatus Antoninus Florentin. 4. par. summæ tit. 5. c. 4. §. 4. col. 2. prope finé. Vbi tenet † qd electio summi Principis, quæ expectat ad regimen summi principatus, à principibus nou fiebat. Regia enim sedes † per succedentes generationes firmat, corroborat, ac perpetuat, verba sunt Chasse. in consuetud. Burgund. rub. 1. in principio nu. 10. Laudanturquè Reges, † qui habuerunt suos progenitores Reges.

Similiterquè & constat, quòd prædicta consuetudo, † quòd in Regnis succedatur iure sanguinis, perpetuæquè consuetudinis, & nõ per electionem, ferè est recepta in toto Orbe. vt constat ex omnibus ante dictis in præcedétibus partibus huius secundæ quæstionis. Quam resolutionem in proprijs terminis ponit Ioan. Miles in eius repertorio in verb. regnum, & Didac. Couarru. in c. 1. practic. questio. nu 4. vers. reges verò. & in vers. posterior.

Ex quibus totquè Regum mortibus etiã sequitur † dominium atque imperium vitæ præsentis, vt multum ad mortem vsquè tantum ostentatur. Nam vt ait Psalmista in psãl. 145. Exibit spiritus

eius,

eius, & reuerteretur in terram suam: in illa die peribũt omnes cogitationes eorum. Vbi sunt principes gentiũ? & qui dominãtur super bestias, quæ sunt super terram? Exterminati sunt, & ad inferos descen derunt, & alij loco eorum exsurrexerunt? habentur hæc verba Baruch. c. 3. Regibus enim prædictis conueniunt hæc verba Sapien. c. 5. Quid nobis profuit sapientia? aut diuitiarũ iactantia, quid contulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquàm vmbra, & tanquàm nuntius præcurrẽs, & tanquã nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cùm præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitã carinę illius in fluctibus. & reliqua. cuius dictum suadetur ex pluribus, quæ refert Rode. Suar. in princip. l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. fol. 1. & Bernardin. de Bust. 2. part. sermo. Rosarij in sermo. 27. litera R. cum aliquibus literis sequentibus fol. 267. & sequentib. & serm. 36. per totum. Tot enim regum anni, sunt sicut transitus aurorę. ex Oseas Prophera in c. 10. in fine. ibi, Sicut mane transit, pertrãsit Rex Israel. Et in psal. 38. in fine. sic dicitur, in imagine pertransit homo. Vndè Ecclesiast. c. 10. sic scribitur, Sicut & Rex hodiè est, & cras morietur. Et iterùm ibi, prius sic dicitur: Omnis potentatus vita breuis. Et in psal. 89. Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt sicut mane; sicut herba transeat, mane floreat, & trãseat, vespere decidat, induret, & arescat. psal. 143. sic dicitur, Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Ecclesiasti. c. 38. post medium, hæc sũt verba, Ne dederis in tristitia cor tuũ, sed repelle eam à te: & memento nouissimorum, noli obliuisci: neque enim est cõuersio, & huic nihil proderis, & te ipsum pessimabis. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodiè.

7 Quando sanctissimus Papa † nouitèr electus debet coronari in die suæ vnctionis & coronationis, & quando eius beatitudo exijt in Capellam Beati Gregorij, ante celebrationem Missæ magister cerimoniarum estat coram ipso Papa, habẽs vnam arundinem in qualibet manu, por tatquè in vna ex ipsis arundinibus lucernam ardentem, & similitèr in alia arundine habet pensum lini, & conuersus ad ipsum summum Pontifi-

cem tribus vicibus, & paulatim sic ad eius beatitudinem inquit, Pater Sancte sic transit gloria huius mundi, quæ omnia refert Illesc. 1 part. historiæ Pontif. lib. 4. cap. 41. de vita Ioannis Angli mulieris. fol. 204. col. 1. in fine. Proinde & Ecclesiast. cap. 48. sic dicitur, Nam nos vitâ viuimus tantum, post mortem autem nô erit tale nomen nostrum Quid enim aliud modo sunt principes gentium? Quid inclyti Cæsares Romanorum, si tumulos eorum effoderis? Quid, nisi puluerem deprehendes? secundum Diuum Basilium. quem sequitur Tho. Truxillo in thesauro concionatorum. lib. 6. in sermo. feriæ. 4. in capite ieiunij. pag. 421 & sequent. quod prius dixit diuinus Prosperus (discipulus diui Augustini) quê sequitur plura referens frater Ludou. Granaten. 2. tomo. de Sanctis. in. 1. contione Natiuitatis Virginis Sanctissimæ Mariæ. pag. 229. & alia etiam refert idem Granaten. in contione funebri. in fine. 4. tom. contionum de tempore. pag. 690. & prius pag. 292. & absque authore eadem verba refert Didac. Perez in. l. 1. tit. 4. lib. 2. ordina. pag. 912. in fine. Quibus conueniunt etiam hæc verba Serenissimi Regis Dauid Psal. 48. & relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Et iterum ibi, Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cùm interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Principes enim similes sunt lapidi prætioso, qui solus ponderosissimus est alijs rebus, sed spersi puluere, sunt minus ponderosi, quàm aliqua res Mundi. Secundum Ioannem Raulim in doctrina mortis. fol. 3. col. 2. in medio. Vndè Ecclesiastes. cap. 1. sic dicitur, Non est priorum memoria, sed nec eorum quidê quæ postea futura sunt. Hinc idem Ludou. Granaten. in dicto sermone funebri. pag. 691 ait, hoc Epitaphium inscriptum fuisse non sine ministerio, in sepulchro illius Magni Cyri Regis Persarum scilicet.

8 † O vir quicunque est, & vndecunquè venis (ne enim te aduenturum ignoraui) ego sum Cyrus, qui Persis Imperium constitui, pusillum hoc terræ quo meum tegitur corpus, mihi ne inuideas. Inibiquè Granaten. de ipso Epitaphio sic exclamat, O singula-

re

re inopiæ atque humanę pau pertatis exemplum,ò clariſſimam mortalitatem, & miſeriæ noſtræ confeſſionem,non ab infimæ fortunæ homine, ſed à fæliciſſimo Imperatore profectam,cui enim viuo vix Orbis Imperium ſatis erat, nunc puxillo terræ contentus, ne hæc a leò tenuis fælicitatis viuentium inuidiæ ob noxia ſit,ſuplicitèr ex tumulo depræcatur. eiuſdem Epitaphij ſit mentio. lib. 5. ſupplement.chronica.fol.161.col.1 prope finem,& Volatera. lib. 31.commenta.fol.371.col.2. cap. de cura ſepulchrorum. De vita, & morte huius Cyri Regis Perſarum, vide Ioann. Bocac. lib.2. Cayda de Principes c.19.& 20.Cui rei conuenit aliud Epitaphium illius famoſiſſimi Anibalis. cuius meminit Plutarch de viris illuſtribus. in vita Scipionis, prope finem. ſic dicens.

Deuicto Anibale, capta Carthagine, & aucto
Imperio, hos cineres marmore tectos habes
Cui non Europa, non obſtitit Aphrica quondam,
(Reſpice res hominem.) quàm breuis vrma premit.

Idem Epitaphium refert author ſuplement.chronica.lib. 7.fol.152.col.2. Idem legitur de Magno Pompeo, apud Io. Bocac. lib. 6. Cayda de Principes.c.9.Simile Epitaphium habetur in ſepultura Magni Borbonis Ducis Franciæ his verbis,Auto Imperio,ſuperata Italia, deuicto Gallo, Pontifice obſeſſo,Roma capta,Caroli Borbonij hoc marmor cineres continet, cuius verba refert Arnoldus Ferronus in hiſtoria rerum Gallicarum. lib.4.pag.277.in prin. & Froſardus in hiſtoria Gallicana. in vita Regis Franciæ Franciſci I. pag. 277. Quin,& in ſepulchro Imperatoris Gordiani hoc Epitaphium reperitur tribus linguis inſcriptū.
Diuo Gordiano victori Perſarum;victori Gothorum: victori Sarmatarum; depulſori Romanorum ſeditionum: victori Germanorum: ſed non victori Philipporum, quod Epitaphium refert Volatera. lib.23.comenta.cap.neruam. fol.267.col. 2. in medio. Vbi etiam dicit, quòd ideò in dicto Epitaphio dicitur, quòd ille Imperator Gordianus nō fuit victor Philipporum,quia contra eum ſe rebellauerunt, milites exercitus Philippi prę fecti prætorio.In Epitaphio, ſeu Eulogio Imperatoris Ca-

roli Calui (qui fuit. 25. Rex Franciæ.) sic tantum dicitur, Imperator Carolus Caluus regnoque potitus Gallorum, iacet sub breuitate situs refert Papirii. Massonius lib. 2. Annal. Reg. Franciæ, pag. 159. in fine. Verum, & de Imperatore Christianissimo Carolo Magno, Rege 23. Franciæ (qui fuit sepultus in Aquisgraui, & decessit anno. 75. ætatis suæ in Mense Februarij anno Domini. 815.) certò scimus, quòd eius corpus nullo genere honoris adhibito, in templo Beatæ Virginis est sepultus, quòd idem Imperator multis expensis extruxerat, hoc adito epigramate, Magni Carolis Regis Christianissimi Romanorumquè Imperatoris corpus hoc sepulchro conditum iacet, refert Platina in vita Leonis. 3. Papæ. fol. 48. col. 2. in medio. & author chronicæ ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 168. col. 1. in fine. idem refert Donatus Acciaiolo post Illustres viros Plutarchi. in vita ipsius Caroli Magni. fol. 405 col. 2. in fine. In sepulchris etiam Imperatorum Henricorum. 2. 3 4 & 5 (quæ reperiuntur in Basilea principali Ciuitate Spiræ) hæc Epitaphia scripta sunt, filius hic, Pater hic, Auus hic. Proauus iac istic, quorum meminit author chronicæ generalis ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 197. col. 1. in medio.

9 De Saladino † Rege Ægypti legitur, quòd in suo testamento condito anno salutis nostræ. 1188. iussit, quòd tempore quo eius corpus baiularetur ad sepeliẽdum, quidam homo duceret ante eum panum quodam nigrum positum in hasta, & clamans sic diceret, Saladinus victor totius Asiæ, & multorum Regnorum nihil portat secum nisi hunc fumerem, quorum verborum meminit Platin. in vita Cælestini 3. Papæ. fol. 80. col. 2. in fine. author chronicæ ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 205. col. 2. & author supplement. chronica. lib. 12. fol. 336. col. 2. Quemadmodum enim in nemore aliquo dignoscuntur quædam arbores aut ex proceritate, aut frondibus, vel aliter, cæterum si pratiosæ comburantur, & conuertantur in cinerem, non dignoscitur, quis Cynis sit huius, vel illius: sic quamuis in hac vita homines dignitatibus dignoscantur, ac differant alij ab alijs, morte tamen interueniente præcisi, & in cineres reuersi non dignoscuntur, neque Cynis Re-

gis

gis differt ab aliorum cineri-
bus, quã conſiderationẽ facit
Tho. Truxillo in theſauro cõ
cionatorum, in ſermone Do-
minicæ 4. aduentu Dom. pag.
257. prope fin. Eccleſiaſt. c. 1.
ſic dicitur generatio preterijt
& generatio aduenit, non eſt
priorum memoria, ſed nec eo
rum quidem, quæ poſtea futu
ra ſunt, erit recordatio apud
eos, qui futuri ſunt in nouiſſi
mo. Oportet enim eos, qui in
dignitate conſtituti ſunt, co-
gnoſcere, ſe eſſe homines ex
Franciſco Santio ſuper Alcia-
tum in emblema. 7. pag. 40.
Alibi etiam Hierem. c. 9. ad fi
nem, ſic ait, Hæc dicit Domi-
10 nus. Non glorietur ſapiens †
in ſapientia ſua, & non glorie
tur fortis in fortitudine ſua,
& non glorietur diues in diui
tijs ſuis, ſed in hoc glorietur,
qui gloriatur, ſcire, & noſſe
me, quia ego ſum Dominus,
qui facio miſericordiam, & iu
ditium, & iuſtitiam in terra,
hæc enim placẽt mihi: ait Do
11 minus. Alias enim † potentes
potenter tormenta patientur,
ſidei mandata nõ ſeruauerint
iuxta illud Sapien. c. 6. vbi ſic
dicitur Audite ergo reges, &
intelligite, diſcite iudices fi-
niũ terræ, præuete aures vos,
qui continetis multitudines,
& placetis vobis in turbis na-
tionum. Quoniam data eſt à
Domino poteſtas vobis, & vir
tus ab altiſſimo, qui interro-
gauit opera veſtra, & cogita-
tiones ſcrutabitur: quoniam
cum eſſetis miniſtri regni il-
lius, non rectè iudicaſtis, nec
cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, ne-
que ſecundum voluntatẽ Dei
ambulaſtis. Horrendè & citò
apparebit vobis, quoniam iu-
ditium duriſſimũ in his qui
preſſunt, fiet. Exiguo enim cõ
ceditur miſericordia potentes
autem potenter tormenta pa-
tientur, & reliqua. Et ibi, for-
tioribus autem fortior inſtat
cruciatio. Ad vos ergo reges
ſunt hij ſermones, vt diſcatis
ſapientiam, & non excidatis.
Qui enim cuſtodierint iuſti-
tiam, iuſte iudicabuntur, &
qui didicerit iuſta, inuenient,
quid reſpondeant. Concupiſci
te ergo ſermones meos, diligi
te illos, & habebitis diſciplinã
12 & reliqua. Reges vero iniquit
qui ab humanis receſſerũt, di
cẽt verba illa, q̃ refert Salomõ
Sap. c. 5. Ergo errauimus (in-
quit) à via veritatis, & iuſtitię
lumẽ nõ luxit nobis: & Sol in
telligẽtię nõ eſt ortus nobis. La
ſati ſumus in via iniquitatis, &
pditionis, & ãbulauimus vias
dificiles, viã aũt Dñi ignoraui
mus. Quid nobis ꝓfuit ſapiẽ-
tia (& reliqua eius verba in p̃

sētiarũ relata n.6.)Et iterũ ibi, Aut auis,q̃ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumẽtũ itineris illius,sed tantũ sonitus alarum,verberans leuem ventum,& scindens per vim itineris aerem commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius, aut tanquã sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuò in se reclusus est,vt ignoretur transitus illius, sic & nos nati continuò desinimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere. In malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno,hi qui peccauerunt: quoniam spes impij tanquàm lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus,qui à vento diffusus est, & tanquàm memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Et de prædictis regibus dicit Dauid Rex in Psal. 75. dormierunt somnium suum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos. Et in Psalm.72. sic etiam ait, quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatẽ suam. Velut somnium surgentium somnium, in Ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Et è contrario

13 † iusti, ac recti reges dicent verba alia, nempè quæ refert Ecclesiast.c.44. Homines(inquit) diuites in virtute pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt,& in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt,relinquerunt nomen narrandi laudes eorum, & sunt, quorum non est memoria,perierunt quasi qui nõ fuerint,& nati sunt quasi non nati,& filij ipsorum cum ipsis Sed illæ veræ misericordiæ sunt,quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorũ & filij eorum propter illos vsque in æternum manent, semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuit in generationem,& generationem Sapientiam ipsorum narrent populi,& laudem eorum nunniet Ecclesia. Henoc placuit

Deo

Deo,& translatus est in Paradisum, vt det gentibus penitentiam. Noæ inuentus est per fectus, iustus & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio, & reliqua. Et iterum ibi, Abraham magnus pater multitudinis Gentium, & nõ est inuentus similis in gloria, qui conseruauit legem excelsi, & fuit in testamento cum illo,& reliqua similia. Et tandem dicamus cum Salomone Sapien. 5. hæc verba notabilia. Iusti autem in perpetuũ viuent,& apud Dominum est merces eorum,& cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diademe speciei de manu Domini, quoniam dextera sua teget eos,& in brachio sancto suo defendet illos. Qui Diuina scriptura legitur, quod cũ Propheta Esaias mandata Domini dixit Regi Hierusalem Ezechię dispone de domo tua quia eras morieris, propter eius orationem Deus ipse adiecit ei. 15. annos super dies eius, habetur Esaiæ. cap. 38.

SVMMARIVM SEPTIMAE PARTIS,

Huius Secundæ Quæstionis.

1 *Imperatores in aliquando successerint in Imperio iure sanguinis, & sequentibus per totam hanc partem.*

2 *Imperator Primus Romanorũ, fuit Iulius Cæsar, vbi multa de eo dicuntur.*

3 *Imperator Octauianus adoptauit in filium Tiberium, cui reliquit Imperium.*

5 *Imperium quando fuerit diuisum, & inter quos Imperatores, & num. sequentib. ipsaque diuisio Imperij fuit approbata per Papam Leonem tertium. nu. 6.*

9 *Imperium Romanorum fuit translatum ad Germaniam iussu Gregor. 5. Summi Pontificis, qui nominauit septem electores Imperij.*

10 *Imperatores tàm Imperij Orientalis, quàm Occidentalis, multoties successerunt iure sanguinis, & non per electionem electorum neque militum.*

SEPTIMA PARS

Huius

QVAESTIONIS SECVNDAE.



AD septimam verò partem accedentes. 1 Dicimus, † quòd etiam successum fuit iure sanguinis inter Imperatores vtriusq; Imperij & q; multoties in electione quam Magnates, & gentes militiæ faciebant de Imperatore, ad ius sanguinis attendebant. Quod constat ex sequentibus.

2 Primus enim † Imperator Romanorum fuit Iulius Cæsar, qui sibi vsurpauit Imperium. notat Beatus Isidor. lib. 9. Ethimolog. cap. 3. col. 1. in fine. fol. 48. Diuus Thom. lib. 3. de regim. princip. cap. 12. in fine, & Beatus Anton. Florent. 4. part. summæ. tit. 13. cap. 4. §. 1. col. 2. post med. Qui incæpit Imperare anno Creationis Mundi. 5154. & ante Aduentum Domini. 46. ex eodem Isidor. lib. 5. Ethimolog. cap. fin. §. 5. ætas. in fine. author supplement. chronic. fol. 69. col. 1. Vicente Tornami. in cosmographia pagin. 258. Ideo fuit vocatus Cæsar ex eo quòd cæso vtero matris suæ prolatus eductusquè fuerit: vel quia, cùm Cæsariæ natus, natus sit, à quo & Imperatores sequentes Cæsares dicti sunt. ex Isidor. lib. 9. Ethimolog. cap. 3. colum. 1. in fine. & sequent. Volater. lib. 14. commentar. fol. 164. colu. 1. Bal. Ioan. Fab & Porc. in summa prohæmij Institut. & ibi additionator glos. verb. Cæsar. Antea verò vocabatur Gayus Iulius Cæsar, & factus fuit Consul Romanus anno 693. fundationis Sanctissimæ Ciuitatis Romanæ, habetur lib. 7. supplement. fol. 166. col. 1. in fine. Et cùm Iulius Cæsar iam fuisset dominus ferè totius Mundi, & reuersus esset Romæ, elegit in suam custodiam Gentes Hispanas, sciens, eas esse fideliores, quàm aliæ nationes Mundi, ex Alfonso Venero in Enchiridion temporum. fol. 44. colum. 2. Ciues enim Romani antequàm re-

gerentur per Imperatores per 264.annos vixerunt ſub Regibus Romanis ſcilicet, à Romulo vſquè ad ſuperbum Tarquinum (qui fuit ſeptimus, ac vltimus Rex Romanorum, ex Beato Auguſt. lib. 18.de Ciuitate Dei.cap.26.) ita Diuus Thom.lib.2. de regim.princip.cap.9.in fine, & Beatus Anton.Florent.1.part. hiſtor.tit.4.cap.5.§.4. in fine. vbi, & affirmat, quòd dictos 7. Reges Romanos fuerunt etiam ipſius Monarchiæ Romanæ. 6. reges Latini, & 14. reges Albani, & quod omnes ipſi regnauerunt per tempus. 889. annos. Poſt Iulium Cæſarem ſucceſſit in Imperio Octauianus Auguſtus, qui fuit natus ex Accia nepte ipſius Iulij Cæſaris, tanquàm eius proximior cõſanguineus refert Platina in vitis Pontificum. in prohæm. colum. 1. Volater. lib 23. commentar. vrba. §. Principes Romanos. fol. 263.col. 1. Alfonſus Guerrero in Theſauro Chriſtianæ religionis.cap 16.num.10.in fine.pag 112.Tempore huius Octauiani Imperatoris,natus nobis fuit Chriſtus Dominus ac Redemptor noſter, habetur Luc.cap.2.in princ.Guerrero in.d.cap.16.num. 10.in fine.

3 Prædictus Octauianus t adoptauit in filium Tiberium, cui Imperium reliquit,& poſt eum alij Imperatores ab eo adoptati. Volater.in d.c.Principes Romanos.fol.263. col.1 poſt medium.

Mortuo Veſpaſiano, in Imperio ſucceſſit Titus Veſpaſianus eius filius anno Domini noſtri Ieſu Chriſti. 78. & à fundatione Romanæ Ciuitatis.829.Volater. eod. fol. 263. colum. 2. in princ. Gerard.de Mercatore, in demoſtratione temporum. pag.153 idem traditur in chronica generali ætatum Mundi. fol. 109.col.1. 6.ætate.

Tito Veſpaſiano Imperatore mortuo, ſucceſſit in Imperio eius frater Domitianus, qui fuit filius Veſpaſian.habetur in d.6.ætate fol. 109. colum. 1.

Hadriano Imperatore mortuo,ſucceſſit in Imperio Lucius Ælius eius filius.Volater. lib.23.commentar.cap. Neruam.fol.264.col.2.in medio.

Defuncto Imperatore Antonino, cæperunt Imperare eius duo filij Marcus Aurelius,& Antoninus, & Elius verus anno Domini. 160. & ab Vrbe condita.911. refert Gerard.de Mercato.in d.demonſtr.tempo.pag. 164.

Marcus

Marcus Ælius Antoninus Imperator fecit in vita sua Cæsarem commodum Lucium Antoninum eius filium anno Domini. 182. Volater. in d. cap. Neruam. fol. 265. colum. 1. in medio,& sequen. in princ. traditur in d. 6. ætate. fol. 115. col. 1.

Mortuo Imperatore Lucio Septimo Seuero Pertinax successit in Imperio eius filius Basianus Antoninus Caracalla anno Domini. 213. Volate. in d. cap. Neruam. fol. 266. colum. 1. in medio. idem habetur in d. chronica generali ætum Mundi. 6. ætate. fol. 117. & Illesc. 1. part. histor. pontif. lib. 1. c. 19 fol. 37. col. 3.

Defuncto Imperatore Antonino Heliogabalo, fuit electus in Imperatorem Alexander Seuerus eius consobrinus. anno Domini. 223. Volater. in d. cap. Neruam. fol. 166 col. 2. in med.

Imperatore Claudio. 2. mortuo successit in Imperio eius frater Quintillo anno Salutis nostræ. 272. Volater. in d. cap. Neruam. fol. 268. col. 2 ad finem.

Annio Tacito Imperatore mortuo successit in Imperio Florianus eius frater. Volater. in eod. cap. Neruam. fol. 269. col. 1. post med.

Probo Imperatore mortuo successit in Imperio Numerianus eius filius maior: & post Numerianum in Imperio Carinus eius frater prope annum Domini. 286. Volate. in d. fol. 269. col. 2. in princ.

Defuncto Imperatore Cōstantino. I. Caliàs Constantio) successit in Imperio eius filius Constantinus Magnus: & postea à toto Senatu Romano Augustus fuit declaratus anno Salutis nostræ. 309. refert Alfonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 151 colum. 2. vers. Constantinus. Volater. in. d. cap. Neruam. fol. 269. colum. 2. post medium, & fol. 270. colum. 1. idem traditur in. d. 6. ætate fol. 129. col. 1. de isto Imperatore Constantino Magno legitur, quòd suos filios Imperatores fecit, & etiam vnum suum consobrinum, vt post eius mortem imperarent. Volater. in d. fol. 270. col. 2. & in d. 6. ætate fol. 129. colum. 1. & Tiraquell. in princ. tituli. C. de reuo. don. pag. 1. num. 1.

De Valentiniano Imperatore legitur, quòd Valentem eius fratrem sibi socium Imperij fecit. anno Domini. 367 Volater. in d. c. Neruam. fol. 271. col. 2.

Mortuo Imperatore Theo

do-

dosio, ſucceſſerunt in Imperio Archadius, & Honorius eius filij anno Salutis noſtræ. 407. quos ipſe tribus annis ante ſuam mortem conſortes ſibi Imperij fecit, & tempore ſuæ mortis ſucceſſores reliquit. Volater. in d. fol. 271. colum. 2. in fine author chronicæ generalis ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 134. col. 1. in medio. Illeſc. 1. part. hiſtoriæ pontif. lib. 2. cap. 8. de vita Anaſtaſij. I. Papæ. 41. fol. 69. col. 2. & in cap. 17. de Gothis. fol. 86. colum. 1.

Mortuo dicto Archadio ſucceſſit in Imperio Occidentali Theodoſius. 2. eius filius. Illeſc. in d. lib. 2. cap. 10. de vita Socini Papæ. 43. fol. 72. colum. 4.

Præterea tempore quo deceſſit Imperator Iuſtinus Anno Domini. 530. reliquit Imperium Iuſtiniano. I. Nepoti ex fratre, Quem durante eius vita Cæſarem fecit, & conſortem Imperij, & caput eius diadema Imperiali ornauit, aliaquè inſignia imperij tradidit. quod legitur in vita ipſius Iuſtiniani. poſita in princ. inſtitutio. col. 6. in medio. idem refert Illeſc. 1. part. pontif. lib. 5. cap. 7. de vita Fælicis. 4. Papæ. 56. fol. 96. col. 4. in medio & in cap. 8. de vita Bonifatij. 2. Papæ. 57. fol. 97. col. 2. in fine. Mortuo Imperatore Iuſtiniano. 1. ſucceſſit ei in Imperio Conſtantinopolitano Iuſtinus. 2. eius Nepos natus ex eius filia. Illeſc. in d. 1. part. lib. 3. cap. 13. de vita Pelagij I. Papæ. 62. fol. 111. col. 3. in medio.

Mortuo Imperatore Tiberio. 2. anno Domini. 590. ſucceſſit in eius locum in Imperio Orientali Mauritius Imperator, qui erat gener d. Imperatoris Tiberij. 2. Illeſc. d. lib. 3. cap. 16. de vita Pelagij. 2. Papæ. 65. fol. 115. col. 2. & lib. 4. c. 1. de vita Greg. 1. Papæ. 66. fol. 122. col. 1.

Mortuo Heraclio ſucceſſit in eius locum Conſtantinus. 3. qui alias iunior fuit vocatus eius filius anno Domini. 643. & Heracliona eius ſoror Volaterran. lib. 23. comment. §. Martianus. fol. 273. col. 2. & author chronicæ ætatum Mũdi. 6. ætate fol. 154. colum. 1. Illeſc. 1. part. pontif. lib. 4. c. 9. de vita Theodori I. Papæ 75. fol. 140. col. 2.

Defuncto Conſtantino 3. filio d. Imperatoris Heraclij ſucceſſit in Imperio eius filius conſtans huius nominis 2. Illeſc. in d. cap. 9. de vita Theodori 1. Papæ 75. fol. 140 colum. 3. Mortuo Conſtante

2. Imperatore anno Domini. 677. successit in Imperio Cõstantinus. 4. eius filius, aliàs Iustinianus. 2. cognomento Pogonato, aut Barbuto. Volater. in d. cap. Martianus fol. 273. colum. 2. post medium. Illesc. in d. lib. 4. c. 13 de vita. Adeodati. Papæ 79. fol. 144. colum. 4. & cap. 18. de vita Ioannis. 5 Papæ 84. fol. 148. colum. 2. Constantino. 4. Imperatore defuncto, successit in Imperio eius filius Iustinianus. 2. alias Iustinus. Volater. in d. c. Martianus. fol. 275. colum. 2. in fine, & sequen. author chronicæ ætatum Mundi. 6. part. fol. 157. in princ. & fol. 158. colum. 1. Illesc. in d. c. 18. fol. 148. col. 2.

Mortuo Imperatore Thedosio imperauit in imperio Leo 3. vna cum filio suo anno Domini. 716. Volateran. lib. 23. commentar. cap. Martianus. fol. 274. col. 1.

Post Leonem Tertium successit in Imperio Constantinus Quintus eius filius. Et mortuo Constatinus Quintus successit in eodem Imperio Leo Quartus eius filius. Et Leone 4. mortuo successit in eodem Imperio Constantinus. 6. eius filius. Volater. in d. cap. Martianus. fol. 274. colum. 1. post medium. idem habetur in chronica generali ætatum Mundi. 6. ætate fol. 164 colum. 1. Illesc. 1. par. histor. pontif. lib. 4. cap. 32. de vita Adriani 1. Papæ. fol. 181. col. 4.

Nizephoro Imperatore mortuo prope annum 813. successit in Imperio Orientali Stauratius eius filius. Illesc. in d. lib. 4. cap. 33. de vita Leonis. 3. Papæ. fol. 187. col. 3. in princ.

Michaele Thraulo Imperatore mortuo anno. 844. successit in Imperio Orientali Theophilus eius filius Mortuo Theophilo successit in eodem Imperio Michael eius filius cum Theodora eius matre anno Domini. 878. Volater. in d. fol. 274 colum. 2. Illesc. in. d. lib. 4. cap. 38. de vita Gregor. 4. Papæ. 103. fol. 198 colum. 4. in medio. & cap. 40. de vita Leonis. 4. Papæ. 105. fol. 202. col. 4.

Imperator Basilius Mazedo anno. 889. tempore suæ mortis reliquit Imperium suis duobus filijs Leoni. 5. & Alexandro, & mortuo dicto Leone reliquit Imperium dicto Alexandro suo fratri, ei commendans filium suum paruum Constantinum Septimum cui postea ipse Alexander totum Imperium reliquit

anno. 905. Volatera. in d. lib. 23. commentar. cap. Martianus. fol. 274. colum. 2. in fine. Alij verò dicunt, quòd mortuo dicto Imperatore Baſilio ſucceſſit in eodem Imperio ſolus Leo. 5. eius filius. Illeſc. in dicto lib. 4. cap. 48. de vita Martini. 2. Papæ. 110. fol. 212 col. 1.

Conſtantino Septimo Imperatore mortuo ſucceſſit in Imperio eius filius Romanus Iunior, qui cum Patre regerat prius imperium. Volateran. in d. cap. Martianus. fol. 275. colum. 1. in medio. Illeſc. in d. lib. 4. cap. 67. de vita Martini 7. Papæ. 135. fol. 222 col. 4.

Similiter mortuo Imperatore Arnulpho Anno Domini. 903. aut 899. ſucceſſit in Imperio Occidentali hoc eſt Romanorum Ludouicus huius nominis. 4. eius filius. habetur in chronica ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 174. colum. 1. Volateran. lib. 3. commentar. cap. de Pipini, ac Carolorum Genere fol. 21. colum. 2. in fine. & lib. 23. cap. poſt Arnulphum. fol. 277. colum. 1. in fine. Illeſc. in d. lib. 4. cap. 51. de vita Stephani. 6. Papæ. 115. fol. 214. colu. 2. in fine. cum ſequen.

Alexius Commenus Imperator filius Emanuelis Imperatoris Grecij Imperij ſucceſſit in Imperio Paterno Anno Domin. 1181. traditur lib. 12 ſupplemen. chronica. fol. 337. colum. 1. in fine. Et mortuo ipſo Imperatore Alexio ſucceſſit in eodem Imperio Colo Ioannes Commenus eius filius Anno Domini. 1190. refert Volateran. lib. 23. commentar. cap. Martianus folio 276. col. 1.

Mortuo Imperadore Conrado ſucceſſit in Imperio per electionem Henricus Secundus eius filius Anno Domini. 1039. Volateran. in d. lib. 23. commentar. cap. poſt Arnulphum. fol. 278. colum. 1. poſt medium. traditur lib. 12. ſupplement. chronic. fol. 316. colum. 2. verſi Henrique deſte nombre. 2. Defuncto Imperatore Henrico prædicto, fuit etiam electus in Imperatorem Henricus. 3. eius filius Anno Domini 1057. traditur in d. lib. 12. ſuppleme. fol. 318. col. 2. verſ. Henrique. 3. & in chronica ętatum Mundi. 6 ætate. fol. 192. col. 1. Similiter mortuo eodem Imperatore Henrico. 3. fuit electus in Imperatorem Henricus 4. eius filius anno Domi. 1108. traditur d. l. 12. ſupple. chron. fol. 325. col. 1. verſ Henrique. 4.

eo defuncto successit in eodem Imperio per electionem Henricus 5. eius filius, traditur in d. 6. ætate fol. 197. colum. 1.

Proinde mortuo Imperatore Corrado fuit electus in Imperatorem Federicus 1. eius filius anno Domini. 1154 habetur in d. lib. 12. supplemen. fol. 332. col. 1.

Defuncto Imperatore Carolo 4. (filio Ioannis Regis Boemiæ) anno Domini. 1370 aut. 1379. fuit electus in Imperatorem Venceslaus eius filius maior, quam electionem fecerunt Principes Germani de voluntate, & consensu ipsius Imperatoris Caroli. 4. Volater. lib. 23. comment. c. Martianus fol. 279. col. 2. in fine. & in d. 6. ætate. fol. 233. col. 1. & lib. 13. supplemen. fol. 379. col. 2. in fine.

Viuente Imperatore Federico. 3. fuit electus in Imperatorem eius filius Maximilianus Dux Austriæ, & Burgundiæ, traditur in d. chronica generali ætatum Mundi. 6. ætate fol. 258. col. 1.

Denique, & certo certius scimus, quòd per quàm Catholicus, ac inuictissimus Dominus Noster Carolus Quintus Hispaniarum Rex (Pater Domini Nostri Regis Cattholici Hispaniarum Philippi Secundi) fuit electus in Imperatorem Romanorum (qui etiam fuit Nepos, atque Pronepos Imperatorum Maximiliani, & Federici 3. Eius vita durante atque Imperio fuit electus in sequentem successorem Imperij Ferdinandus eius charissimus Frater. Et similiter fuit declaratus in successorem eius vita durante Maximilianus affinis Regis Nostri Cattholici filius ipsius Imperatoris Ferdinandi. Et etiam eo viuente fuit declaratus in successorem suum atque Imperij Rodolphus.

Omnia enim, quæ dicta sunt, non tantum procedunt, quando imperium Orientale, & Occidentale erant apud vnum tantum imperatorem, vt ex supradictis
4 constat. Sed etiam † idem fuit, quando imperium in duos imperatores fuit diuisum, nempe in imperatorem imperij Orientalis, & imperatorem imperij Occi-
5 dentalis. Nam † primi imperatores, qui inter se diuiserunt imperium, fuerunt Imperator Constantinus Primus (alias Constantius,) qui fuit Pater Imperatoris Constantini Magni, & Im-

pe-

perator Maximianus Galerius, qui semel imperauerunt prope annum. 307. aut 308. à principio sui imperij. prout refert Volaterranus libr. 23. commentar. verba. capit. Neruam.folio.269. column. 2. post medium. Illesc. 1. part. historiæ Pontifical. libr. 1. capit. 33. de vita Marcelli Primi Papæ. 31 folio 47. column. 3. Similiter, & anno. 800. fuerunt magnæ discordiæ in electione Imperatoris, & à Leone Tertio Summo Pontifice
6 iussum fuit, † quod duo imperatores essent, vnus in Occidente, & quòd eius imperium appelletur Romanorum, & quòd hic primus imperator esset Carolus Magnus ob eius egregias virtutes, & merita, & quòd in Oriente imperaret Nicephorus (qui fuit Frater Imperatoris Leonis Quarti,) ita Volaterran. in dicto libr. 23. commeutar. capit. hic finis. folio. 277. Illesc. 1. part. historiæ Pontifical. libr. 4. capit. 32. de vita Hadriani Primi folio 181. column. 4. in fine, & cap. 33. de vita Leonis Primi Papæ. folio 186. column. 3. in medio. Et inter eosdem imperatores postea sic concordatum fuit, & quilibet eorum possedit suum imperium, prout idem Volateran. testatur in dicto libr. 23. capit. Martianus. folio 274. column. 1. in fine. Quin, & antequam hæc diuisio Imperij fieret inter Carolum Magnum, & Nicephorum, sciendum est
7 etiam, † quod Vrennis Imperatrix Constantinopolitana missis in Italiam legatis cum Carolo Magno pacem, & fœdus init, & Imperium inter se his terminis diuiserunt, quòd Irennis, & Italiæ parte potiretur, quæ ad dexteram Neapoli incipit cum Regno Siciliæ. Reliqua Italiæ pars Carolo Magno ex fœdere obtigit. Et cum Nicephorus Patritius egrè ferens mulieris Imperium cum eam dolo captam Lesbrim in exilium missit, fœdus renouauit hic Nicephorus initum cum Carolo Magno Imperatore, ex Platina in vita Leonis 3. Papæ. in fine. folio 48. comn. 1. in fine.
8 Vbi, & ait, † quòd ipse Carolus Magnus declaranit, & assignanit fines amborum Imperiorum, quibus ipsa imperia diuiderentur. Quod etiam copiosè refert Illesc. 1. part. historiæ Pontificalis. lib. 4. cap. 33. de vita

Leonis.3.Papæ.fol.185.col.3
& 4.& fol.186.colum.3.& 4.
Eandem etiam diuisionem
imperiorum fecerunt anno
Domini. 812. idem Impera-
tor Carolus Magnus,& Impe
rator Michael Curupaletes.
Volater.in d.lib.23.commen
ta.cap.Martianus.fol.274. co
lum. 2. in princ. Traslatum-
9 què fuit † postea hoc Impe-
rium Romanorum ad Ger-
maniam iussu Gregor.5. Ma-
ximi Summi Pontificis, qui
nominauit septem electores
Imperatoris Romani, vt co-
piosè dicemus in 8. part. hu-
ius quæst.2.num.3. inter Im-
10 peratores † etiam Romanos,
qui possiderunt imperium
Orientale successum non so-
lum fuit iure sanguinis, tam
voluntate sola ipsorum impe
ratorum,quam electione sola
militum eligentium impera-
torem ab illo anno.812.& se-
quent.(vt ex supradictis con-
stat) Sed etiam inter Impera-
tores Occidentalis Imperij,
(quod est in his partibus Eu-
ropæ, & vocatur Imperium
Romanorum (vt nunc dixi-
mus) ab anno Domini. 800.
& sequent.) eodem iure san-
guinis successum fuit in eo-
dem imperio. Et inter solos
descendẽtes ipsius Caroli Ma
gni, qui in eodem imperio
Occidentali successit à dicto
anno 800. iure sanguinis suc
cessum fuit inter eius aliquos
descendentes,qui fuerunt Im
peratores per spatium 100.
annorum. Et præsertim hoc
fuit obseruatum in Ludouico
Pio filio ipsius Caroli Magni,
& in Lothario eius filio,quem
successorem declarauit ipse
Ludouicus Pius in sua vita,
& etiam in Ludouico 2. Et
Carolo Caluo, & Ludouico
Baluo, Carolo Crasso, & in
Arnulpho, qui omnes etiam
fuerunt Reges Franciæ, quod
refert Sanctus Thomas lib. 3.
de regim. princip. cap. 19. &
particulariter Volater. lib. 3.
commenta.cap.de Pipini, ac
Carolorum genere.fol.20.co-
lum.2.vsque ad fol. 22. colu.
1.& lib.23. cap. hic finis. fol.
277.colum. 1. in fine. author
chronicæ generalis ætatum
Mundi.6.ætate. fol. 169. co-
lum.1.& author supplement.
chronica.fol.304.colum.2.&
sequent. Illesc. lib.4. dictæ.1.
part.pontifical.cap.33. de vi-
ta Leonis 3.Papæ.98.fol.187
col.2.in fine.& cap.34. de vi-
ta Stephani. 4. Papæ. 99. fol.
188.colum.3. & cap.35. de
vita Paschalis. 1. Papæ. 100.
fol.189.col.3. Et quæ dicta
sunt circa successionem Im-
peratorum iure sanguinis,

non solum habent locum, ac obseruata fuerunt quousque Romanorum Imperium trãslatum fuit ad Germanos, sed etiam idem fuit, postquàm electio pertinuit ad septem Principes Germanos Electores Imperij, nam etiam in hoc casu fuerunt multi Imperatores, qui successerunt in Imperio Romano morte suorum parentum, seu consanguineorum, qui etiam fuerunt Imperatores Romani. Quod sic constat nã vltimus Imperator Romanorũ, qui à Romanis in stante Papa Agapito electus fuit, vocabatur Henricus. 1. qui obijt anno Domini. 931. Cui successit in Imperio anno eiusdem Domin. 945. eius filius Otton, qui fuit primus Imperator Germanorum, & durante eius vita, hic Otton coronauit in Germanorum Regem Ottonem eius filium, cum esset. 7. annorum; & à Ioanne. 17. Summo Pontifice apud Basilicam Lateranensem diademate imperiali regioque fuit vnctus: & postea ambo simul per plures annos fuerunt imperatores, traditur in d. 6. ætate. fol. 179. colum. 1. in princ. Volateran. lib. 23. commenta. cap. post Arnulphum. fol. 277. colum. 2. in medio. Mortuo dicto Ottone. 1. eius filius Otton. 2. tanquàm Rex Germanorum solus administrauit imperium ab anno Domini. 975. vsque ad annum. 984. in quo decessit ipse Otton. 2. Et post ipsum Ottonem. 2. successit in Imperio Otton. 3. eius filius eodem anno Domini. 984. habetur in d. 6. ætate fol. 182. colum. 1. in princ. Volater. in d. cap. post Arnulphum. fol. 277. colum. 2. in fine. Illesc. in 1. part. histo. pontif. lib. 4. cap. 72. de vita Ioannis. Papæ. 136 fol. 228. colum. 2. Alfonsus Guerrero in loco hic statim citando. Quæ omnia esse vera constant ex Beato Thom. lib. 3. de regimine principis. d. c. 19. in fine. Vbi singulariter tenet, quòd etiam in Imperio modus succedendi in eo fuit diuersus, quia vsquè ad tempora dicti Caroli Magni in electione Imperatoris Constantinopolitani seruabatur modus antiquus. Quia aliquando summebantur de eodem genere, aliquando aliunde, & aliquando per vltimum Imperatorem fiebat electio aliquando per exercitum, & quòd electo Carlo Magno cessauit electio, & per successorem assumebatur de eodem genere, vt semper primogenitus esset imperator, & quòd

hoc durauit vſque ad. 7. generationem, & quòd ea deficiente, tempore Ludouici à Carolo ſeparatur, cùm Eccleſia Romana à Romanis vexaretur, creatus fuit Otton primus Dux Saxonum in Eccleſiæ Romanæ ſubſidium: & quòd liberata Eccleſia Romana à vexatione Longobardorum, & Romanorum, ac Verengarij, in Imperatorem coronatur à Leone. 7. Summo Pontifice (Natione Germanus) qui Imperium tenuit vſquè ad tertiam generationem quorum quilibet vocatus eſt Otton: & quòd ex illo tempore per Gregorium. 5. Maximum Pontificem prouiſum eſt, quòd electio Imperatoris per 7. Germaniæ Principes fieret: & quòd hic modus eligendi durauit, quantum Romana Eccleſia expediens iudicauerit, quæ ſupremum gradum tenet in Principatu Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Hactenus Diuus Thomas in dicto loco, refert plura in propoſito Alfonſus Guerrero in Theſauro Chriſtianæ Religionis. cap. 16. an Principatus Summi Pontificis Romani ad temporalia ſe extendat. num. 13. & ſequent. pag. 113. & ſequent.



SVM-

SVMMARIVM OCTAVAE PARTIS

Huius Secundæ Quæstionis.

1 *Consuetudo, quòd in regnis succedatur iure sanguinis est generalis ferè totius Orbis in tantum, quòd in eis non cadit diuisio ēt inter fratres, sed tantum in eis primogenitis succedit, & nu.* 2.

3 *Imperatores non succedunt in imperio iure sanguinis, sed per electionem. Et ibi plura de trāslatione imperij ad Germanos, & de eorum electoribus.*

4 *Regno Poloniæ succeditur electione à sua fundatione.*

5 *Regnis Vngriæ, & Bohemiæ succeditur electione, & non iure sanguinis.*

6 *Venetiæ, ac Ianuæ monarchijs duces electione creantur, & non iure sanguinis.*

7 *Venetiæ Ciuitas à sua fundatione fuit per Tribunos gubernata.*

8 *Veneti non subsunt Imperatori. Et à quo tempore sint ab Imperio exempti.*

9 *Venetia qualiter fuerit fundata.*

10 *Ianuæ Ciuitas à quibus gentibus fuerit debellata, & n.* 11.

12 *Regno Æthiopiæ electione succeditur, & nu.* 16.

13 *Aethiopia dicitur ab Æthiope Vulcani filio, & nu.* 17.

14 *Æthiopes primi mortalium fuerunt.*

15 *Aethiopiæ Rex vocatur el Preste Iuan, qui habet sub se.* 72. *Reges tributarios.*

18 *Aethiopiæ gentes fuerunt primi Christiani.*

19 *Regno Gothorum antiquissimo succeditur electione, & non iure sanguinis.*

20 *Regno Tartarorum succeditur electione, & non iure sanguinis.*

21 *Regno Arragozæ electione tantum succeditur.*

22 *Regno Soldanorum electione succeditur, & non iure sanguinis.*

23 *Regno Sydoniæ succeditur electione alicuius personæ de stirpe Regia.*

23 *Regno Spartanæ succeditur electione.*

25 *Spartanæ Regnum Lazedemoniæ Regnum antiquitus vocabatur. & quare hodie nominetur Sparta.*

26 *Regno Lacedemoniæ electione*

succede-

succedebatur.
27 *Regno Tranæ Reges per electionem fiunt.*
28 *Regno Franconiæ Orientalis olim electione succedebatur.*
29 *Regno Traprobanæ Rex suffragio omnium creatur.*
30 *Regno Fez succeditur per electionem, & non iure sanguinis.*

OCTAVA PARS

Huius

QVAESTIONIS SECVNDAE.



AD propositum nostrum reddeundo (vt ad Octauam partem huius secundæ quæstionis accedamus) à quo non sine magno studio, & labore digressi fuimus. Dici-
1 mus etiam, † quòd prædicta consuetudo succedendi in Regnis iure sanguinis perpetuæque consuetudinis, & non per electionem Magnatum, nec populorum, generalis est ferè
2 totius Orbis † tantumquè in eis primogeniti succedunt, exclusis suis fratribus ex supradictis. Quia regnum est indiuisibile, & duos non capit. Guid. Pap. quæst. 446. latè Guillerm. Bened. in cap. Raynuntius de testament. verb. in eod. testament. relinquens in. 1. num. 158. cum sequentib. Petr. Rebuff. & alij Docto. qui tenent eandem sententiam, quos iam citauimus in præsenti quæstio. 2. in 1. part. eius nu. 10. & sequent. Præterquã in Monarchijs, ac Regnis sequentibus.
3 Et in primis dicimus † quòd de iure imperatores non succedunt in imperio iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis de patre in filium, & de consanguineo in consanguineum proximiorem, sed de iure electionis succedunt in imperio, eumquè tantum eligunt septem Germaniæ Principes perpetui. Quod stabilitum fuit à Gregor. 5. Maximo Summo Pontifice Anno Salutis nostræ. 994. (aliàs Anno Domini. 1002.) qui ad Alemanos transtulit imperium ab Oriente, & hij Principes perpetui electores Germanici sunt Maguntinus Treue-

rensis, & Coloniensis Præsules, & Marchio Brandeburgensis, Comes Palatinus, & Dux Saxoniæ: quibus componendæ discordiæ causa additus est Bohæmiæ Rex, vt constat in cap. venerabilem, vbi glos. de elect. glos. in cap. in apibus verb. vnus 7. quæst. 1. l. 8. in princ. tit. 1. part. 2. notat Alfonsus Venero in Enchiridion temporum. fol. 83. colum. 2. Iason. in. l. licet Imperator. in princ. num. 2 ff de leg. 1. Platina in vita d. Gregor. 5. fol. 60. colum. 2. Volateran. lib. 23 commenta. cap. post Arnulphum. fol. 277. colum. 2. in fine. & lib. 22. fol. 252. colum. 2. in fine. tradit author chronicæ generalis ætatum Mundi. 6. ætate, folio 183. & sequent. (vbi ponit figuras huiusmodi electorum, & modum etiam electionis & fol. 178. colum. 1. refert plura de translatione Imperij ad Germanos) & author supplemen. chronica. lib. 12. fol. 311 colum. 2. (vbi ait, ita fuisse obseruatum vsquè in hodiernum diem.) Ioann. Bodin. lib. 6. Republicarum. cap. 5. Hieronym. Roman. in republicis. in lib. de Republica Gentilica. cap. 1. fol. 4. & alibi sæpè traditur, & nos etiam idem annotauimus in 7. part. huius 2. quæst. num. 9. dum ibi egimus de translatione Imperij Romanorum ad Germanos. Circa huiusmodi electores, & Principes Germaniæ plures leges statuit Carolus. 4. Imperator sua Bulla aurea) incipiẽte, omne regnum in se ipsum diuisum.) ad eorum perpetuam vnitatem conseruandã factam anno Domini. 1356. quam ad literam refert Cuiacius. lib. 5. de feudis. pag. 277. & sequent. Et ita esse Imperatorem est fortunæ, vt dixit. Marc. Anton. Sabellico in commentationibus Suetonij Tranquili in vita Caij Calligulæ Cæsaris. lib. 5. in princ. fol. 198. col. 1. post princ. tit. de patre Claudij, & eius gestis.

4 Secundò in Regno † etiam Poloniæ ab initio suæ erectionis succeditur per electionem, & non iure sanguinis, Magnatesquè, & populi illius Regni sibi Regem eligunt, Ioannis Bodinus in Republicis lib. 6. cap. 5. Hieronymus Romanus in Republicis lib. fin. de republica Septentrionali. cap. 7. colum. 1. fol. 354. & prius lib. 4. de republica Gentilica. fol. 4. colum. 3. in fine. Licet aliqui authores teneant contrarium, vt diximus in 2. part. huius

2.quæst.nu.56.versi. Et in Regno Pollonia.

5 Tertiò in Regno † Vngriç & Bohæmiæ secundum aliquos succeditur per electionem, & non iure sanguinis, Franciscus Sansouinus de guberno Regni.lib.9.fo.79.Hieron.Roma.in d.lib.fi.de republica Septentrionali.c.7.col.1 fol.354.& lib.4.c.1.col.3. Io. Bodin.in d.c.5.lib.6.Laur.Surius in commentar.rerum gestarum in Orbe ab anno Domini.1550.vsquè ad annum. 1568.pag.194.Sed re vera, respectu Regis Bohæmiæ iam hoc decisum est à Carolo. 4. Imperatore, & Rege Bohæmiæ, qui suis priuilegijs concessit regnicolis regni Bohemiæ, vt solum in casu vacationis, habeant ius eligendi sibi Regem iuxta tenorem ipsorum priuilegiorum, vt idē Imperator Carolus Quartus Rex Bohæmiæ suo Edicto. generali relatoper Cuiatiū lib 5.de feudis.pag.251.inmedio

Quartò Dux Venetorum

6 † de consuetudine inueteratissima creatur in Senatu Veneto. Idem etiam est in Duce Ianuensi.Quia hij duo Duces non sunt propriè domini, sed habent quandam præhemineneniam in Consilio à populo exquirendo.refert Bald.in. l.decernimus.C.de sacr.sanct. Eccles.Purpura.in l. quæcunquè.num.76.& 146.ff. de offic. eius Boer. de author. magni consil.num.107.in fine. Franciscus Sansouinus in libris de regno. libr. 19. folio 159.colum.1. in princ. Ioan. Dayma.in prohæm. pragma. sanctio.fol.6.colum. 3. versic. comitibus.Volateran. libr. 4. commentar.vrbano.cap. de rebus Venetorum.fol.39.col. 2.& sequent. plurib. traditur lib.12.supplement.chron.fol.

7 315.colu. 2. A principio † & fundatione sua hæc Ciuitas Veneta gubernabatur per Tribunos, & post aliquot annos cum viderent, quòd ille modus gubernationis per Tribunos, nòn eis conueniebat, decreuerunt, eligere vnum Principem, qui eos regeret; cui noluerunt imponere nomen Regis, ne in futurum eis suam libertatem tolleret, sed eum vocauerunt Ducem, cui suam limitauerunt potestatem, taliter quòd in eo tantum haberent Ducem ad eorum defensionem cōtra suos inimicos, & non tyrannum, qui eorum tanquam de seruis dominaretur, quæ omnia refert Illesc.1. part. histor. pontif.lib.4.cap.21. de vita Ioannis.6.Papæ.87.fol.151.colu.

4. &

4.& sequen.& nos in hoc com mentario.quæst. 1. num. 19. Primus Dux Venetorum creatus fuit Paulus Lutius (aliàs Paulus Heracliensis) prope annum Domini. 720. traditur in chronica generali ætatum Mundi 6.ætate fol. 161. colum.2. Illesc. in d. cap.21. de vita Ioannis. 6. Papæ. fol. 152.colum.1.Vnum tamen aduerto memoriæ dignum circa libertatem,& exemptionem Venetorum, quòd licet Bart.& Doctor.in diuersis lo-
8 cis dicant † quòd Veneti sunt in quasi possessione libertatis, quàm præscripserunt contra Imperatorem, vt ei non subsint, vt resoluit Iason. in l. ex hoc iure.num.26. ff. de iusti. & iur.& in l.1.C.de sum.Trinit. 1.lectu.num.11. Tamen ab authoribus grauissimis cōstat,quòd Imperator Carolus Magnus fecit pacem cum Venetis, eisquè tunc priuilegium concessit, quòd deinceps nullatenus essent subiecti imperio, & quò suis proprijs legibus gubernarentur. refert Volateran.lib.23.commentar. cap. Martianus. fol. 274. colum. 1. in fine. Illesc. in d.lib.4.cap.33.de vita Leonis. 3.Papæ.98.fol.186.col.3. Quam exemptionem Venetianis iussit seruari Michael Curupaletes Imperator Imperij Orientalis paulo post annum. 812. ita Volateran. in d.cap.Martianus.fol.274.colum.2. in princ.In hac enim potentissima Ciuitate Venetiarum fuit translatum corpus Sanctissimi Marci Euangelistæ prope annum 840. cum antea esset in Ciuitate Alexandrina, vbi ipsius Ciuitatis Episcopus fuit,& plura de eius sanctissima translatione videre licet per Illesc. d. lib.4.cap.38. de vita Gregor. 4.Papæ.103.fol.197. colum. 3.& sequent.Ciuitas hæc Ve-
9 netiarum † fuit fundata prope annum Salutis nostrę.450 hoc modo.Nam cùm Atthila Rex Hunnorum in Italiam venisset à suo Regno Vngriæ ad destruendam sanctissimam Ciuitatem Romanam, quæ erat caput Imperij, & postquam castramentatus fuit nobilissimam Ciuitatem Aquileyæ,& cùm ipsam ciuitatem haberet post duos annos valdè afflictam, ipsius Ciuitatis ciues diuites,& aliarum Ciuitatum propinquarum,nempe Ciues Veronæ,Vicentiæ, Paduæ, & aliarum Ciuitatum ab eis fugerunt metu ipsius Atthilæ Regis Hunnorum cum suis vxoribus,& filijs familijs,ac diuitijs, & fundaue-

runt in certis insulis paruis, quæ erant in quodam lacu prope Ciuitatem Paduæ in quibus ingrediebantur multi fluij in quodam sinu Maris Adriatici, ab his enim populationibus habuit initium, ac originem illa admirabilis Ciuitas Venetiæ: & à paruus initijs facta est Ciuitas explédidissima totius Mundi, refert copiosè Illesc. lib. 2. primæ partis historiæ Pontificalis cap. 14. de vita Leonis. 1. Papæ. 78. colum. 3. & sequen. post Calepin. in dictionario vltimo locorum. verb. Venetiæ, & Añton. Nebrisensem eod. verb. in vltimo dictionario, quod nos etiam annotauimus in. 1. quæst. huius commentarij. num. 19. De nobilissima Ciuitate Ianuæ scien-
10 dum est, † quod Anno Domini. 939. Sarraceni Affricæ debellauerunt illam, eamque destruxerunt, & truncauerunt capita omnium eorum, qui eos resistere voluerunt, ab eaquè fugerunt cum infinitis spolijs ditissimis, donec postea iterum fuit populata, refert Illesc. 1. part. histor. pontif. lib 4. cap. 66. de vita Leonis. 7. Papæ 129. fol. 221. colum. 3. Ciuitas hæc Ianuæ fuit
11 etiam † occupata per Ducem Millam Iuanem Galeazo prope annum Domini. 1350. qui etiam fuit Archiepiscopus Mediolanensis, post aliquot aliquot annos se subtraxit ab obedientia Bernabi, & Galeazi de Viscontis Ducum Mediolanensis status, refert author supplement. chron. lib. 13. fol. 378. Volateran. lib. 4. commentar. cap. res Mediolanensium. fol. 34. colum. 1. post medium Platina in vita Clement. 6. Papæ. fol. 99. colum. 2. & in vita Innocent. 6. Papæ. fol. 100. colum 2. & sequent. & in vita Vrbani. 6. Papæ fol. 103. colum. 2. Denique, & post annum. 1435. Dux Mediolani Philippus Maria iterum recuperauit dictã insignissimam Ciuitatem Ianuensem cum toto eius Comitatu, & iurisdictione. Volateran. in d. cap. res Mediolanensium. fol. 35. colum. 1. & author. supplement. lib. 14. fol. 105. colum. 2. Anno tamen Domini. 1449. Ianuenses se reuelauerunt contra ipsum Ducem Mediolanensem Philippum Mariam, & se subtraxerunt ab eius obedientia, & in libertatem se reduxerunt, inter se eligendo 6. Ciues senes sapientissimos, & ditissimos, quibus summã potestatem, ac arbitrium eos administrandi, & gubernan-

di concesserunt, & in suum nouum Dncem eligerũt Thomam Campifregosi, qui fuisset caput eorum, notat Volaterran. in d. cap. res Mediolanensium. fol. 35. colu. 1. post medium. author supplement. lib. 15. fol. 414. col. 1.

Quinto in Regno Æthio-
12 piæ † Rex, & Sacerdotibus eligitur, ita Ioan. Boemus de moribus omnium gentium lib. 1. cap. 4. colum. 2. post me-
13 dium Æthiopia † enim dicitur ab Æthiope Vulcani filio Volaterran. lib. 12. commentar. cap. de Æthiope. in princ. fol. 137. colum. 2. post Plin. lib. 6. cap. 36. & Calepin. in vltimo dictionario locorum. verb. Æthiopia. & in verb. Aethiopos. Aethiopes enim (secundum aliquos) om-
14 nium † mortalium primi fuerunt, refert Ioan. Boem. in. d. libr. 1. de moribus omnium gentium. cap. 2. prope finem. & cap. 3. colum. fin. Regnumquè hoc Aethiopiæ est Regnum, quod vulgo dicitur Preste Iuan. Volaterran. d. lib. 12. commenta. cap. de Aethiope. fol. 138. colum. 1. Illesc. in. 2. part. histor. pontific. libr. 6. cap. 22. de vita Pij 3. Papæ. §.
15 1. colum. 8. in fine. Hic † Preste Iuan habet sub se. 72. Reges, qui ei obediunt, & tributa soluunt. habetur in chronica generali ætatum Mundi 6 ætate. fol. 197. col. 2. Vbi, & ait, quod in Regnis, & Imperio dicti Preste Ioannis præsident. 127. Archiepiscopi. Ioa: Boem. in d. lib. 1. de moribus omnium gentium. cap. 5. colum. 2. Aegyptios ab Aethiopibus oriundos. Aitquè etiam Illesc in d. loco, quòd omnes Reges Aethiopiæ descendũt per lineam rectam à Rege Salomone, & à Regina Saba (Regina inquam illius Re-
16 gni) & quòd † ab illius regni fundatione nunquàm defecerunt reges, qui in eodem regno succederent de Patre in filium, & de fratre, in fratrem
17 Aethiopia † dicta est à calore populorum, quos Solis vicinitats torret, nam quicquid ibi est, sub meridiano cardine est. traditur in chronic. generali ætatum Mundi. in. 2. ætate. fol. 14. colu. 2. & Calepin. in dictionario vltimo. verb. Aethiopia. in. 1. Proinde, & Franciscus Santius super Alziatùm. in emblema. 59. pag. 210. ait, Aethiopes, quia propinqui sunt Sidori Nigrorem habere ex eius vapore. Gentes enim huius regni Aethiopiæ
18 fuerunt primæ gentes, † qui Sanctissimam Fidem, ac Euágelium Domini Nostri Iesu

Christi receperunt ad instantiam Beatissimi Apostoli Matthæi, qui in illis partibus glorioso Martyrio coronatus fuit & sepultus, traditur in dicta chronica ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 197. (alias 107.) colum.2.& lib.8. supplemen. chronica.fol.202.colum.2.& lib.15.fol.441.colum.2. Vola terran.lib.12.commenta.cap. de Aethiope. fol. 139. colum. 1.in medio.Illesc.in.1.part histor.pontif.lib.1.cap.3.de vita Diui Petri,&aliorum Apostolorum.§.Mattheo.fol.24. colum.2. in fine. Author dictæ chronicæ generalis ætatum Mundi.in.d 6. ætáte.fol. 197. (alias. 107.) colum. 1. refert, quòd cum prædictis Apostolus Sanctissimus Thomas celebrasset Missam, eleuatis in Cœlum manibus iuxta altare immerso à tergo gladio occisus fuit mandato Regis illius Prouinciæ, & quòd statim Rex ipse morbo elephantiæ correptus, vitæ tedio se interfecit.Et primus qui sanctissimam fidem recepit in hoc Regno Aethiopiæ fuit eunuchus Reginæ Aethiopiæ cognomento Candaces, qui erat potens in illis partibus, & super omnes Gazas eius, qui cum venisset in Hierusalem adorare, & reuerteretur in patriam sedens super currum suum, legens Prophetam Esaiam, miraculose Beatus Philippus Apostolus eum bapticauit, habetur copiose Act. Apostolo cap.8 post medium tradit author dictæ chronicæ generalis ætatum Mundi. 6. ætate. fol. 197. (alias 107.) col. 1.

Sextò, & in antiquissimo Imperio Regum Gothorum, quod ipsi possident in partibus Septentrionibus (nempè in Prouincia, quæ vocatur Gothia, prope Prouinciam
19 Datiæ, & Scythiæ) in quo † non succeditur iure sanguinis, sed per electionem deputatorum Regni, nisi ipsi eligant filium vltimi Regis defuncti, quia erat benemeritus. Hieronym. Romam in republicis. libr.1.cap.7. colum.1. fol.354. Licet in supplemento chronicarum.lib.9.fo.239 colu.2.& sequent. referantur multæ successiones delatas fuisse inter Reges antiquissimos Gothorum iure sanguinis. Postquàm verò infinitæ gentes Septentrionalium fuerunt per Mundum dispersæ, maximè per Regna Italiæ, Hispaniæ, Franciæ, & Vngriç, & habuerunt in suum secundum Regem Athanaricum Primum, semper fuit inter

eos successum de patre in filium, & reliquos consanguineos, quibus defficientibus, ipsi Gothi inter eos eligebant sibi Regem, vt copiosè habetur lib. 9. supplement. chron. fol. 240. & 251. colum. 2. & sequent.

20 Septimò, in Imperio † etiã Tartarorum Imperator, aut Rex ab eis creatur, vt constat ex modo creationis eius, ex Ioanne Boemo de moribus omnium gentium. lib. 2. cap. 10. de Tartaria. colum. 11. in fine. fol. 110. Ioan. Bodinus in Republicis. lib. 6. cap. 5. Licet à principio huius Imperij Tartarorum, iure sanguinis succedebatur, vt diximus in præsenti quæstione. part. 4. num. 128. versic. 48. in regno etiam.

21 Octauò, & † rector Monarchiæ Arragozæ, (quæ est in partibus Græciæ, & erat olim supremus, donec Turca cœpit ipsam Mouarchiam) nominabatur per electionem, secundum Franciscum Sansouinum in libris de gubernno regni. lib. 14. fol. 113. col. 1. in medio.

Nonò idem etiam obserua
22 tum fuit † in dominio Soldanorum. Hieronym. Roman. in republicis. lib. 4. de republica gentilica. cap. 1. fol. 5. colu. 2. in fine. Vbi idem Hierony. Roma. colum. 3. dicit, idem esse in eisdem Turcis, cum eis parum prodesset esse de descendentibus eorum, nisi Ianizeri id gratum semper haberent.

23 Decimò, & † Sidoni de stirpe regia regem eligunt. Hieronym. Roman. in d. cap. 1. fol. 4. colum. 2. lib. de republia gentilia.

24 Vndecimò, Dux † Spartanæ (qui olim erat Dominus Lacedemonum) per electionem eligebatur. Franciscus Sansouinus. in libris de guberno regni. lib. 5. fol. 124. colu. 2. Caputquè regni Spartanæ fuit Ciuitas Sparta, quæ olim nominebatur Lacedemonia,
25 † & postèa fuit vocata Sparta à Sparto filio Phoronei, qui eam reedificauit, à qua Ciuitate totum illud regnum fuit vocatum Spartana, & fuit vocata Lacedemonia à Lacedemonio filio Iouis, qui aliàs vocabatur Sparta. traditur lib. 3. supplement. fol. 27. colum. 1. & fol. 72. colum. 1. & in chronica ætatum Mundi. 4. ætate. fol. 54. colum. 2. Calepin. in dictionario vltimo. verb. Sparta. Et vndè Spartani habuerunt originem. traditur libr. 4. supplement. fol. 86. colum. 1. in fine. & in d. 4. ætate. fol.

54. colum. 2. in fine. Et de
26 Rege Lacedemoniæ † etiam legitur, quòd olim, & à sua fundatione gentes illius regni eligebant regem. Ioan.Boem. libr. 3. de moribus omnium gentium.cap.3.pag.1.& fina li. Volaterran. libr. 29. commentar.cap.de magistratibus Græcorum, & Romanorum. fol. 547. colum. 2. (dicens, quòd olim Lacedemonij sem per creabant regem perpetuum) Hieronym.Roman.in republicis.lib.4.de republica gentilica.cap.1.fol.3. colum. 4 in contrarium tamen videre licet, à nobis adducta in hac. 2. quæst. in 4.part.num. 59.& sequent. vbi aliqua con gessimus de hoc Regno Lacedemoniæ.. Huius Regni fuit Rex Cadmo, qui fundauit Ciuitatem Thebarum, refert Ioan.Bocac.lib.1.Cayda de Principes cap.6.

Duodecimo in Regno Tra
27 tiæ † Reges fiunt per electionem Ioan.Boem.in.d.c.5.lib. 3.col.4 in fine.

28 Decimotertiò in Regno † Franconiæ Orientalis (quæ est pars Germaniæ) per electionem regnum conceditur Ioan.Boem.lib.3.cap.15.colum.5.& faciunt quæ annotauimus.in.2.part.huius quæst. 2. num.18.

29 Decimoquarto † Rex creatur suffragio vniuersorum in insula, seu regno Traprobanę Ioan.Boem.in d.lib.3.de moribus omnium gentium. cap. 27.colum.3.in princ.Solin.in memorabilibus Mundi. cap. 65. fol. 127. colum.2. Vbi & ait, quòd omnes gentes huius insulæ Traprobanæ eligunt sibi in regem vnam tantum personam bonis moribus adornatam, clementem, antiquiorem ætate, carentem filijs, & quòd si habet, vel spera tur filios habiturum, & si sit virtuosissimus, eum non eligunt in regem; & quòd si fortè post electionem ei filij nascantur, remouent eum ab administratione Regni, quòd etiam refert Ioan.Rauisius in textoris officina.pag.340.in princ. vbi ait, quòd moribus illius insulæ hoc receptissimum est, ne illud regnum fiat hæreditarium. Ibique etiam Rauisi. affirmat vnum nunquàm à me adhuc auditum, scilicet, quòd in tali electione Regis Traprobanæ nobiles nullum suffragium habent. Quin, & Solin. in d. cap. 65. ait, quòd in illa insula Traprobanæ adest hæc consuetudo, quòd & si eorum Rex fit iustissimus, non ei permittitur facere, quod vo-

luerit,quia in ipſo regno ſunt electæ. 40. perſonæ, qui in eius conſilio ſemper aſſiſtunt taliter, quòd ipſe Rex ſolus non poſſit eſſe Iudex in cauſis capitalibus, & quòd à ſententia ipſius Regis habet locum appellatio ad populum, qui elegit. 70. Iudices, à quibus, & ab eorum ſententia non poteſt appellari. Hæc enim inſula Traprobana eſt vna de Prouintijs Regni Chinæ,refert Frater Ioannes de Mendoça Ordinis Diui Auguſtini, in itinerario Regni Chinæ.2.part.fol.229. col. 2. c.23. in princ.

Deniquè, & ſciendum eſt,
30 quòd † in Regno Fez ſuccediтur per electionem de perſonis ſanguinis Regij, refert Ludouic.Marmol.in. 2. part. hiſtoriæ Affricæ.lib.4. Regni Fez.cap.de modo ſuccedendi eodem regno. fol.99.



SVMMARIVM NONAE PARTIS

Huius Secundæ Quæstionis.

1 *Tollerabilia sunt, quæ vetus probat consuetudo.*

2 *Consuetudo quòd in regnis succedatur iure sanguinis, & non per electionem, iam non est arbitraria, sed necessaria.*

3 *Reges in regnis habent vetustissimum titulum, a iure quodammodo naturali, & Diuina quadam prouidentia.*

4 *Consuetudo, quòd in regnis succedatur iure sanguinis post Diluuium habuit originem à Noæ, qui omnia regna Mundi diuisit inter omnes suos filios, & descendentes.*

5 *Regnorum successio quæ fit iure sanguinis est ordo naturalis: & quæ fit per electionem, fit ex accidenti.*

6 *Primogenitus, quòd tantum in regnis succedat, tantum fuit, & semper sic erit.*

7 *Regnum quando à tyranno occupatur, & occiditur verus rex, ipse tyrannus occidit etiam omnes consanguineos veri regis, vt securius regnet.*

8 *Regem verum si populus tyrannice occidit, idem populus solet in regem constituere filiũ regis præmortui, eo ipso quod patri erat verus successor.*

9 *Consanguineus sanguinis regij si crimen læsæ maiestatis cõmittat contra regem, vel regnum, priuari debet cum sua posteritate successione futura illius regni.*

10 *Consuetudo, quòd in regnis succeditur iure sanguinis, & non per electionem, nimis laudabilis est. Corrumpiquè potest de facili talis electio, essetquè multum nociua republicæ regnorum. num. 11. Ex ea etiam plures disensiones orirentur etiam inter ipsos electores. nu. 12. & 13.*

14 *Regnandi libidine in reipublicis regnorum multa damna, ac mortes regum, & hominum successerunt. Alexander Magnus Rex Mazedemoniæ fuit potentissimus, eodem num. 14.*

NONA PARS

Huius

QVAESTIONIS SECVNDAE.



Accedendo ad Nonam partem huius secundę quęstionis. Dicimus quòd cùm consuetudo succedendi in regnis iure sanguinis, & non per electionem, fuerit communis Orbis, & generaliter vigeat, vt copiose diximus, & fundauimus in. 2. & reliquis partibus huius. 2. quæstionis) inuiolabiliter est seruāda. Quia
1 † tollerabilia sunt, quæ vetus probat consuetudo. l. cum satis. C. de agricolt. & censit. lib. 11. tradit in terminis similis vniuersalis consuetudinis Mūdi. Petr. Rebuff. de decimis. quæst. 13. num. 46. versic. & hæc est. facit tex. in l. minimè ff de legib. notat author. supplement. chronica. lib. 12. fol. 312. colum. 2. Ex dicta enim
2 consuetudine sequitur † quod regnorum successio, quæ fit iure sanguinis de patre in filium, & non per electionem, iam non est arbitraria, sed necessaria l. sæcularij. ff. de extraord. crim. cum similibus quorum meminit in nostris terminis Ioan. Leziri. de primogenitura. lib. 2. quæst. 15. colum. 15. vers. & ita. Vnde dixit Anchar. in quodam con
3 sil. quòd † reges in regnis habent vetustissimum titulum, à iure quodammodo naturali, & diuina quadam prouidentia, vt supra explicatū est. Sequitur Anto. Corset. de potestate regia. 1. part. quæst. 1. num. 3. in fine, & suadetur à nobis iam traditis in præsenti commentario. quæst. 1. nu. 11. & 48. Quod etiam suadetur, quia si benè consideremus sacram scripturam, & historias antiquissimas, hæc vniuersalis consuetudo, quòd in regnis succedatur iure sangui
4 nis, habuit originem à Noe, † nam hic tantum fuit monarcha omnium Regnorum, & Gentium, & statim post Diluuium diuisit omnia Regna Mundi inter omnes suos filios, & nepotes, ponens eos Principes super omnem ter-

ram, & regna, à quibus diriuantur omnes Monarchiæ Mundi, & ab eis descendunt omnes Reges, & Gentes eorum, vt constat Genesis. cap. 10. & 11. notat expresse Alfonsus Venero in Enchiridiō temporum. fol. 55. colum. 1. in fine. & confirmatur ex traditis in 1. quæst. huius commentarij. num. 1. & 2. Quòd enim in Regnis succedatur iu
5 re sanguinis † est naturalis ordo successionis regnorum, quę autem fit per electionem fit ex accidenti notat in terminis Ioan. Dayma in prohæmio pragmaticæ sanctionis. fol. 6. colum. 1. Boer. consil. 10 viso. num. 16. in fine. Quia vt ait Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. colum. 2. num. 4. versi. 4. quæritur. semper fuit
6 † & semper erit, quòd in regnis tantum primogenitus succedat, quæ sententia à nobis iam fuit cōfirmata ex pluribus, quæ congessimus in. d. quæst. 1. huius commentarij. num. 9. & 10. Vnde Socrat. in Oratione per eum facta in persona Nicoclitis Regis Cypri. post principium. refert, quod ipse Rex sic dicere solebat, Regnum enim meum hoc Cypri non possideo contra legem, nec contra rationem, nec tanquàm alienum, sed sanctè, & iustè teneo, & à principio fuit possessum à primogenitoribus meis, vsque ad Patrem meum, & eo defuncto obtinui illud.

7 Ex supradictis sequitur, † quòd quando per vim ab aliquo tyrāno extraneo aliquod regnum occupatur, & occiditur verus Rex, intrusus Rex procurat occidere etiam omnes filios, & consanguineos præmortui Regis, vt securus tale regnum possideat. vt contingit in Baasa Rege Israel, ac Hierusalem. lib. 3. Reg. cap. 16. Idem etiam fuit in Nadab Rege Israel, quem occidit Baasa filius Achiæ (de domo Isadyrr) quia ait Diuina scriptura, quòd Baasa non reliquit vnam animam de semine eius. lib. 3. Reg. cap. 15. prope finem. Similiter Iehu factus est Rex Isdrael, & occidit regem Ochotlam, & omnes eius filios, dempto Ioas eius filio minore, quem secrete furata est Iosabeath filia regis Ioram. lib. 2. Paralipome. cap. 22. prope finem. lib. 4. Reg. cap. 11. in princip. notat Ioseph. lib. 9. de antiq. Iudaic. cap. 7. & Ioan. Ranisi. textoris officin. pagin. 1184. Proindè, & idem contingit in illo crudelissimo Rege Hærode, qui tempore Natiuitatis

Do-

Domini Noſtri Ieſu Chriſti regnabat in Hieruſalem, qui innumerabilem copiam Innocentium fecit occidi, vt eundem Dominum noſtrum (authorem vitæ) interficeret, credens, ita ſecurus deinde regnaturus. Matth. cap. 2. cum alijs quæ annotauimus in. 5. part. huius quæſt. 2. num. 66. & ſequent. Vndè Abulen. ſuper Matth. in d. cap. 2. quæſt. 38. ſuper quæſtione illa, quare Hærodes rex cum tanto deſiderio Chriſtum Dominum Deum Noſtrum occidere voluit, ait, quia timebat, quòd ipſe, & poſteritas eius perderet regnum illud Hieruſalem, Moueriquè potuit ipſe Hærodes, quia timebat, ne quis de ſemine Ircani, vel Ariſtoboli Natus (quibus regnum illud Hieruſalem prius pertinebat) eſſet regnaturus, ſe tanquàm alienigena deſtituto. Petr. Comeſtor. in hiſtor. ſacra cap 7. de ſtella, & Magis fol. 187. colum. 2. in princip. Vbi, & cap. 11. colum. 1. & Ioſepho. ait, quod potnit etiam moueri, ex eo, quòd cum ipſe Hærodes Citatus eſſet per Epiſtolam ab Auguſto Cæſare, vt Romam iret, accuſationi filiorum reſponſurus ſuper ſucceſſione regni Hieruſalem poſt diſceptationem ab eis coram Cæſare factam, reconciliatio hac lege facta eſt à Cæſare, vt adoleſcentes patri in omnibus obedirent, ipſe autem regnum dimitteret, cui ex eis vellet. Prout etiam contingit, tempore quo alius rex Hȩrodes inuaſit Sanctam Ciuitatem Hieruſalem, quia ipſe occultèr, & fraudulentèr occidit adoleſcentem filium dicti Ircani, iam ſummum Sacerdotem, quia pro patre erat in Hieruſalem regnaturus, refert Abule. ſuper Matth. cap. 2. quæſt. 17. in medio. Verùm & apud Paul. Oroſi. (diſcipulum Beati Auguſtini) libr. 2. hiſtoriæ. cap. 4. in princip. legitur, Romulum occidiſſe Auum ſuum, Patrem, ac eius Fratrem, primos fundatores Sanctiſſimȩ Ciuitatis Romanæ, vt ipſe ſolus remaueret Dominus Romanorum, quod etiam refert Vuolegango Latio lib. 10. de migrationibus omnium gentium, per totum cuius homicidij facit mentionem tex. & gloſ. in cap. in apibus. verb. Roma. 7. quæſt. 1. & gloſ. etiam in. §. ſanctæ quoquè res verb. deliquerunt Inſtitut. de rerum diuiſio. Noſtriquè temporibus hoc legitur feciſſe Herruz, qui vocabatur Baruaroxa, cum tyrannicè occupauit regnum Tre-

me-

mecen. Ludou. Marmol. in. 2. par. chronicorum Affricę lib. 5 f. 18. Aut saltem ipsi tyrãni mittunt in exilium à toto regno debellato omnes filios, & consanguineos vltimi Regis spoliati, vt legitur contingisse anno salutis nostræ 1194. quando Safandinus Frater Saladini Regis Ægypti mortuo dicto Rege Saladino occupauit totum illud Regnum Ægyptij, habetur lib. 12. supplement. chronica. fol. 340. colu. 1. Et alibi sæpe multa similia authores tàm antiqui, quàm moderni referunt.

8 Proindè, & pluries contingit, † quòd cùm populus tyrannicè occidit suum regem, postea verò idem populus cõstituere solet in regem suum filium regis præmortui, eo ipso quòd patri regi futurus successor erat. Vt contingit in Ioas Rege Iuda, quem eius subditi occiderunt, & statim filium eius Amasiam Regem constituerunt. lib. 2. Paralipo me. cap. 24. in fine. & cap. 25. in fine. Similitèr in Ciuitate Hierusalem facta fuit coniuratio contra prædictum Regem Amasiam, eumquè occiderunt, & statim Populus Hierusalem pro eo constituit in suum regem Aziam eius filium l. 2. Paralipo. cap. 25. in fine. & cap. 26. in prin.: & lib. 4 Reg. cap. 14. post medium. & cap. 15. in princ. Proinde, & in Ciuitate Hierusalem cõiuratio fuit facta contra Ammon regem Iuda, quem similiter occiderunt, eoquè defuncto in regem Iuda constituerunt sibi Iosiam filium eius. lib. 4. Reg. cap. 21. in fine. & lib. 2. Paralipo. cap. 33. in fine. Hariarathes rex Capadociæ insidijs occisus fuit per Gordium populo instante, Fratrem suum in regem sunt cõstituerunt, vt legitur apud Iustinum historicum in Trogi Pompei historia. lib. 38. post princ. Verùm, & inter tyrannos hoc idem vsitatum est, quia postquàm in Sicilia fuit extinctus quidam tyrannus rex, milites in locum eius maximum natu ex filijs eius cognomento Dionysium eligerunt, vt habetur apud dictum Iustinum lib. 21. in prin.

9 Infertur què etiam ex supradictis. Quòd si † aliqua persona de sanguine regio cõtra regiam Coronam, seu rem publicam regni crimen læsæ Maiestatis commiserit, posset hic delinquens cum sua futura posteritate priuari omni tempore, & iure futuro successionis regni, tradit in terminis Gregor. Lup. in. l. 2.

verb.

verb.est non auiendo, fecho. colum. 1. tit. 15. parti. 2. post Cuid. Pap qui hoc tradit in terminis successionis Regni Franciæ. q. 487. nu. 3.

Prædictaquè consuetudo generalis Mundi succedendi in regnis iure sanguinis, & non per electionem Magna-
10 tum, & Populorũ † nimis laudabilis est, vt ex pluribus suadet Ioan. Leziri. lib. 2. de primogenitu. quæst. 14. & alij quos sequitur Couarru. in cap. 1. practic. qq. num. 4. versic. sed & consuetudinem hanc Ioan. Matienzo in. l. 1. glos 1. num. 12. & sequentib. tit. 7. lib. 5. recopil. Ioa. Bodin. in republicis. lib. 6. cap. 5. Si
11 enim per electionem † in regnis succederetur, posset talis electio corrumpi, & esset multum nociua reipublicę regnorum, vt in terminis aduertit Did. Septiman. lib. 3. de republica. cap. 5. num. 165. pag. 35 vbi refert Biesum lib. 1. de republica. dicentem hæc verba, Non nunquàm per electionẽ Principes fiunt; & quamquàm hæc suas vtilitates habeat, tamen ab iniusto fauore corrumpi, fermè solet: & etiam si fuerit electio in corrupta, potiùs eos assumet Principes, quorum maiores Imperium rectè gubernarunt. Nos certè tales ad optimè constitutam rempublicam regendam accomodatissimos fore speramus. Nam filij parentibus similes esse solent, & à magnis causis effecta quoquè magna prouenire. Et statim inibi Septiman. num. 166. ex eodem authore sic formaliter ait. Successio enim hæc multò securiorem reipublicę statum reddit: nouos enim Principes, rarò sine magno periculo, sæpè cum magna Ciuitatum pernitie videmus, esse creatos, nã cùm multis eadem est spes proposita imperij, non potest frequenter respublica periculosissimis motibus non concuti: non potest perditissimis seditionibus non discerpi. His igitur, & alijs rationibus persuasi putamus, esse multò melius, vt à bonis parentibus filijs similes principatum consequãtur. Hactenus Septiman. Eiusquè sententia probatur optimè in cap. Moyses. 8. quæst. 1. tenet etiam author supplement lib. 12. fol. 311. colu. 2. Ludo. Velazq. de Auendaño. in l. 40. Taur. glos 2. num. 10. Hæc enim fuit vna de calamitatibus Iudeorum, vt refert Propheta Esaias in. cap. 3 ibi, Appræhendet enim vir Fratrem suum domesticum patris sui, & dicet, vestimen-

derūt eligere Ludouicū Quintum filiū Bosonis Regis Prouenciæ. Et Germani Principes eligerunt Corradum Ducem Franconiæ Orientalis. Qui nō fuerunt habiti pro legitimi Imperatores, quia non fuerūt legitimè electi, refert plura in proposito Illesc. 1. part. histor. pontifi. lib. 4. cap. 58. de vita Sergij. 3. Papæ. 122. fol. 216. col. 4. Vbi, & ait, easdem differentias tunc fuisse in Imperio Orientali super electione Imperatoris Constantinopolitani imperij. Item, & per 8. annos ab anno Domini. 1315 fuerunt magnæ discordiæ inter Electores Imperij, an Ludouicus de Vauaria esset eligendus, an verò Federicus Dux Austriç, & tandem inter ipsos prætensores imperij bellum magnum ortum fuit, in quo Federicus fuit superatus, & ipse Ludouicus solus cum imperio remansit, & in imperatorem fuit electus, tradit Volaterran. lib. 23. commentar. fol. 279. colum. 2. ante medium, & author supplement. chronica. libr. 13. fol. 367. colum. 2. Et de similibus disensionibus super electione regum, refert plura Plutarc. de viris illustribus, in vita Numæ Pompilij. fol. 21. colum. post medium, & copiosè Bernardinus. de Busti. in. 2. part. sermon. rosarij in sermon. 34. littera Q. cum multis sequentibus à fol. 341 vsq; ad fol 346.

13 Quid plura, † & similes & multo maiores differentiæ, ac disensiones fuerunt in Ecclesia Dei super electione Summi Pontificis. Et prima fuit anno Domini. 423. cum electio Summi Pontificis tunc pertinebat ad Clerum Romanum, & ad ipsum Populum Romanum, qui solebat tales electiones Pontificum approbare (ex cap. in nomini Domini. versic. eligatur. 23. distin. & alibi sæpe habetur,) quia tempore quo decessit Sozimus Pontifex, illo anno super electione sequentis Pontificis, fuerunt ambo status Clericorum, & Laicorum populi vnum coadunati, inter quos fuit magna diuisio, quia cum se concordare non possent in duas partes se diuiserunt, & vnus ipsorum status fuit congregatus in Basilica Iulij, altera in Constantiniana, scilicet in Ecclesia Beati Ioannis Latra. & qui se congregauerunt in Basilica Iulia, erāt plus numero, & magis qualificati, & elegerunt in Summum Pontificem Bonifatium; & alter sta-

tus Basilicus B. Ioannis Latra. eligerunt Eulalium, & ambo status suum Summum Pontificem adornauerunt, ipsique electi se, vt Pontifices existimauerunt. Quamobrem fuit magna scisma Romæ: & cum Honorius Imperator, & eius Augusta Placidia residerent in Ciuitate Mediolani, exulauerunt ambos assertos Pontifices à Ciuitate Romana; quorum exilium durauit per tẽpus septem mensium, & in fine eorum fuit confirmata electio dicti Bonifacij Papæ, & Eulalius fuit vt Antipapa priuatus; quibus peractis, vt futuris electionibus modus daretur, fuit cautum in cap. si duo 79. dist.) quòd cùm similis casus contingerit, propter temeritatem electorum, & eorum competentiam, quòd tunc neuter pontificum electorum sit Pontifex, sed quòd ipsi electores, iterum electionem faciant, supradicta copiosè refert Illesc. 1. par. histor. pontific. lib. 2. cap. 11. de vita Bonifatij. 1. Papæ. 44. fol. 73. col. 4. alia etiam scisma fuit in Ecclesia Romana anno. 501. inter electos, & electores, decesit enim eodem anno Anasta sius. 2. Papa. 52. & Clerus Romanus classis. 4 d. ebus, se congregauit ad eligendum successorem, & inter Clericos electores fuit magna diuisio, taliter, quòd non potuerun se cõcordare in votis, & æqualitèr inter eòs res diuisa fuit circa prædictam electionem, & electorum vna pars se congregauit in Basilica Beati Ioannis Latran. altera vero in Ecclesia Beatæ Mariæ in Via: & cõgregati in Ecclesia Beati Ioannis erant plures numero, & qualitate, & hi in Summum Pontificem eligerunt Simachum. 1. Sardum, hominẽ quidem literatissimũ, & magnæ sanctitatis, & exempli. Qui vero fuerunt congregati in Ecclesi B. Mariæ eligerunt Laurentium Presbyterum Romanum. Et quia omnes ipsi electores tenacitèr perseuerauetunt in sua electione, & Papa nominato. Quarè magna diuisio, & schandalum ortum fuit in Populo Romano, & per ali quot dies non potuit terminari, quis eorum esset verus Papa, donec ad Theodoricum Regem Italiæ (qui Rauennæ residebat.) miserunt relationem successorum in dicta electione, qui tanquàm singularis, & excellens Princeps (& si Arrianus) desiderauit hanc causam pacificare, & acquietare, fecitque Rauennæ congregari Conciliũ Episcoporũ

cui ipse præsens fuit, iubens, quòd de hac re discuteretur in eius præsentia, factaque diligenti examinatione, omnibus de illo concilio visum fuit, quòd electio Simachi fuerit legitima, & secundum ius. Quamobrem prædictus Rex Italiæ Theodoricus iussit, quòd Simachus in Pontificem legitimum reciperetur, & quòd Laurentius non se nominaret deinceps Papa; & hoc modo scisma cessauit prędicta in Ecclesia Dei, & ipse Simachus fuit receptus in Summum Pontificem, & ab omnibus adoratus pro vero Summo Pontifice, quæ omnia refert Illesc. 1. part. histor. pontific. lib. 3. c. 4. de vita Simachi. 1. Papæ. 53. fol. 92. Verum, & aliud scisma simile fuit super electione Summi Pontificis post mortem Fœlicis. 4. Papæ. 56. anno Domini. 533. refert Illesc. in d. lib. 3. cap. 8. de vita Bonifacij. 2. Papæ. 57. fol. 98. colum. 1. Quin & aliud longum schisma fuit, tempore quo Papa Vrbanus decessit, nam super electione sequentis successoris fuit vnũ de maioribus Schismis Ecclesiæ, quæ durauit per tempus. 39. annorum, & fuit schisma. 22. in ordine, & sumpsit exordium anno Domini. 1390. habetur in chronica generalĩ ætatũ Mundi. 6. ætate. f. 232. colum. 2. in medio.

Similitèr, & ex similibus ptẽsionib⁹ regnorũ, si in regnis electione succederetur, & non iu-
14 re sanguinis † plura damna, mortes, ac inconuenientia rei publicis regnorum sequerentur, ac sequta fuere. Nam Abimelech filius Ieroboal procurauit eligi per amicos in dominum, & 70. fratres suos occidit, aliaq; fecit mala. Iudic. c. 9. Petr. Mexia lib. 1. variæ lectionis. cap. 30. Sed permissione Diuina à quadam fœmina occiditur ictu lapidis molaris, habetur in d. cap. 9. Iudic. & lib. 11. Reg. cap. 11. in fine Athalia libidine dominandi, omne semen Regium interfecit. lib. 4. Reg. cap. 11. late Ioan. Bocacius lib. 2. de la Cayda de Principes. cap. 7. Tholomeus. 5. Rex Ægypti, vt obtineret Regnum Hierusalem, Simonem, & eius filios interfecit. lib. 1. Machabeor. cap. fin. Galaal præsumptuosè dicebat, vtinam daret aliquis populum istum sub manu mea, vt tollerem de medio Abimelech, quod non fecit lib. Iudic. 9. Eleuabatur Adonians dicens, ego regnabo, & postea non euenit. lib. 3. Reg. cap. 1. Nabuchodonosor di-

xit, cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram subiugaret. Iudith. cap. 2. Legitur de Nino Rege. 1. Assiriorum, quòd libidine dominandi, vicinis suis bellũ intullit, quos propter bellandi imperitiam citò subegit, refert author chronicæ generalis ætatum Mundi. 2. ætate. fol. 17. pag. 2. & fol. 20. pag. 1. Dicebat Seron, faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam, & tamen ipse fuit postea debellatus. lib. 1. Machabeo. cap. 3. De potentissimo Xerxe Rege Persarum (filio Darij Regis illius Regni) legitur, quod non solum desiderabat dominium Orbis habere, sed etiam mouere bellum contra Deos superos, sed ipsa libido, & cupiditas regnãdi eum in totum humiliauit, & à multis nationibus, & gentibus fuit superatus, & victus, vt copiose refert Ioan. Bocacio. lib. 2. de la Cayda de Principes. cap. 6. & 7. Zambri occidit dominum suum, vt regnaret post eum, & tamen septem diebus tantum regnauit. lib. 3. Reg. cap. 16. traditur in chronica ætatum Mundi. 4. ætate. folio. 49. colum. 2. Baasa occidit Nadab. lib. 3. Reg. cap. 15. Et Iehu occidit Ioram habetur lib 4. Reg. cap. 9. Et cum duo filij Philippi Regis Syriæ in discordiam regnarent in Regno Syriæ petitione Syrorum Digrantes Rex Armeniæ fit Rex Syriæ, tradit Iustinus lib. 40. historiæ. pag. 299. sequitur Gerardus de Mercatore in demonstratione temporum. pag. 130 in fine. Asdrubal postquàm venit in regna Hispaniæ, animo ea dominandi, sicut fecerat eius Socer Amilchar, fuit post breue tempus occisus à quodam seruo, refert Alfonsus Venero in Enchiridiõ temporum. fol. 43. colum. 1. Tholomeus regnum Alexandri voluit occupare, sed parum eo fuit functus, quia die tertia mortuus est. lib. 1. Machab. cap. 11. Verùm, & Anthiochus Magnus Rex Syriæ volens Tholomeum Regem Ægypti, & duos eius filios priuare regno, eos occisit, sed parum Regno Ægypti potitus est, nam per Populus Ægypti per vim exclusus fuit a possessione eorum, traditur lib. 7. supplement. chron. fol. 151. colum. 1. De Romulo, & Remo eius fratre primis Regibus Romanis legitur, quòd Romulus, vt solus regnaret in Romanorum Regno, Occisit Remum eius fratrem, quod vltra historias antiquissimas,

&

& modernas refert Ioan. Bocacio in sua historia Cayda de Principes.lib.2.cap.20. in fine. Tiberius Grachus regnũ Romanum affectans, occisus fuit, refert Salustrius in fine coniurationis Catilinæ. Et cùm in Imperio regnarent simul Honorius, & Archadius fratres, filij Theodosij Imperatoris, cùm Ruffinus eius Capitaneus generalis oc cultè procurasset dominium Imperij, ab Archadio fuit occisus. Volateran.lib.23. commentar. 272. colum. 1. Petr. Mexia lib. 1. variæ lectionis. cap. 30. dùm agit de calamitatibus Ciuitatis Romanæ. De Didio Iuliano legitur, quòd mortuo Imperatore Pertinace, procurauit eligi in Imperatorem, oblatis immen sis pecunijs, & alijs præciosissimis rebus, vt milites eum in Imperatorem eligerent Romanum, factaquè huiusmodi electione, tantùm septem mẽ sibus Imperio potitus fuit, & cùm Septimus Seuerus magno exercitu venisset Romæ contra eum, per suos proprios milites, & Senatores publicè obtruncatus fuit, authores Latini antiqui communiter tradunt Absalon (vt ad aliquod exemplum Diuinæ Scripturę deueniamus) Sanctissimum Regem Dauid eius Patrem vita, & regno spoliare conatus est (lib.2.Reg.cap.15.) & postea morte præuentus fuit. eod.lib.2.cap.18. De Hærode rege Hierusalem, qui inibi regnabat tempore Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi legitur, quòd timens, ne eodem regno priuaretur propter Natiuitatem Christi occidit omnes Innocentes, & duos eius filios existimans, inter eos esse Iesum habetur Matth.2.refert Ludou.Granaten in. 1. part.Symboli fidei. cap. 36. 2. pag. 161. Idem, & legitur de Sedechia rege Iuda ex Ioanne Boccacio. lib.2. cap. 14. & 15. De potentissimo Alexandro rege Macedoniæ legitur, quòd ex quo audiuit à Demochrito Philosopho, plures alios Mundos esse valdè fuit contristatus, ex eo, quòd ei essent ignoti, ad subiugandum eos, refert Petr. Beuistuam in discursu excellentię hominis, quem scripsit in fine sui libri theatri Mundi. Similiter idem Alexander egrè ferebat, ex quo non poterat consequi regna Indiarum, Portugalliæ, refert Hect. Pinto in Esaiam cap. 54. pag. 445. in medio. Proinde, & Constantinus Imperator, vt solus imperaret,

anno Domini. 1186. occidit Alexium Imperatorem Grecorum, cùm eum haberet in tutelam: & ita ipse Andronicus obtinuit ipsum imperium sed parum imperio prædicto potitus fuit, quia propter suas magnas crudelitates, eius subditi eligerunt alium Imperatorem nomine Isac, qui fauore gentium Imperij habuit in sua potestate dictum Andronicum, quem eodem anno magnis tormentis, & supplitijs fecit occidi. Volaterran. lib. 3. commentar. cap. Martianus fol. 276 colum. 1. prope finem. traditur lib. 12. supplement. chronic 338. colum. 1. Item de Martino Imperatore legitur, quòd cùm occideret Antoninum Caracalla Imperatorem, statim fuit in Impètorem electus, cum quo etiā Imperauit Diadumenus eius filius, sed parum Imperio vsi sunt, nam ambo ab exercitu Antonini Heliogabali filio dicti Antonini Caracalla occisus fuit. Volaterran. in. d. lib. 23. cap. Neruam. fol. 266. col. 1. in fine. Verùm, & de Christophoro Papa. 123. in ordine legitur, quòd ipse obtinendi Summum Pontificatum anno Domini. 907. detrudit in carcerem magnis cautelis Leonem Papam eius antecessorē (cùm eum gratum haberet, tanquàm eius faliarem) qui ex tristitia, magne in carcere mortuus fuit, vt ipse Christophorus obtineret Summum Pontificatum, sed permissione diuina, hic Christophorus post 7. menses sui Pontificatus priuatus sua dignitate Pontificali, & accepit habitum monasticum, à quo extractus fuit mandato Sergij Papæ sui successoris, & positus in grauis carceribus, vbi mortuus fuit eodem anno, habetur lib. 11. supplement. chron. fol. 300. colum. 1. idem refert copiosè Illesc. 1. part. pontifi. lib. 4. cap. 57. fol 216. colum. 1. & 2. & in cap. 58. de vita Sergij. 3. Papæ. 122. De Papa etiam Damaso. 2. (natione Bauaro) legitur, quòd anno Domini. 1049 violenter assecutus fuit Summum Pontificatum, in quo tātum vixit. 23. diebus, refert Volaterran. lib. 22. comment. fol. 253. colu. 1. post medium. Illesc. in d. 1. part. pontif. lib. 5. cap. 7. de vita Benedicti. 9. Papæ. 151. fol. 257. colum. 1. in cum sequent. Sed Cardinalis Baronius tomo. 11. sub anno 1048. pag. 158. benè probat, quòd legitimè, fuit electus, Præterea de Zenobia Regina Palmitenorum legitur, quòd cùm esset potens, & in rebus

belli-

bellicis adeò admirabilis, & ipsa per potentiam, & arma ferè omnia regna Europæ debellauit, cogitauit ingredi triumphando in Ciuitate Romana, & ad id plura necessaria præparauit, non sic ei euenit, sed contrarium, talitèr, quòd Imperator Aurelianus in curru ditissimo ipsius Reginæ ingressus fuit ipsam Ciuitatem Romanam cum ea triumphando, quod adnotant multi authores, quorum meminit licentiatus Ioannes de Acosta lib. de guberno rectoris.in.2.tracta.fol.96. Deniquè spe imperandi regendi que Imperium legitur de quodam seductore ac doloso, qui asserebat se esse Fedricū Imperatorem, inditijs varijsquè olim perditum fuisse, is sua astutia cùm multos sibi adhærentes acquisiuisset, ab Imperatore fuit compræhensus, & reiectis fallatijs igne combustus fuit, quod contingit anno Domini Nostri Iesu Christi. 1288. traditur in chronica generali ætatum Mundi.6.ætate.fol.220.colu. 2.in princ. Plura alia similia exempla refert Guillerm. Bened.in.cap.Rainuntius de testament.verb.in eod. testam. relinq.in.1.nu.205. & seq. & Ioan. Boccacio. lib. 2. de la Cayda de Principes, per totum. maximè. cap. 15. & sequent. Vnum aliud exemplū notatu dignum, placuit etiā in præsentiarum adducere, nempe, quòd tempore Ioannis. 5. Papæ (qui præsidebat in Ecclesia Romana anno Domini.684. decessit Imperator Constantinus.4.cognomento Pogonato, ò Barbudo, cui in Imperio successit eius filius maior Iustinianus..2. (vt authores Latini referunt, & Illesc. lib.4. primæ partis pontif.cap.18. de vita Ioannis. 5. Papæ.84.fol. 148.colu.2.) cuius Imperio durante ab omnibus odio habebatur, taliter quòd plures magnates Ciuitatis Constantinopolitanæ, contra eum se coniurarunt, inter quos fuit Leontius nobilis de principalibus ipsius Ciuitatis, qui fauore Gallinici Patriarchæ Constantinopolitanæ Ciuitatis prædictæ eiusquè Ecclesiæ, & etiam aliorum nobilium fuit in Impèratorem electus, qui statim appræhendit prædictum Imperatorem Iustinianum, quē non tantum Imperio priuauit, sed & nares, & auriculas scindi fecit, & ita abominabilem in exilium misit dictum Iustinianum in insulam Chersonæ. Post aliquod verò tem-

contra ipſum Leontium Imperatorem (propter eius improba facta) ſe conſpirauit vnus ex ſuis militibus, cognomento Tiberius cùm Affricæ reſideret, & auxilio militum fuit nouus Imperator creatus qui ſtatim ſe contulit in dictam Ciuitatem Conſtantinopolitanam, vbi depræhendit dictum Leontium Imperatorem, cui etiam fecit ſcindi aures, & nares, ſicut ipſe Leontius fecerat de Iuſtiniano prædicto Imperatore, quem in carcerem detrudit, quæ omnia refert Illeſc. 1. part. hiſtor. pontific. lib. 3. cap. 20. de vita Sergij. 1. Papæ. 86. fol. 15. colum. 4. Vbi hic author ait etiam, quòd ſi benè conſideratur, tunc Mundus habuit tres Imperatores, habentes ſolum vnam narem, & duas aures & quòd vnus eorum erat tyrannus, & alij duo vnus erat in exilium, & alter in carcerem detentus: & quòd Mundus ſolet dare ſimilem penam ſuis, & quod Deus ſic punit, qui ſuæ Maieſtatis non recordantur, nec ſunt memores ſuorum beneficiorum. Poſt aliquot verò annos, nempè anno Domini. 702. contingit, quòd prædictus Iuſtinianus recuperauit Imperium fauore Regis Vulgarorum, & amicorum, & incontinenti ipſe Imperator Iuſtinianus truncauit capita Leontij, & Tiberij ſuorum competitorum, & ſimiliter fecit erui oculos Gallinico Patriarchæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, & eum Romæ in exilium miſit. Quæ omnia refert Illeſc. 1. part. hiſtor. pontific. lib. 4. cap. 21. de vita Ioannis. 6. Papæ. 87. fol. 152. colum. 2. & ſequent. vbi, & refert plures alias crudelitates prædicti Imperatoris Iuſtiniani. 2. Poſt hæc autem prope annum. 710. prædictus Imperator Iuſtinianus. 2. habuit bellum contra Philippicum Ciuem Conſtantinopolitanum, quem in Imperatorem eligerunt milites, & gentes ipſius Iuſtiniani excluſo prædicto Imperatore Iuſtiniano. 2. cùm ad pugnam veniſſent, Iuſtinianus atquè eius filius Tiberius fuerunt mortui, & ſuperati, & Philippicus remanſit pacificus Imperator, quæ omnia refert Illeſc. poſt antiquiores authores. in. d. lib. 4. cap. 24. de vita Conſtantini. 1. Papæ. 90. fol. 155. colum. 2. & 3. Sed hæc meruerunt peccata, & crudelitates dicti Imperatoris Iuſtiniani. 2. Præſertim, quia nunquàm fuit perfectus Catholicus, & in fide ſanctiſ-

ſima Domini noſtri Ieſu Chriſti ſæpè variauit, vt ex eiſdem authoribus conſtat, & ex Illeſc. in d. locis, & eod. libr. 4. cap. 22. de vita Ioannis. 7. Papæ. 88. fol. 153. colum. 3. & d. cap. 24. de vita Conſtantini. 1. Papæ. 90. fol. 154. colum. 2. & fol. 155. col. 2. in fine, cum ſequent. Similitèr durante vita ipſius Philippici anno Domini. 712. & ſequent. fuerunt etiam ſimul alij. 4. Imperatores inimici inter ſe, nempè Leo. 2. qui erat verus Imperator, qui vincerat Theodoſium. 3. Imperatorem, qui poſt victoriam effectus fuit monachus, & ſimilitèr ille Philippicus, qui erat excecatus, & in carcerem detentus, & etiã Imperator Arthemius qui iam erat Sacerdos, quod etiam refert Illeſc. in. d. cap. 24. de vita Conſtantini. 1. Papæ fol. 156. colum. 2. de Perſeo Rege Macædemoniæ legitur, quòd vt ſolus regnaret in Regno paterno, occidit Demetrium ſuum Fratrem, ſed parum regno potitus eſt, & miſerè mortuus fuit. ex Bocacio. lib. 4. c. 12.



SVM-

SVMMARIVM
DECIMAE PARTIS
Huius Secundæ Quæstionis.

1 *Consuetudo, quòd in Regnis succedatur iure sanguinis, & non per electionem, consona est omni iuri, & sequentibus pluribus.*

2 *Primogenitus de iure Diuino tãtum succedit in regnis, & maioricatibus, alijsque alienari prohibitis secundcum explicationem, vt ibidem, & numero. 9.*

3 *Primogenitus de iure Canonico tantùm succedit in regnis, & num. 10. & sequentibus, & nu. 15. & 16.*

4 *Primogenitus tantum succedit in regnis Hispaniarum.*

5 *Primogenitus tantum succedit iu reguo Franciæ.*

6 *Primogenitus ex lege generali Lacædemonum, tantum succedebat in regno Lacædemonum.*

7 *Proximior consanguineus sanguinis regij generaliter succedit in regnis, etsi sit in Millesimo gradu.*

8 *Consuetudo, quòd in regnis succedatur iure sanguinis, & non per electionem, fundatur etiam in iure Naturali, & gentium, secundum quod primogenitus tantum succedit in regnis. Estque ab Ecclesia hæc consuetudo recepta. nu. 15.*

11 *Papæ assertioni plenè est standum. In tantum quòd non admittitur probatio in contrarium. num. 12. Præsertim si est in scriptis redacta talis assertio Summi Pontificis. nu. 13. Maxime si fuerit geminata. nu. 14.*

17 *Opinio doctissimi Couarruuias contradicitur circa successionem Regnorum Hispaniæ, an debeant in eis reges succedere iure sanguinis, an vero per electionem.*

18 *Opinioni aliæ eiusdem doctissimi Couarruuias similiter aduersatur circa hoc, an Reges, & Principes ab origine Mundi electione populorum creati fuerint, nec ne, & nu. 19.*

DECIMA PARS
Huius
QVAESTIONIS SECVNDAE.



Ondeſcendendo etiam ad Decimam Partem huius ſecundæ
1 quæſtionis. Dicimus, † quòd prædicta conſuetudo vniuerſalis Mundi (quòd in Regnis iure ſanguinis perpetuæque conſuetudinis ſuccedatur) conſona eſt omni iuri. Vt ex ſequentibus apparebit.

2 Primò, quia quod † primo genitus tantum ſuccedat in regnis, & in bonis maioricatus, alijſquè prohibitis alienari, colligi pôt ex aliquibus locis Sacræ Scripturæ, vt Geneſis. cap. 25. 27. & 43. Deutero. cap. 21. Numero. cap. 8. poſt medium. gloſ. expreſſa. in cap. quàm periculoſum. 7. quæſt. 1. probat optimus tex. in. l. 2. tit. 15. parti. 2. alia multa loca Diuinæ ſcripturæ refert. Tiraquell. de primogen. in præfact. num. 12. Frider. Schekin. interpretationib. feudor. in cap. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Feder. pag. 11. verſ. prælibatæ. Ludo. de Molin lib. 1. cap. 2. num. 2. 3. & 7. Vndè lib. 2. Paralipo. cap. 21. in princ. legitur, quòd Ioſaphat Rex Iuda tempore ſuæ mortis tradidit Regnum ſuum Ioram filio ſuo, eo quòd eſſet eius primogenitus. Et hæc ſententia probatur in pluribus alijs locis Diuinæ Scripturæ, hic citatis nu. 9.

3 Secundo, quia de iure Canonico † idem ſancitum eſt in aliquibus locis, & caſibus, vt in cap. licet. de voto. c. grandi. de ſupplen. neglig. præla. lib. 6. notatur in. d. cap. quàm periculoſum, & ibi gloſ 7. q. 1 notat Alfonſus Guerrero in theſauro Chriſtianæ religionis. cap. 54. de Regibus, & Principibus. nu. 11. pag. 706. & alibi ſæpè traditur.

4 Tertio apud Hiſpanos noſtros † hoc idē ſancitum eſt in ſucceſſionibus Regnorū Hiſpaniarū, in quibus tātū ſuccedit primogenitus maſculus vltimi Regis, & eo defficiente, ſuccedit fœmina eius filia, &

eis deficientibus succedit cōsanguineus eius proximior, ex expressa dispositione Regum Gothorum, à qua habuit originem. l. 2. tit. 15. parti. 2. cum alijs à nobis traditis in 2. part. huius quæstio. 2. num. 2. & sequent. Quod etiam locum habet, in maioratibus nobilium Hispaniarum.

5 Quarto hoc idem statutum † est in Regno Franciæ, tam lege Salica illius Regni sub titulo de allodijs, quàm alia lege nouiori condita à Carolo V. Rege. 51. Franciæ (cognomento sapienti) post annum Domini Nostri Iesu Christi. 1364. vt copiosè à nobis traditum est in. 2. part. huius. 2. quæstionis. nu. 16.

6 Quintò hoc idem stabilitum † fuit lege generali Lacedemonum, nam in eodem Imperio tantùm succedit primogenitus. ex Horodoto lib. 6. historiæ. pag. 550. qui author claruit anno ab Vrbe condita. 300. ex Plinio. lib. 10 naturalis historiæ.

7 Sextò, quia generaliter in omnibus Regnis Mundi † succedit proximior consanguineus vltimi Regis (si moriatur absquè descendentibus) etiam si sit in Millesimo gradu. ex Bald. in cap. 1. colum. fin. versic. & idem in Regno. in tit. de feud. March. quem infiniti Doct. sequuntur. quos in præsenti quæstio. 2. citauimus. 1. part.

8 Septimò, hæc enim † consuetudo fundatur etiam iu iure naturali, & gentium, secundum quòd primogenitus tantùm succedit in Regnis, ex Ioan. Leziri. lib. 1. de primogenitura. quæst. 1. 2. & 3 & lib. 2 quæst. 2. Aym. Crauet. consil. 135. verba. num. 45. & Ludo. de Molina. lib. 1. cap. 2. num. 4. & 5. Vndè Iustinus in Trogi Pompei historia. lib. 2. fol. 7. ait, quòd regnum, & eius successio, & ordo nascendi, & natura ipsa filio maiori natu dedit, sequitur Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testament. in 2. dubio Comitatus Valentiæ. col. 23. vers. prædictis finaliter.

9 Octauò, hæc eadem consuetudo, quod regnis succedatur iure sanguinis fundari potest ex aliquibus locis Sacræ Scripturæ in quibus de quibusdam personis dicuntur, & præperam ex verbis † Dei nostri, quæ dixit Isac. Genesis. c. 26. in princip. Tibi (inquit) enim & semini tuo dabo vniuersis regiones has. Idem etiam promissum fuit à Domino Iacob. Genesis. cap. 35. ibi, Reges de lumbis tuis egre-

dicentur, terramquè quam dedi Abraham, & Isac dabo tibi & semini tuo post te. Consonat etiam verbis Domini, quibus Dauid Regi Israel fuit promissum regnum illud, & suis descendentibus in æternum. lib. 2. Reg. cap. 7. ibi, Cùmquè completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Et iterum ibi, Et stabiliam thronum regni eius vsquè in sempiternum. Et ibi, & fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in æternum ante faciem tuā, & thonus tuus erit firmus iugiter, quæ etiam verba plenius habentur in Psalm. 88. vers. & ego primogenitum. cum pluribus sequentibus, & in Psalm. 131. vers. iurauit Dominus. Et lib. 3. Reg. cap. 8. vers. non auferetur, vbi sic dicitur, non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel. Et eod. lib. 3. Reg. cap. 9. sic dicitur, non auferetur vir de genere tuo, de solio Israel. lib. 2. Paralipo. c. 7 ad finem. hæc verba habentur non auferetur de stirpe tua vir, qui non sit princeps Israel Et lib. 1. Paralipo. cap. 17. in medio. Cùmquè (inquit) impleuerit dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filijs tuis, & stabilium regnum eius, ipse ædificauit mihi domum, & firmabo solium eius vsquè in æternum. Deutero. etiam cap. 17. in fine. referuntur hæc verba, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel. notat doctissimus Abulen. super Matth. cap. 1. quæst. 3. Vnde Iob. cap. 36. sic dicitur, Et reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. Hinc etiam dicit Abulensis in. d. cap. 1. super Matthæum. quæst. 9. quòd à Rege Dauid semper descenderunt reges vsquè ad captiuitatem Babilonis. Cùm enim Dominus loqueretur cum Iehu Rege Iuda, qui illud Regnum habuerat, sic ad eum ait, Dixit autem Dominus ad Iehu, quia studiose egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti, cōtra domum Achab filij tui vsquè ad quartam generationem, sedebunt super thronum Israel. habentur hæc verba. lib. 4 Reg c. 10. in fine.

Nonò facit singularis sententia Anton. Corse. de potestate regia. 2. part. quæst. 9. num. 7. dicentis, quòd hæc

10 consuetudo † quòd filij succedant in regnis, approbatur expresse in aliquibus Regnis, & casibus vt in d.cap.licet.de voto.& in d. cap. grandi. de supplen.neglig.prælato. in.6. idem etiam tenet Anton.Gomez. in. l. 40. Taur. num. 4. versic.vnum tamen.Illa enim iura expresse dicunt, in illis regnis iure successionis ordinequè geniturę succedi.Nam illis iuribus Summi Pontificis affirmant, tam in Regno Portugalliæ, quàm in Regno Vngriæ ordine geniture, & consanguinitatis iure succedit,ad idem est glos. expressa in d.cap licet.verb.iure regni quæ ait,explicans dicta verba iure regni, quia ei debebatur ex successione. Huiusmodi e-
11 nim † Summi Pontificis assertioni plenè standum est.clem. 1.de probat.cap. cùm à nobis in fine.de testib. cap.ad audiẽtiam.de præscrip.& in extrauaganti Clemen 6. incipien. proindè.l. omnium. C. de testament. cap. 1. §. consequenter de scisma. in 6.cap.ad apostolicæ.de re iud.eod. lib.clẽ. pastoralis.eod.tit.16. parti.3. l. 5. tit. 1.parti.6.late Anton. Corset.de potesta.regia. 5.par. quæst.88.num.42. post Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum. colum.5.de constitut.dicens, idem esse, & si Princeps aliquid asserat contra ius gentium. Prædicta enim verba Papæ expressa in dictis iuribus, adeò plenam fidem fa-
12 ciunt, † vt non possit probari contrarium.glos.notab.in d clem. 1.de probat. verb. fecisse narramus.in medio,quæ communiter approbatur,eam què sequuntur Doctor. in cap. fin. de successio. ab intesta.ex tex.in d.cap.cùm à nobis,similis glos.in.cap. si Summus Pontifex. verb.non intelligitur;de sentent.excommu. & in cap.si Papa.verb.asserat. de priuileg. in 6. notat. Tho. Grammat.consil. 100.in causa.colum.2.Præsertim, quia ea quæ affirmat Papa in dictis iuribus circa successionẽ Regnorum Portugalliæ, & Vngrię,est factum antiquum atquè antiquissimum, quo in casu(secundum Imol. & Doctor. in. d.clement. 1. de probatio.) tunc magis est standum eius assertioni, quòd etiam tenet Socc. consil. 266. in causa.num.27. lib.2. Corne.consil. 312. in hac colum. 6. lib 1. Quæ omnia maximè
13 locum habent † quia dicta Papæ assertio est in scriptis redacta, vt constat ex dictis iuribus hic citatis.num. 10.quo in casu de eius assertione am-

bigi non poteſt, & ſi ex ea ali cui præiudicium aliquod fiat & à fortiori probationem ple niſſimam facere debet,ſecun dum Hugonem,& Ioan. Andr.in cap.poſt ceſſionem.de probat.gloſ.expreſſa in.l.rura C. de omni agro deſerto. lib. 11.Et Summus Pontifex non ſolum aſſeruit ſemel in regnis de quibus ſupra iure ſan guinis ſuccedi, ſed id bis in eiſdem iuribus firmauit, vt conſtat in d.cap.grandi,& in.
14 d.cap.licet. Quæ aſſertio † ge minata plus operatur, quàm ſimplex. l. baliſta. ff. ad Trebell.l.cùm ſcimus. C.de agricol.& cenſi.lib.11.l. ſimiliter 2.C. ad Velleian. l.1.C. de peti.bonor.ſubla.cap.ſi quando, de reſcript. Præter hoc quòd de conſuetudine illorum Regum de quibus facta eſt mentio in locis ſupra relatis (& maximè Summi Pon tificis)eſt,quod eis plenè credatur.Bald conſil.277. lib.3. & conſil. 420. colum.2. eod. lib.Rolan.à Vall. conſil. 1. in præſenti.nu.193.lib.2.

Quin,& omnia contenta in d.cap.grandi & in d.cap.li-
15 cet, † ius generale eſt.tex. no tab.in.l.imperiales, vbi Bald. C.de legib. Guiller. Benedict. in cap.Raynuntius.de teſtam. verb.in eod.teſtam.relinq.in. 1.num.96.& ſequent.notatur in l. 1.ff.de conſtit.princ.& in d.cap.ſi Papa.de priuileg. in 6.Eſtquè dicta conſuetudo ab Eccleſia recepta, in caſibus de quibus habetur,in iure Ca nonico, vt ſupra, & vt refert Fr. Cartuſianus Stephan. de Salazar.in geneologia Domini Noſtri Ieſu Chriſti.pag.99

Ex quibus omnibus con-
16 ſtat † prædictam conſuetudinem generalem ſuccedendi regnis de iure ſanguinis, non verò per electionem eſſe expreſſè approbatam per Sũmos Pont ſices Romanos, ex omnibus ſupradictis in præſentiarum.num.10.& ſequentib.ad quod eſt etiam tex.in cap.in aliquibus.in fine de decimis.

Conſtatquè etiam cauendum eſſe ab opinionibus doctiſſimi Couarru. in cap. 1. pract.qq.num.2.& 4.tenentis
17 † electione Regem Hiſpaniæ ſuccedere poſſe: & magnates Regni eligere poſſe Regem, ſicut ſeptem Germaniæ Principes Imperatorem eligunt, ex tex.in cap.venerabilem.de elect. & illic gloſ. verb. illicitum,& in l.2.in fine.& l.8. in princ.tit. 1.part.2.& ſimilibus à nobis iam citatis in hac. 2. quæſtio.in.8.part. num.3. Et quia etiam in Hiſpania Re-

ges non suffragio Magnatum & Populorum eliguntur, atquè succedunt, sed iure sanguinis de patre in filium, & de consanguineo in consanguineum proximiorem, vt copiosè à nobis fuit fundatum in.2.part.huius.2.quæst. num. 2. & sequentib.

Iterum cauendum est etiam ab eodem doctissimo Couarru. in eod. cap. 1. practic.qq.num.4. versic. Reges
18 verò,dum censet † Reges, & Principes ab origine Mundi, electione populorum creari solitos,quod etiam voluit Ludouic.Velazquez de Auendaño in.l.40.Taur.glos.1.num. 9. Nam ex supradictis authoritatibus diuinæ scripturæ, & alijs authoritatibus à nobis citatis in.1.quæst.huius commentarij. num. 1. & sequentibus,& in hac quæst.2. in. 1. part.num.2.& sequentib. con
19 stat, † Reges non electione, creatus fuisse, sed potius iure sanguinis Regna generaliter defferri, in casibus, & Regnis de quibus supra dictum est.



SVMMARIVM VNDECIMAE PARTIS

Huius Secundæ Quæstionis.

1 *Magnates, & Populi regni tunc eligunt sibi regem, quando nullus consanguineus de prosapia, seu sanguine regio reperitur.*

2 *Magnates, & Populi regni tunc eligunt sibi regem, quando sunt duo filij, vel consanguinei in eodem gradu, & ignoratur, quis eorum debeat succedere. Aut vterque admittetur ad regnum, tanquàm primogenitus, & quilibet eorum administrauit dimidiam partem regni. num 3. Et quid quando ambo simul nati sunt. num. 4. Vel administrabunt vnus post aliũ. num. 5.*

6 *Reges duo vnum regnum administrare possunt ex consensu Papæ, vel Imperatoris, & num. 7.*

8 *Magnates, & Populi regni regem eligere possunt, quando Rex eiusquè filij, ac omnes eius consanguinei fuerint hæretici.*

9 *Magnates, ac Populi Regni possint sibi eligere regem de conuicinis, deficiente Regia Sobole & parentela.*

10 *Magnates, ac Populi Regni tunc eligent regem, quando sunt liberi ab omni subiectione, & superioritate, secus si sunt subiecti.*

11 *Magnates, & Populi Regni non possunt sibi regem eligere, si in illo regno adsit lex generalis, vel consuetudo generalis, quòd in eo iure sanguinis succedatur. Quia adest tacitus consensus populi.*

VNDECIMA PARS
Huius
QVAESTIONIS SECVNDAE.



Vnc Vltimam Partem huius ſecundæ quæſtionis aggrediamur, vt in diuiſione materiarum huius quæſtionis promiſſimus. Itaque breuiter eam reſſumendo, di-
1 cimus, † quòd Magnates, & Populi Regni, tunc Regem eligere poſſunt, quando nullus conſanguineus de proſapia ſanguineque regio reperitur, ex copioſè à nobis adductis in. 1. part. huius 2. quæſtio. num. 19. & ſequentib. pręſertim num. 26. & 27. Prout contingit in regna Meſſeniorum, in quo quia Euphaes Rex moritur ſine liberis, in eius locum Magnates, & Populi regnorum eligerunt ſibi regem, refert Gerard. de Mercatore in demonſtratione temporum. pag. 57. in princ. Idem etiam contingit anno Domini. 1380. ſuper ſucceſſione regni Vngrię, nam mortuo ſine liberis Ludouico vltimo rege ipſius regni, principes eius eligerunt in Regem Carolum de progeniæ Regum Pullæ. traditur lib. 14 ſupplemen. chronica. fol. 390. colum. 1. Similiter anno Domini. 1463. mortuo Agiſlao Rege Vngriæ ſine liberis, & deſcendentibus Principes illius regni eligerunt in ſuum Regem Matthiam filium Vayuodæ, habetur lib. 15. ſupplement. fol. 428. colum. 1. Verum, & mortuo ſine deſcendentibus Guillermo. 3. Rege Siciliæ, Magnates & Populi illius regni eligerunt in ſuum Regem Tancretum ex genere Guiſcardi. Volaterran. lib. 6. commenta. cap. de hiſtoria Siciliæ. fol. 75. colum. 1. in medio. Contra hanc electionem Tancredi plura deduximus. præſenti commentario in. 3. part. huius. 2. quæſtionis. nu. 84. & ſequentib. Proindè mortuo Lutio. 1. Rege Chriſtiano Angliæ (ſeu Bretagnæ maioris quæ eſt idem) ſine liberis, Magnates, & proceres paulo poſt annum. 156. Salutis no-

ſtræ eligerunt ſibi regem. Volaterran. lib. 3. commentar. cap. de Populis, ac Regibus Britaniæ varijs. fol. 26. colum. 1. in fine. cum ſequent. De regno, ſeu inſula Taprobana etiam legitur, quòd tunc Ciues, eligunt Regem, quando Rex viuus nullos filios habet, nec habere ſperat, ex Plinio. lib. 6. de naturali hiſtoria. c. 22. verſ. ſeruum.

2 Magnates etiam Regni † tunc poſſunt ſibi eligere regem, quando ſunt duo filij maſculi, aut fœminæ vltimi regis, vel conſanguinei proximiores in eodem gradu, & ignoratur, quis eorum debeat ſuccedere. Ludou. de Molin. lib. 3. cap. 1. num. 21. (Prout legitur, factum fuiſſe in electione Darij Regis Perſarum, ex Iuſtino hiſtorico. libr. 1. prope finem. Erantquè tunc regni prætenſores, virtute, & nobilitate ita pares, vt difficilem exhis populo electionem æqualitas faceret. Inibiquè legitur, quòd tunc Principes regni eligerunt Daryum in Regem Perſarum: & quòd vniuerſus populus fuit eum ſequutus, eundemquè conſtituerunt regem, tradit plura in propoſito Tiraquell. de primogenitura. quæſt. 17. num. 4. & ſequent.) Aut vterque

3 admittetur ad regnum, † tanquàm primogenitus ex conſenſu amborum, vnus vnam partem Regni, & Imperij, alter verò aliam. Alex. conſil. 25 col. 5. in fine. verſic. præterea. lib. 5. Greg. Lup. in. l. 2. verbo el mas propinco pariente. colum. 4. poſt princ. tit. 15. part. 2. & copiosè Rolan. à Valle conſil. 80. num. 14. & ſequen. lib. 1. faciunt tradita per Petr. Rebuff. in declaratione feudorum. pag. 73. in fine. num. 27.

4 Prout etiam contingit, † quando ambo regnum prætendentes ſimul nati fuerunt, & ignorabatur, quis eorum maior eſſet, nam etiam hoc caſu vterquè admittetur ad regnum. ex tex. in. l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis, & legit. hæred. tenet expreſſè Did. Caſtel. in. l. 40. Tau. verb. de hijo mayor. col. 2. verſ. veritas, vbi etiam Anto. Gomez. num. 68. in fine. Anto. Corſet. de poteſtate regia. 4. part. quæſt. 64. Roderiq. Suar. in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. in. 2. dubio Comitatus Valentiæ. colum. 21. verſ. adde etiam Ludou. de Molin. lib. 3. cap. 1. num. 22. Ludou. de Peguera in repet. cap. 3. conſtitut. Cathalo. verſ. 6. num. 87. fol. 80. colum. 3 Hoc enim caſu ambo filij ſi ſunt concordes, ſi-

mul regnabunt, ex supradictis. Exemplo trium filiorum Gerionis, qui fuit. 7. Rex priorum Regum Hispaniæ post Diluuium anno. 510. & ante Aduentum Domini Nostri Iesu Christi. 1800. annis. Nam hij simul, & concorditèr regnauerunt in Hispaniarum Regnis, refert Alfonsus Venero in Enchiridion temporum fol. 39. colum. 1. in fine. cum sequent. Vel administrabunt
5 † successiuè vnus post alium. Alberic. in. l. benè Azenone. C. de quadrie. præscript. sequitur Lup. lib. 1 verb. fuessen muchos. tit. 1. parti. 2. Ludou. de Molin. lib. 3. cap. 1. nu. 26. & sequent. faciunt tradita per Iason. in. l. licet Imperator. in princ. num. 2. ff. de leg. 1. Aut vnus Rex, vel Imperator habebit dignitatem, alius verò administrationem. glos. 1 in cap. nunc autem. dist. 21. Aut accedente consensu Summi
6 Pontificis Romani, † vel eius permissu, duo Imperatores, vel Reges in discordia administrabunt, ex traditis in terminis per Ioan. Leziri, de primogenitura. lib. 1. quæst. 7. colum. penult. vers. adde ad prędicta, & eod. lib. 1. quæst. 10. colum. 2. versic. pro hac opi-
7 nione. Aut permissu, † & consensu Imperatoris fieri potest similis diuisio administrationis regni inter prætensores. Prout contingit in Boemundo, & Rogerio filijs Ruberti Ducis Calabriæ, & Pullæ, qui inter se diuiderunt illas terras æqualitèr, mandato Victorij Papæ huius nominis. 3. anno Domini. 1095. ne haberent bella in terris Ecclesiæ, refert Volaterran. lib. 12. commentar. fol. 322. colum. 1. cuius, & nos mentionem fecimus in. 3. part. huius quæst. 2. num. 81. vbi alios authores citauimus hoc idem referentes. Gratiaque exempli hoc idem manifestum redditur. Nam cum Hærodes rex Iuda (qui Christum Dominum nostrum persecutus fuit. Math. cap. 2.) instituit Archelaum filium suum in Regem totius Regni Iuda, cui iussit, ne coronam sibi imponeret, sed à Romanis illam acciperet, qui ad accipiendum coronam Romam venit, & quia alij fratres eius scilicet, Hærodes, & Philippus illuc venerunt, petentes partem hæreditatis paternæ, decretum fuit per Imperatorem Octauianum Augustum, gratia eos conueniendi, quòd Archelaus solus regnaret, & quòd solùm haberet medietatem regni paterni (quæ medietas vocata

est

est Iudea) aliam medietatem diuisit in duas partes respectu totius regni, & vnam dedit Hærodi, aliam vero Philippo eius Fratri:& sic Archelaus regnauit in Iuda,& non in Galilea,nec in Iturea,& Trachonitide regionibus: & post illum Archelaum fuit iste nouus modus distinguendi Iudeam à Galilea, quod copiosè refert doctissimus Abulensis super Matth.cap.3.q 8. Petr.Comestor in histor.scholasti.tit.de historia Euangelica.cap.11.& 22.fol.189. Gerard.de Mercatore in demonstratione temporum. pagin. 143.post Ioseph.de atiqu. Iudaic.cap.10.13.& 17. Vbi refert plura, quæ euenerunt super succellione Regni Hærodis tàm Romæ, quam in Iudea Simile etiam legitur de sapientissimo Cæsaræ Maximiliano, qui litem ceptam inter Bauariæ Principes Vinlhelmum, & Ludouicum super Ducatu Bauariæ, mira dexteritate composuit,vnicuiquè sua attributa parte: & sic inter illos egregios Principes reformata est lis, refert Laurentius Surius in Commentario rerum gestarum in Orbe àb anno Domini. 1550. vsquè ad annum. 1568. pag. 105.


8 Possentquè etiam † Magnates Regni eiusquè Populi Regem eligere, quando Rex, eiusquè filij, & omnes eius consanguinei fuerint Hæretici, ex fratre Alfonso de Castro, quem sequitur Didac. Septiman.in Catthol.institutionib.tit.46.de pœnis. num.
9 75. Similiter deficiente Regia Sobole,seu Parentela, eligere sibi Regem de conuicinis,possent Magnates, & Populi regni,vt iam diximus in 1.part.huius.2.quæstio.num. 27. Volaterran. lib. 7. commentar.cap. de Bohemia. in princip. fol. 812. Populi, ac
10 Magnates Regni † tūc etiam eligent Regem, quando sunt liberi ab omni subiectione, & superioritate: si verò sunt subiecti, non possunt sibi eligere Regem, secundum Anton. Corset. de potestate Regia. 1.part. quæst.23. num.4. & in 4. part. quæst.67. num. 27.& Anton.Gomezi.in.l.40. Taur. num, 4. Quorum sententia confirmatur ex pluribus fundamentis iuridicis à nobis citatis in hac quæst. 2. 2.huius commentarij.part. 1. num. 2.& multis sequentibus & in. 1. quæst. eiusdem commentarij. num.7.

11 Verùm Magnates † & Populi Regni minimè sibi pos-

ſent Regem eligere, ſi in illo regno adſit lex generalis, vel conſuetudo, quòd in eo iure ſanguinis ſuccedatur, ita Couarru. reſoluit in cap. 1. practicar. qq. num.4. verſic. reges verò, & in verſic. posteriora, vbi conſtater firmat, quòd licet ius creandi reges ad ſuffragia populorum expectet, tamen ſecus eſt, ſtante lege generali, vel conſuetudine, quòd regna deferantur ſucceſſione, & primogenitura, ex pluribus ibi per eum citatis, dicens, hanc conſuetudinem eſſe receptam ferè in toto Orbe, & vltra Couarru. hoc idem prius tenuit Arch id. in. cap. Moyſes. 8. quæſt. 1. quem ſequitur Ioan. Miles in repertorio. verb. regnum. dicens, quòd eſt conſuetudo in omnibus regnis, quòd in eis ſuccedatur iure ſanguinis, præter quàm in Imperio, ex ibi traditis per eum, ſequitur Gregor. Lup. in. l. 9. verb. de linaje. colu. 2. poſt medium. tit. 7. parti. 2. Vbi & ait, quòd hæc cõſuetudo generalis iam peruenit ad notitiam omnium, quibus hæc res tangit. Quia ſtante huiuſmodi conſuetudine, vel lege generali, adeſt conſenſus populi, ſaltem tacitus, ex. l. de quibus. ff. de legib. cap. conſuetudo. 1. diſt. Cùm à ſuo principio populus transtulerit omnem poteſtatem in ſuum primum Regem, & Principem, ideſt, omnem imperandi poteſtatem, ac facultatem, quam populus in ciues, & magiſtratus habebat. l. 2. §. nouiſſimè. ff. de origin. iu. l. 1. ff. de conſtitu. princip. cum ſimilibus à nobis traditis in. 1. quæſt. huius commentarij. num. 4. & in hac. 2. quæſtione. in 1. parte. num. 20. & ſequentibus. Quę tranſlatio fuit facta virtute legis Regiæ, cuius mentionem fecimus in præſenti volumine, in 1. quæſtio. num. 6.

LAVS DEO.

INDEX LOCVPLETISSIMVS
Omnium rerum, maximè notabilium, Ordine Alphabetico ritè contextus.



A

C

G.

tissi-

Popu-

Re-

rum

Tt licus

cia,

roma-

S

gnum

LAVS DEO.

